BR
65
C8
1859

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/scaecilicypriani00cypr

S. CÆCILI CYPRIANI

EPISCOPI KARTHAGINIENSIS

ET

MARTYRIS

LIBRI

AD DONATUM, DE DOMINICA ORATIONE, DE MORTALITATE, AD DEMETRIANUM, DE OPERE ET ELEEMOSYNIS, DE BONO PATIENTIÆ ET DE ZELO ET LIVORE.

AD CODICUM MSS. VETUSTISSIMORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET

ADNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

JO. GEORGIUS KRABINGER.

TUBINGÆ MDCCCLIX.

IN LIBRARIA HENRICI LAUPP.

S. CÆCILI CYPRIANI

EPISCOPI KARTHAGINIENSIS

ET

MARTYRIS

LIBRI

AD DONATUM, DE DOMINICA ORATIONE, DE MORTALITATE, AD DEMETRIANUM, DE OPERE ET ELEEMOSYNIS, DE BONO PATIENTIÆ ET DE ZELO ET LIVORE.

AD CODICUM MSS. VETUSTISSIMORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET

ADNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

JO. GEORGIUS KRABINGER.

TUBINGÆ MDCCCLIX.

IN LIBRARIA HENRICI LAUPP.

LIBRARY
JUN 7 1972
UNIVERSITY OF TORONTO

BR
65
C8
1859

EX OFFICINA HENRICI LAUPP.

PRÆFATIO.

S. Cypriani libris nobilissimis de catholicae ecclesiae unitate, de lapsis et de habitu virginum ante sexennium Tubingae in bibliopolio Lauppiano a me editis etiam cetera eiusdem venerandi Patris opera praecipua, in quorum laude totus est S. Augustinus, itidem ad codicum antiquissimorum fidem emendata et castigata tamquam supplementum adiungere non ab re visum est.

Ad textum, quem vocant, expurgandum atque perpoliendum iisdem, quibus antea, aliisque usus sum subsidiis criticis.

I.

Codices MSS.

1.

Ad librum ad Donatum.

1. W — cod. theolog. Würzeburgensis Nr. 145. membranaceus, saec. VII., in fol., Longobardicis litteris scriptus, quem librum praestantissimum Vir Reverendus atque doctissimus *Antonius Rulandius*, Bibliothecae Acad. Würzeburgensis Praefectus meri-

tissimus, pro eximia sua erga me benevolentia mecum communicavit.

II. Ma — Monacensis (Clm. 4597), olim Benedictoburanus Nr. 97, membranaceus, forma quadrata, saec. VIII., partim charactere Francico, partim Anglosaxonico exaratus.

III. Mb — Monacensis (Clm. 208) sive Schedelianus, membranaceus, forma maxima, saec. X., charactere Longobardico scriptus.

IV. Mc — Monacensis (Clm. 18203), olim Tegernseensis Nr. 203, in fol. min., membranaceus, saec. XV.

V. Md — Monacensis (Clm. 21240), olim Ulmensis Nr. 40 in fol., membranaceus, saec. XV.

VI. Ba — Bambergensis (B. IV. 5.) Nr. 476, membranaceus, saec. X., ut videtur, form. max.

VII. Bb — Bambergensis (B. IV. 6.) Nr. 477, membranaceus, saec. XI., eiusdem formae.

Utrumque hunc codicem MS., de quo vid. *Jaeck.* in libro vernaculo: Beschreibung der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg. p. 63, anno 1847. Vir Reverendus *Petrus Söllnerus*, Ecclesiae Cathedralis Bambergensis Capellanus, tunc temporis Bibliothecarii vices gerens, intercedente V. Cl. *Constantino Hoeflero* annoque praeterito Vir Reverendus et doctissimus *Michael Stengleinius*, Bibliothecae Bambergensis Praefectus, humanissime ad me transmiserunt.

VIII. A — Augustanus, qui olim fuit monasterii Blanckstadiani, Nr. 65, form. max., chartac., saec. XV.

Huius libri usum summa cum liberalitate mihi concesserunt Clarissimi Viri *G. Casp. Mezgerus,* Gymnasii ad S. Annam Rector et bibliothecae Augustanae olim Praefectus eiusque in bibliothecae praefectura successor *Greiffius,* Professor Augustanus.

Quod addidi specimen lectionum variantium codicis MS. Bernensis Bongars. 235. membranacei saec. XII. acceptum refero Viro doctissimo mihique amicissimo *Alberto Jahnio* de studiis patristicis insigniter merito.

2.

De dominica Oratione.

I. C — Coislinianus, olim Seguierianus sive Cod. Paris. Suppl. Lat. 712. Fol. 36. Vid. *Montfaucon.* Bibliothec. Coislin., olim Seguier. Tom. I. p. 240 et nouveau traité de diplomatique Tom. III. p. 55 et 145. Contulit hunc librum antiquissimum et praestantissimum saec. VI. vel VII., unciali charactere quadrato et rotundo exaratum, in meam gratiam summa cum diligentia Vir eruditissimus *Eduardus Wölfflinus,* Basileensis.

In hoc cimelio hic illic valde mutilato atque detrito initium deest; incipit enim cap. III. p. 42 editionis nostrae his verbis: *te dō tumultuosa loquacitate iactare.*

II. W — Würzeburgensis supra laudatus *).

*) In locis ex Testimoniorum ad Quirin. libr. I. et II. citatis hunc codicem notavi litteris Wa, litteris autem Wb Würzeburgensem (theolog. membr. in fol.) Nr. 56.

III. Ma — Monacensis 4597 sive Benedictoburanus Nr. 97.

IV. Mb — Monacensis 208, olim Schedelianus.

V. Mc — Monacensis 13088, membranac., saec. XII., fol. min. Fuerat olim Bibliothecae monasterii Prufeningensis. Unde saeculo XVI., in istis reformationis turbinibus, transvectus in Bibliothecam civitatis Ratisbonensis posteaque in Monacensem Regiam illatus est.

VI. Md — Monacensis 12519 sive Raitenhaslacensis Nr. 19, membranac., saec. XII., form. oct.

VII. Me — Monacensis 18203, olim Tegernseensis Nr. 203.

VIII. Mf — Monacensis 21240, olim Ulmensis Nr. 40.

IX. Ba — Bambergensis (B. IV. 5.) Nr. 476.

X. Bb — Bambergensis (B. IV. 6.) Nr. 477.

XI. Bc — Bambergensis (B. III. 12) Nr. 480, membranac., saec. XII., in fol. min., quem liberaliter ad me transmittendum curavit Vir Reverendus *Söllnerus*. Congruit hic codex quam maxime cum Raitenhaslacensi.

XII. A — Augustanus, olim Blanckstadianus Nr. 65.

Ad cetera quinque opuscula emendanda iisdem usus sum codicibus, quos descripsi ad libellum ad Donatum.

Praeter ista subsidia critica ad manus fuit collatio codicum Veronensis, omnium Cypriani librorum, qui hucusque innotuerunt, vetustissimi, Neapolitanorum et Vaticanorum ad margines exemplaris editionis Manutianae (Rom. 1563 in fol.), quod in Bibliotheca Acad. Gottingensi asservatur, a docto Italo saec. XVI. adscripta. Egregium hoc adiumentum V. Cl. *Schweigerus*, Biblio-

thecae Gottingensis Praefectus, benigne adnuentibus eiusdem Bibliothecae curatoribus humanissime ad me Monachium transmisit.

Lectiones autem variantes codicis Beneventani, qui eiusdem cum Veronensi aetatis esse fertur, enotavi ex observationibus *Nicolai Rigaltii,* neque praetermisi lectionis varietatem in librum de zelo et livore cap. XII. excerptam e fragmento codicis Emmeramensis E. LIV. (Clm. 14431), membranac., saec. IX., form. quadr. fol. 1, a, quod sic incipit: *Obterenda sunt, fratres dilectissimi, vitia et peccata carnalia,* et desinit cap. seq. in verba: *cum quis sic spiritaliter nascitur ut.*

De his auxiliis criticis plura dedi in Praefat. ad libros de catholicae ecclesiae unitate, de lapsis et de habitu virginum.

II.

Editiones.

1. Ed. princeps per Conrad. Sweynheym et Arnold. Pannartz (SP). Romae 1471. fol.
2. Ed. Veneta (Ven.) ap. Vindelinum de Spira. 1471. fol.
3. Ed. Daventriensis (s. l. et a., Daventriae a Rich. Paffroet c. ann. 1477 typis expressa) fol., quem librum memorabilem commodavit mihi Vir amicissimus *Antonius Rulandius.*
4. Ed. Kunneana (s. l. et a., Memmingae ap. Albert. Kunne de Duderstadt) in fol.

5. Ed. Rembolt. Paris 1512. 4.
6. Ed. Erasmiana. Basil. ex officin. Froben. 1520. fol.
7. Ed. Graviana. Coloniae ex officin. Petri Quentel. 1544. fol.
8. Ed. Manutiana. Romae 1563 ap. Paulum Manutium, Aldi fil., fol. Vid. quae adnotavi in Praefat. ad libros de cathol. eccles. unitate, de laps. et de habit. virgin. p. XVII.
9. Ed. Morelliana. Paris. 1564. fol.
10. Ed. Pameliana. Antverp. 1568. fol.
11. Ed. Rigaltiana. Paris. 1648. fol.
12. Ed. Oxoniensis e theatro Sheldoniano. 1682. fol.
13. Ed. Baluziana. Paris. 1726. fol.
14. Ed. Routhiana (vid. *Martin. Ios. Routh.* Scriptorum ecclesiast. opuscula praecipua quaedam. Tom. I.).
15. Ed. Goldhorniana (in *Gersdorf.* Bibliotheca Patrum. Vol. III. P. II.). Lips. 1839. 8.

Adhibui praeterea *Io. Fred. Gronovii* Observatt. in Scriptoribus ecclesiast. ed. Frotscher. Lips. 1831. 8.

Monachii exeunte mense Iulio 1859.

JO. GEORGIUS KRABINGER.

S. CÆCILI CYPRIANI

EPISCOPI KARTHAGINIENSIS

ET

MARTYRIS

LIBRI

AD DONATUM, DE DOMINICA ORATIONE, DE MORTALITATE, AD DEMETRIANUM, DE OPERE ET ELEEMOSYNIS,

DE BONO PATIENTIÆ

ET

DE ZELO ET LIVORE.

AD

DONATUM *).

I.

Bene admones [1]), Donate carissime. Nam et [2]) promisisse me memini, et reddendi tempestivum prorsus hoc Ed. Baluz. Paris. p. 1.

*) Ita Ma. Bb. Conspirat Coislin., ubi in fine legitur *Caecili Cypriani ad Donatum*. Ba (in calce) et ed. Morell. exhibent *Caecilii Cypriani ad Donatum*. Deest lemma in W. Mb. A et Vindobon. 559. (apud *Mich. Denisium* Codd. Mss. theologg. Biblioth. Palat. Vindob. Lat. Vol. I. P. II. p. 2127). W in indiculo Cypriani opusculorum, quae in eo continentur, scribit fol. 43, 1. ADONATvM (sic). Rell. codd. et edd. tam vett., quam recc. modo praemittunt *epistola*, modo *liber*. Addit Dav. *de contempnenda vanitate huius mundi*, Oxon. *de gratia dei*, quod adsumentum in cod. Md transscripsit Veesenmeyerus recepitque Goldhornius. *Caecilius Cyprianus Donato S.* adiecerunt Erasmus, Gravius, Manutius, Pamelius, Rigaltius, Baluzius. Et ita in fronte ab rec. m. habet etiam cod. Coislin. Conf. quae adnotarunt editores Oxonienses.

I. 1) *ammones* W. Bab. Md. Vindob. Mox *karissime* aut *kme* Mabcd. Bb. Vind. Bong. De qua scriptura in codd. haud infrequente vid. *Ald. Manut.* de vett. notarum explanat. Comment. p. 87 sq., *Zaccaria* Istituz. antiquario-lapid. p. 324 et 436 sq., *Wagner.* Orthograph. Vergil. p. 444, *Osann.* Excurs. III. ad Cic. de re publ. 2) *et* om. A. Mox *quo* — — *sortiatur* praestant W. Mabcd. Bab. A veteresque edd., *quod* — — *sortiatur* habet Bong., *in quo sortitur* suo Marte scripsit Pamel., *quum* — — *sortitur* Rigalt., quem

tempus est, quo indulgente vindemia solutus animus in quietem sollemnes ac statas anni fatigantis indutias sortiatur. Locus etiam cum die convenit, et mulcendis sensibus ac fovendis ad [3]) lenes auras blandientis autumni hortorum facies amoena consentit. Hic iucundum [4]) sermonibus diem ducere et studentibus fabulis in divina praecepta conscientiam pectoris erudire. Ac [5]) ne loqui

---

secuti sunt Oxon., Baluz. et Goldh., *quom* pro *quo*, ut notatur in exemplari editionis Manut. Gottingensi, legendum suspicabatur Latinius. At in Nostri libris et scriptis et editis neque *quom*, nequc *quum* usquam reperitur. Tum *indultis vindemiis* Bb, *vindemia* superscriptum in A. Proxime *sollemnes* W. Ma. Ba et e corr. Mb, *sollempnes* Bb. Mcd, *solempnes* Bong. A c. ed. Dav., *solemnes* Rigalt, *solennes* vulg. Dein *statutas* Mbd. Bb. A et ed. Dav., item in contextu Mc, in mg. tamen *statas*. Mendose *satas* Ba. *Fatigantis* testantur codd. et edd. omnes praeter Baluzianam, cuius editor ex uno libro *veteri optimo*, ut ait, recepit *futiscentis*. Statim *inducias* habent Ba. A et edd. Dav. Oxon. Sed vid. *Cellar.* Orthograph. Lat. p. 100. *Fleckeisen.* in Museo philolog. Rhenan. Ann. VIII. p. 231. not. 3) *et* pro *ad* Bb c. Vind. Tum *lenes aurae* Vind., *lenis aura* Bb, *auras* Mb. Deest *blandientis* in Ma. Mox *autumpni* exhibent A et ed. Dav. Dein *et ortorum* Bb, *ortorum* item W. A c. ed. Manut. Correxit tamen vir doct. in exemplari Gottingensi *hortorum*. 4) *iocundum* W. Mb. Bab. Bong. A et a m. s. Ma conspirante editione Dav. De hac scriptura in codd. et edd. antiquis non insolita vid. quae monuerunt *Cellarius* de Orthogr. Lat. p. 101 et *Osannus* ad Cic. de re publ. p. 7. 5) *At* Md. A et ed. Dav. Tum *loqui* receptum ex Ver. W et Mac. Similiter *Petronius* cap. 52.: *Meum intelligere nulla pecunia vendo.* Hunc rariorem usum infinitivi pro substantivo cum pronomine adiectivo iuncti illustravit *Ruddimannus* Institutt. Grammat. Lat. ed. Stallb. P. II. p. 228. *Eloquium*, quod exhibent Mbd. Ba. Bong. A una cum edd. SP. Venet. I. Dav. Erasm. Grav. atque Manut., ex glossemate fluxisse manifestum est, *colloquium* (ita Bb) scripserat Morellius eumque secuti sunt editores posteriores. Vitiose deinde W. Md. A dant *prophanus* itemque Erasm. et Baluz., *obstrepentis* A et a correctoris

nostrum arbiter profanus impediat, aut clamor intemperans familiae strepentis optundat. petamus hanc sedem. Dant [6]) secessum vicina secreta, ubi, dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per harundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Bene hic studia in aures [7]) damus, et dum in arbores et in vites videmus, oblectante prospectu oculos amoenamus, animum simul et auditus instruit et pascit obtutus; quamquam tibi sola nunc gratia, sola cura sermonis est. Contemptis voluptariae [8]) visionis inlecebris in me oculos tuos fixus es;

---

manu Mb. Statim pro *obtundat* fortius *optundat* Ba et Bong. De qua scribendi ratione multus est *Wagner.* l. c. p. 414. Conf. quae adnotavi ad Ambros. de offic. I. 8. §. 25. p. 268 et I. 10. §. 32. p. 270. 6) *Dent* Bb. Vind. et a corr. m. Mb. In seqq. *pendŭlis* habet Mb, *pendulum* A. Deinde *harundines* cum adspiratione (vid. *Wagner.* l. c. p. 441 et *Sillig.* Praefat. ad Plin. nat. hist. T. I. p. LXXI) optime Ma et Ba, *harundinis* Mb, *arundines* vulg, *calamos* Bb et Vind. 7) *in auras* Mc. Ante *vites* praepositionem om. Mb. Bb veteresque edd. c. Erasm. Grav. Rig. et Oxon. Inserui *videmus* e W. Mabc. Bab. Bong. A, *quas videmus* exhibent Md editique ante Rigalt. Ut h. l. dicitur *in vites videmus*, sic ap. *Marc.* XII. 14. legitur: *nec enim vides in faciem hominis.* Post *videmus* subintell. *et.* Vitiose deinde *amenamur* scribit Bong., *amena mens* Bb, *amena mens* Mb, *amamus* A. Tum *animam* W. Mbc. Ba. Bong. A, in 2. apogr. *animavit* Mb; *animus* e corr. Ma. Mox *auditum* Bb. Pro *instruit* Ma *instruitur.* Dein *pascet* Mb, *pascitur* Ma c. edd. ante Erasm. excepta Dav. et a corr. m. Mc. Proxime *sola nunc cura* Ba, tum *ut sermonis et* (pro *est*) Bb, *est et contemptis* ed. Dav. 8) *voluptariae* om. A, *voluptuariae* e corr. rec. m. habet Mc, *voluntariae* Ba. De qua permutatione cf. infra VI. 4., de zelo et livor. II. 2. Correxi deinde *oculos tuos fixus es* praeeuntibus codd. W. Ma. Bong. et edd. Rigalt. atque Oxon., *oculos tuos* (*oculus tuus* a m. rec.) *fixus* (*gis* et *est* a divers. m. superscriptis), in mg. tamen *oculos tuos fixus es* exhibet Mc, *oculos tuos fixisses* Ba, *oculus tuus fixus est* dant Mb. Bb et A. Cum

qua ore, qua mente totus auditor es et hoc amore, quo diligis. Ceterum quale vel quantum est quod in pectus tuum veniat ex nobis [9])? Exilis ingenii angusta [10]) mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fecundi caespitis culminibus ingravescit. Adgrediar tamen facultate, qua valeo; nam et [11]) materia dicendi facit mecum. In iudiciis [12]), in contione pro rostris opulenta fa-

---

his faciunt libri ante Rigalt. editi itemque Baluz. et Goldh. Statim *qua ore*, *qua mente* W et Ma coniecturam ingeniosam *Io. Fred. Gronovii* (Observatt. III. 12. p. 262 ed. Frotsch.) egregie confirmantes, *quo ore*, *qua mente* Mc et A, *quo amore*, *qua mente* Ba et in apogr. l. 2. Mb, ubi postea in alt. apogr. scriptum est *o quā recta mente*, quod reperitur etiam in Bb, *tam ore*, *quam mente* habent Bong. et Md c. edd. Rigaltianam antecedentibus, *quam ore*, *quam mente* Rigalt. et Oxon., *tam aure*, *quam mente* Baluz. Goldh. Ceterum de locutione *qua — qua* vid. *Gronov.* l. c. et *Hildebrand.* ad Apulei Metamorph. IX. 40. p. 863. Tum *ex hoc amore* Mb et Bb. Dein *quod diligis*, in alt. apogr. *quo deleges*, ex emend. *quo diligis* Mb. 9) *veniat et ex nobis* in apogr. 1., *veniat et ex nobis* in 2., in quo *et* ex parte erasum est, exhibet Mb. 10) *augusta* A. Mox *etenim tenues* Bb. In seqq. pro *caespitis* scripsi *caespitis*. Vid. *Wagner.* l. c. et *Sillig.* l. c. 11) *in* pro *et* A. Idem deinde *metum* pro *mecum*. 12) *In indicio* Md. Quod sequitur *in* om. W. Mabcd. Bab. A et ed. Morell. Dein *contione* c. edd. SP. Venet. et Dav. recte scribit W. Vid. *Sillig.* l. c. *Fleckeisen.* in Museo philolog. Rhenan. Ann. VIII. p. 226 et 233. Perperam *condicione* A, *contentione* Ba, *contentiones* Bb, *in iudicii contione* edd. vett., *in iudicii contentione* Erasm., *in iudicii conventione* Grav. Tum *ne pro rostris opulenta sit facundia, neque volubili ambitione iactetur* in apogr. 2. habet Mb, *ne — — sit facundia, neque* etiam Bb, *ubitione* Bb, *iactatur* Mb in apogr. 1., *iactat* a m. pr., a sec. *iactetur* Mc. *Quō* (i. e. *quoniam*) pro *cum* ubique A. *Vero*, quod addendum esse monuit *Latinius* in Bibliotheca sacr. p. 174, cum neque codd., neque edd. ante Rigalt. agnoscant, in textum inserere ausus non sum. Abest ab ed. Manut. etiam *de*; in Gottingensi autem

cundia volubili ambitione iactetur; cum de domino deo vox est, vocis pura sinceritas non eloquen|tiae viribus 2 nititur ad fidei argumenta, sed rebus. Denique accipe [13]) non diserta, sed fortia, nec ad audientiae popularis inlecebram culto sermone fucata, sed ad divinam indulgentiam praedicandam rudi veritate simplicia. Accipe quod sentitur, antequam discitur [14]), nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed conpendio gratiae maturantis hauritur.

II.

Ego [1]) cum in tenebris atque in nocte caeca iacerem

---

exemplari utrumque vocabulum utpote recipiendum a viro docto in mg. notatum est. Ante *deo*, quod om. A, in W et Mabc male repetitur *de*, Md et cdd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. exhibent *et de deo*. Mox *purae* Bb. Bong. Tum *eloquente* pr., dein *eloquenti*^{æ} Mb et *utitur* pro *nititur* Md. 13) *accipe* corruptum in *accepi* in Mb, cuius in alt. apogr., ubi m. pr. scripserat *accepi*, sec. restituit *accipe*. Dein idem liber habet *disserta* (in alt. apogr. *diserta* e *deserta* corr.), A *obserta*. Statim *sed nec* Ba. Praepositio *ad*, quam om. Mb et Bab, a rec. m. superscripta est in Mc. Male *audientiam* Ma. Bong., *audientis* Md; Mb *audien*^{tiae} secundae manui debet. Tum *secularis* (in mg. „al. *popularis*“ ab rec. m.) habet Mc. Deinde *inlecebram* W et Mb, *inlecebrae* Ma, *illecebra* Ba. Bong., *illecebram* vulg. Mox *fucatam* Bb. Ita et Mb, qui pr. habebat *fugata*. Tum *predicandi* ed. Dav. 14) *discetur*, e corr. *discitur* Mb. Idem liber paulo post *collegitur*.

II. 1) *Ergo* Pamel. et Rigalt. Tum *in solo* Ba. Mox *operantibus* pr. Mb. Dein *fluctuarer* Ba et *nexibus* pro *nescius* Bong. In seqq. *ut qui*^{s} (supposito ab rec. m. *aquis*) in alt. apogr. Mb. Idem *possit atque* (*posset utque* in sec. apogr.), *utque* (*quis* a rec. m. superscr.) Mc, *ut quod* A. Quod post *salutaris* additur vocabulum *itineris* in Mbc, in utroque libro posthac deletum est. Proxime *id quod* habet Mb. Dein supra *fuerat expoñeret* a rec. m. in

cumque in salo iactantis saeculi nutabundus ac dubius vestigiis oberrantibus fluctuarem, vitae meae nescius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac durum pro illis tunc moribus opinabar quod in salutem mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis renasci denuo posset utque in novam vitam lavacro aquae salutaris animatus quod prius fuerat exponeret, corporis licet manente conpage hominem animo ac mente mutaret. Qui [2]) possibilis, aiebam, tanta conversio, ut repente ac perniciter exsuatur quod vel genuinum situ materiae naturalis obduruit vel usurpatum diu senio vetustatis inolevit? Alta haec et profunda [3]) penitus radice sederunt. Quando parsimoniam [4]) discit qui epularibus coenis et largis da-

---

Mc notatum legimus *hauserat vomeret*. Coniunctionem *et*, quam primus invexit Rigaltius, codd. nostri omnes, ut edd. superiores merito omittunt. Conf. supra cap. I. not. 7. 2) *Quin* A et a m. rec. inter vers. Mc, item ed. Dav.; *quid inpossibilius agebam* in apogr. pr., in sec. *quomodo quid inpossibilib: aiebam* (pr. *agebam*) habet Mb, *quomodo* Bb, *cum* Md, dein *impossibile aiebam tantam conversionem* scribit A. *Est*, quod modo ante *tanta*, modo post *conversio*, ut in edd. vett., ponitur, in codd. autem W. Mabd atque Bong. omittitur, expungendum censui Pro *vel* — — *vel* Mb scribit *et* — — *et*. Tum *genui* (sic) Bong., *genuino* Ba, *genitivum* (in mg. „al. *gemino*") Mc, *gemino* A et ed. Dav. Proxime *obduravit* Mb. Ba et A. Dein *interdiu* edd. vett., *interdum* Md. 3) Desunt quattuor hae voces in A. Idem *iudice* pro *radice* habet. 4) *per symoniam* A. Tum *discet* (pr. *discit*) Mb et *quod* pro *qui* Md. Mox *caenis* W. Ba et Mc, quibuscum faciunt Manutius, Pamelius et Baluzius. Item Mb in apogr. I., in sec., ut Ma et A, *cenis*. De varia huius vocis scribendae ratione vid. *Cellar.* de Orthograph. Lat. s v. *coena*. Deinde inverso verborum ordine Bb habet *in auro atque purpura conspicuus fulsit*. Alterum *in* om. etiam Ba et A. Mox *purpora* Ma. Dein *fulcit* et *plebeum* A. Infra *deponet* (pr. *deponit*) Mb.

pibus adsuevit, et qui pretiosa veste conspicuus in auro atque in purpura fulsit, ad plebeium se ac simplicem cultum quando deponit? Fascibus ille oblectatus [5]) et honoribus esse privatus et inglorius non potest. Hic stipatus [6]) clientium cuneis, frequentiore comitatu officiosi agminis honestatus, paenam putat esse, cum solus est. Tenacibus semper inlecebris necesse est, ut solebat, vinolentia [7]) invitet, inflet superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio delectet, libido praecipitet.

III.

Haec egomet saepe mecum. Nam et [1]) ipse quam

---

5) *oblectatur* W. Mabc. A. Proxime *ingloriosus* Mb et Ba. Repetitur deinde *esse* in Bb et A. 6) *stipatus* om. A. Idem habet *clientum* et ante *frequentiore* infercit partic. *et*. Mendose *comitato* scribit Mb, tum *officioso agmine* Ma, *acminis honestatur* Mb, *honestatur* dant W et Bb. Deinde *potat* habet Bb, *putat penam esse* A. Correctum *solus* e *solis* in Mb. Dein *est et tenacibus* A. 7) *vinulentia* W, *vinulentia* Mc. Infra *simulet*, mox *et libido* Md.

III. 1) *et* pro *ut* W. Mab. Bab. A veteresque edd. Tum *pluribus* Bb. Dein *priori* Ba. Pro *erroribus* edd. vett. c. Erasm. et Grav. *horroribus*. De utriusque vocabuli permutatione vid. infra ad cap. V. not. 4. et VII. 3. Fortius *inplicatus* Mb et Bb, *implicatus* Macd. Ba. A et edd. ante Pamel., in qua est *implicitus*, quod receperunt editores posteriores. In seqq. A scribit *obsecundus*. Ante *desperatione* omisi *et* praeeuntibus codd. et editis ante Manut. omnibus; delectatur enim Noster mirifice asyndetis. Aptius deinde pro *veluti iam* W. Mabcd et Bab et edd. Manutianam antecedentes exhibent *velut iam*; *velut etiam* legitur in Bb. Proxime codd. W et Ma commode obtulerunt *et fuvebam*, quod Cyprianeo loquendi usu egregie confirmatur. Ita enim Noster cap. 6.: *malis suis miseri et gloriantur*, cap. eod. circ. fin.: *hoc, pro dolor, mater et redimit*. De Laps. cap. 6. p. 67 editionis nostrae: *quot, ne eorum*

plurimis vitae prioris erroribus inplicatus tenebar, quibus exsui me posse non crederem, sic vitiis adhaerentibus obsecundans eram, desperatione meliorum malis meis velut iam propriis ac vernaculis et favebam. Sed postquam undae [2]) genetalis auxilio superioris aevi labe detersa in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquam caelitus spiritu hausto in novum me hominem nativitas secunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius difficile videbatur; geri posse

differretur interitus, et rogaverunt. De opere et eleemosyn. cap. XXI. in fin.: *operantibus praemium pollicitus, supplicium sterilibus comminatus sententiam suam protulit, quid iudicaturus sit et ante praedixit.* De bono patient. cap. V. c. fin.: *nec rependisse inimico vicem, sed occisum adhuc insuper et vindicasse.* Ad Demetr. cap. VIII. c. fin: *ut appareat in aegritudine sua miseros ad hoc forsitan et derelictos esse.* Mc habet *et iam favebam* (*iam* a rec. m. superscripto). Pro *et* in mg. libri Ma notatum est *ef*, cuius depravationis exemplum legitur in Mb et Ba, in quibus exstat *effavebam*. Baluzius e quibusdam libris vett. protulit probavitque *offavebam*, Bb et edd. Dav. atque Erasm. dant *uffavebam*, Morell. et Pamel. *adfavebam*, Md et A *favebam* una cum edd. rell. 2) *mundi* pro *undae* Mb. Idem liber *genetalis* in apogr. pr., in alt. *genitalis*, moxque *la acie be* (sic cum lacunula ex rasura relicta). *Serenum*, quod post *pectus* addiderunt Baluzius et Goldhornius, om. codd. nostri omnes et edd. rell. Quare expunxi. *Expiatus* et *purus* coniungit Noster etiam infra cap. 4. circ. fin. Deinde *se*, quod in Ma omissum est, rec. m. superscripsit in Mc. In seqq. post *reparavit* in cod. Mb desinit apographum pr. Alteri praemittitur epistolium illud Donati ad Cyprianum, quod e cod. Cambron. in lucem protulit *Pamelius* p. 1. Conf. *Baluz.* Not. p. 370. Inverso ordine *confirmare protinus* habet Bb, *coeperunt confirmare* (ita etiam Ba) omisso *se* Mb, *tenebrosa coeperunt* ed. Dav. Tum *facultatem* superscripto ab rec. m. *facilitatem* Mc. Pro *putabatur* Bb *videbatur*. Dein *ut esset* om. A. Statim *agnosci* scribit Mb moxque *et dei esse*.

quod impossibile putabatur, ut esset; agnoscere terrenum fuisse quod prius carnaliter natum delictis obnoxium viveret; dei esse coepisse quod iam spiritus sanctus animaret. Scis ipse [3]) profecto et mecum pariter recognoscis quid detraxerit nobis quidve contulerit mors ista criminum, vita virtutum. Scis ipse, nec praedico. In proprias laudes [4]) odiosa iactatio est; quamvis non iactatum possit esse, sed gratum, quidquid non virtuti hominis adscribitur, sed de dei munere praedicatur, ut iam non peccare esse coeperit fidei; quod ante peccatum est fuerit erroris humani. Dei est, inquam [5]), dei omne quod possumus; inde vivimus, inde pollemus, inde sumpto et concepto vigore hic adhuc positi futurorum indicia praenoscimus. Sit tantum timor innocentiae custos, ut qui [6]) in mentes nostras

3) *ipse* om. W. Mabcd et Bb c. ed. Dav. Item *pariter* Bb. Dein idem liber habet *cognoscis*, Mc et a m. pr. Mb *recognosces*. Mox *contraxerit* ed Dav. 4) *In propriis laudibus* A. Tum *odiosa vel iactatio est* Md, *est iact.* A. Paulo post *quidquid* Md et ed. Manut., *quicquid* vulg. Tum *abscribitur* Mc, *ascribitur* Ba. Md. A, item edd. SP. Venet. Kunn. Remb., *asscribitur* Bb. Erasm. Grav., *asscribatur* ed. Dav. *De* ante *dei munere* om. Mabd, *virtute* (superscripto *munere*) habet Bb. Mox *non iam* Bb; *non*, quod deest in W et Ma, in Mc superscriptum legitur. Statim *coepit esse* dat Md et in seqq. *iam* pro *ante*, dein *fuit* A. 5) *Dei, inquam, est* Bb. Tum *dei omne* (non interposito v. *est*) codd. nostri omnes itemque edd. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Mox *inde pollemus* om. Mb. Dein *contempto vigore* exhibet Bb, *iudicia* Md et in mg. ab al. m. Mc, quibuscum conspirant edd. vett. Mendose *cognoscimus* A. 6) *qui*[a] Mb, *qd*[i] (i. e. *quod*) A, *quod* edd. quoque vett. c. Erasm. Grav. et Manut., *dominus qui* inepte Pamelius. Deinde *adlapsu* W. Mabc. Ba c. ed. Morell., *a lapsu* Md, *alapsu* A, *allapsu*, quod al. m. superscripsit in Bb, exhibent libri editi rell. Tum *influxus dominus* (sic) Md, *affluxit* A, *infulsit* Ver. Corb. Rig. Oxon. Dein *animis* pr. Mb, *animo*[i] Ma, *animo* W. Mox pro *operatione*

indulgentiae caelestis adlapsu clementer dominus influxit, in animi oblectantis hospitio iusta operatione teneatur, ne accepta securitas indiligentiam pariat et vetus denuo hostis obrepat.

IV.

Ceterum si tu innocentiae, si [1]) iustitiae viam teneas inlapsa firmitate vestigii tui, si in deum viribus totis ac toto corde suspensus hoc sis tantum, quod esse coepisti, tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiae spiritalis augetur. Non enim, qui [2]) be|neficiorum terrestrium mos 3
est, in capessendo munere caelesti mensura ulla vel modus est. Profluens largiter spiritus nullis finibus premitur,

---

in ed. Baluz. irrepsit *obtemperatione*. Vitiose *speratione* scribit Mc. In seqq *ne* correctum est e *nec* (ita Ma et pr. W) et *indiligentiam* ex *indulgentiam* in Mb, *si negleguntiam* habet Mc. Dein *et* om. W et Mac, *obvetus* pro *et vetus* dat A, *de novo* W, *obreptat* A.

vel *viam*

IV. 1) *si tu* Mb. Proxime *semitam* Ba. Tum *si illapsa firmitate vestigii tui incedas* scripsit Pamelius, quem secuti sunt Rigalt. Oxon. et Baluzius c. Goldhornio. Sed mei codd. excepto Bb *si* et *incedas* non agnoscunt. Quare expunxi. *Inlapsa* (i. e. *non lapsa*) pro vulgat. *illapsa* recepi ex W. Mab et Bab, quibuscum facit Morell. Dein, ut Morell., Bb et a s. m. Mb habent *vestigiis tuis*. In clausula *spiritualis* Md idque constanter. 2) *Non enim ad modum qui* A. Pro *qui* Mb et Bb *qualis*. Tum *in beneficio rerum* ed. SP.

dei

Mox *munere* exhibet Mb, *munere divino* Vict. ap. Oxonienses; *caelesti* om. Ver. et mei codd. omnes praeter Md. Similiter Noster Epist. LXXVI. p. 156: Si autem baptizari non possunt qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati sunt, cur in fide sua et domini indulgentia scandalizantur? An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breviore et minore mensura muneris divini ac spiritus sancti, ut habeantur quidem Christiani, non sint tamen ceteris adaequandi? Quin immo spiritus sanctus non ad mensuram datur, sed super credentem totus infunditur.

nec coërcentibus [3]) claustris intra certa metarum spatia frenatur. Manat iugiter, exuberat affluenter [4]). Nostrum tantum sitiat pectus [5]) et pateat. Quantum illuc [6]) fidei capacis adferimus, tantum gratiae inundantis haurimus. Inde iam facultas datur castitate sobria, mente integra, voce pura [7]) in medelam dolentium posse venenorum virus exstinguere, animorum desipientium labes reddita sanitate purgare, infestis iubere pacem, violentis quietem, ferocientibus lenitatem, inmundos et erraticos spiritus, qui se expugnandis hominibus inmerserint, ad confessionem minis increpantibus cogere, ut recedant, duris verberibus

3) *cohercentibus* edd. vett., *cohercentibus* Bb, *coherentibus* Mc, *coherētibus* A. Inepte *cetera metrorum* idem liber. Dein *spacia* Bab. Mcd. A, item edd. SP. Remb. Erasm. Recte tamen ceteri libri scripti et editi *spatia*. Vid *Wagner*. l. c. p. 473. Pro *frenatur* (*fraenatur* male Rigalt. Oxon. et Baluz. Vid. *Cellar*. Orthogr. Lat. p. 93) edd. vett. habent *refrenatur* (*refraenatur* Morell.), pro quo in Mb correctum est *frenatur*. 4) *afluenter* W, *effluenter* A, *habundanter* Bb. 5) *sciat* A, *sit impetum*, in mg. ab rec. m. *sitiat pectus* Mc. 6) *illic* W et Mac. Deinde *inhundantis* Ma et *aurimus* pr. W. 7) *virtute sincera*, quod post *voce pura* additur, om. W. Mabc. Bab. A c. ed. Rigalt., habent inverso verborum ordine *virtute sincera*, *voce pura* cod. Md et edd. SP. Dav. Remb. Erasm. Morell., *virtutis sincera*, *v. p.* exstat in Venet. et Kunn. Unde equidem nullus dubito utrumque vocabulum a glossatoris manu esse adsutum ideoque exterminandum putavi. Statim *in medellam dolentium* scribit Ma, sicut Veronensis et unus Vaticanus apud Baluzium, nec aliter primo legebatur in W. De duplici *l* in voce *medella* conf. *Cellar*. l. c. p. 118 sq. s. v. *querela* et *Wagner*. l. c. p. 467. Mendose Mb habet *inde medela dolentium*, Md *in medula adolentium*. Dein *pro se* pro *posse* et in seqq. *despicientium* Mc. In seqq pro *ferocientibus* legitur *ferocibus* in Bb et a m. pr. in A. Proxime *sese* A. Tum *inmerserint* W et Mb, *immerserint* vulg., *immerserit* Md, *inmerserunt* Bb, *immerserant* A. Pro hoc verbo, quod excidit in Ma, rec. m. ibidem ad mg. adscripsit *ingerunt*, ut in textum recipiendum. Male *nimis* pro *minis*

urguere, conflictantes, eiulantes, gementes incremento paenae propagantis extendere, flagris caedere, igne torrere. Res illic geritur, nec videtur; occulta plaga et [8]) paena manifesta. Ita quod esse iam [9]) coepimus, acceptus spiritus licentia sua potitur; quod necdum corpus ac membra mutavimus, adhuc carnalis aspectus saeculi nube caecatur. Quantus hic animi [10]) potentatus, quanta vis est non tantum ipsum esse subtractum perniciosis contactibus mundi, ut quis expiatus et purus nulla incursantis inimici labe capiatur, sed adhuc maiorem et fortiorem viribus fieri, ut in omnem adversarii grassantis exercitum inperioso iure dominetur.

V.

Atque ut inlustrius veritate patefacta divini muneris [1]) indicia clarescant, lucem tibi ad cognitionem dabo, malorum caligine abstersa operti saeculi tenebras revelabo.

A. Tum *urguere* W. Mac, *urguere* Mb, *urgere*, ut vulgo legitur, corr. e *cogere* in Md. Statim *heiulantes* W. Ma. Ba, *et ululantes* Mc. Dein *et gementes* Mb. Ba. Infra *flagris caedere* om. Mb, *flammis cedere* dat Bb. Pro *igne* A *igni*. 8) *sed* Erasm. Grav. Manut. 9) *iam* deest in Md, A habet *non*. Mox *poīt˜* (i. e. *potitur*), in mg. ab rec. m.: al. *patitur*. Statim *sed quod* Erasm. Grav. Moreil. Pro *mutavimus* A *iniciamus*. Proxime *asspectus* Bb. 10) *animae* Mb. Post *potentatus* additur *est* in W. Mabc. Bb et in edd. vett., itemque in Erasm. et Grav. Paulo post *contractibus* A. Proxime *ut qui* Mb et Ba. Tum *piatus* W. Ma. Bb, ^{ex}*piatus* (*ex* a rec. m. superscr.) Mc. Dein *ac purus* Mb moxque *captatur* Ma. Ante *omnem* praepositio *in* superscripta est in Mc. Proxime *inperioso* W, *imperio suo* Ba et pr. Mc, *imperiose* Bb. Ceteri codd., ut edd., *imperioso*.

V. 1) *numinis* Bb. Paulo post *malorum* om. ed. Dav., *malorum blandientium* invitis codicibus scripsit Erasmus, respiciens

Paulisper te crede [2]) subduci in montis ardui verticem celsiorem; speculare inde rerum infra te iacentium facies et oculis in diversa porrectis ipse a terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intuere. Iam saeculi et ipse misereberis tuique admonitus [3]) et plus in deum gratus maiore laetitia quod evaseris gratulaberis. Cerne [4]) tu itinera latronibus clausa, maria obsessa praedonibus, cruento horrore castrorum bella ubique divisa. Madet orbis mutuo sanguine; et homicidium cum admittunt singuli, crimen est [5]); virtus vocatur, cum publice geritur. Inpunitatem sceleribus adquirit non innocentiae ratio, sed saevitiae magnitudo.

VI.

Iam si [1]) ad urbes ipsas oculos tuos atque ora convertas, celebritatem offendes omni solitudine tristiorem. Paratur gladiatorius [2]) ludus, ut libidinem crudelium lumi-

---

fortasse ad Nostri verba (cap. 10.): *Malorum blandientium virus occultum est*, eumque secuti sunt Gravius, Morellius et Pamelius. Statim *obstersa* habet A. Pro *operti* in Ba et Mc est *opertas* idque placuit Pamelio et Rigaltio. Sed vid. *Baluz.* Adnotat. 2) *crede te* Mb. Mox *excelsiorem* Ba. In seqq. *ipse* ab al. m. superscriptum in Mb. Tum *contractibus*, ut supra, dat A, nec aliter pr. exhibebant W et Mc. Dein *fluctus mundi ac turbines* scribit Ma. 3) *ammonitus* Bab. Tum *maiori* Mcd et e corr. sec. m. Mb. Pro *laetitia* Mc *licentia*. Proxime *gratularis* W. Ma et a m. pr. Mc, *gratuleris* Mb et Bab. 4) *Certe* Md. Mox *nemora* pro *maria* Mc. Tum pro *horrore* Bb *errore*. 5) *est* om. Mc. Dein *virtus est quando publice geritur* A.

VI. 1) *si* superscriptum a r. m. in Mc. Tum *ipsas* om. Ma, *ipsos* scribit A. Mox *offendas* Ma a m. pr. et Md veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., *offendis* A et pr. Mb. Dein *sollicitudine* Ba et Md. 2) *gladiatoribus* Mbc. A, *gladiatoris* Ba et *luctus* pro *ludus* Md.

num sanguis oblectet. Inpletur in sucum [3]) cibis fortioribus corpus et arvinae toris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in paenam carius pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem [4]), et ut quis possit occidere, peritia est, usus est, ars est. Scelus non tantum geritur, sed [5]) docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? Disciplina est ut perimere [6]) quis possit et gloria est quod perimit. Quid illud, oro te, quale est, ubi [7]) se feris obiciunt, quos nemo damnavit, aetate integra, honesta satis forma, veste pretiosa? Viventes in

---

3) Ita pro vulg. *in succum* Ver. Vat. 3. Mab. Bab et a m. pr. Mc. Postea vero in hoc libro superadditum est alt. *c*, in mg. autem ab rec. m. habetur *siccum*, ut in edd. Venet. et Remb. Tum pessime *animae thoris* A, *arvinae roris* Venet. Kunn. et Remb., *arvina assidui nidoris* Erasm. et Grav. Tetigit hunc locum *Io. Fred. Gronovius* in Statii Silv. Diatrib. p. 257 ed. Hand., ubi multus est de gladiatorum sagina. „Non placet", ait vir doct., „quod *insuccum* [*insucum* scribitur in W] *corpus* legunt summi viri, quasi ἔγχυλον. Conf. liber ad Demetrianum [cap. 3. init.]. Dein ita construendum: *et membrorum moles robusta toris arvinae pinguescit*, id est, ad toros arvinae, ut *tori* et *arvina* sint corporis gladiatorum, non cibi." Perperam *carnis* pro *carius* A et vett. edd. 4) *voluntatem* W, *voluntate* Mc. Quod sequitur *et* idem om. 5) Particulam *et* invectam post *sed* e cod. Cambr. a Pamelio, quem secuti sunt Rigalt. Oxon. Baluz. et Goldhorn., exterminavi adsentientibus codicibus meis omnibus editisque superioribus. Vid. *Ramshorn.* Grammat. Lat. Part. II. § 190. p. 832 sq. et quae adnotavi ad librum de domin. orat. cap. VII. nr. 2. 6) *peremere* pr. Ma, *perhimere* Mb. Mox *at gloria et* A. Dein *peremit* W et Ma (a m. pr.). Bab et Md c. edd. Pamelianam antecedentibus, *perimet* Mb. 7) *est hoc, ubi* Ma, *hic* pro *hoc* W et Ba. Tum *obiciunt* codd. omnes, *obiiciunt* edd. Mox *dampnavit* Bb. Md. A, *condemnavit* edd. SP. Venet. Kunn. Remb., *condempnavit* Dav. Additur *ad bestias* (ita Mc a m. rec. supra lin.) in Md et edd. vett. Pro *honesta* codd. Md. Gratianopolit. et duo Anglici c. edd. vett. exhibent *venusta*.

ultroneum funus ornantur, malis suis miseri et [8]) gloriantur. Pugnant ad bestias non crimine [9]), sed furore. Spectant [10]) filios suos patres. Frater in cavea [11]), et soror praesto est. Et spectaculi licet pretium largior muneris [12]) apparatus amplificet, ut maeroribus suis mater intersit, hoc, pro dolor, mater et redimit, et in tam impiis spectaculis tamque diris esse se non putant oculis parricidas.

VII.

Converte hinc vultus [1]) ad diversi spectaculi non

---

8) *et* (*etiam* legitur in ed. Morell.) recepi ex codd. W. Mab. Bab. A, quibuscum facit ed. Dav. Vid. supra ad cap. III. not. 1. 9) *ad bestias*, *bestiae non nomine* Vat. l. et A, *non furore, sed crimine* Mb. Respexit hunc locum *Pseudo-Augustinus* de symbolo ad Catechumenos cap. II. §. 5. T. VI. p. 557. F. 10) *Expectant* permutatione frequente Bb. 11) *in catena* Bb. *Est*, quod tacite adiecit Pamelius et editores recentiores non improbaverunt, merito respuunt codices nostri omnes. Dein *praesto est. spectaculi. Licet* a m. pr. habet Mc. Rec. autem manus quod ante *spectaculi* superscripserat *et* postea delevit et *spectaculi* in *spectaculo* mutavit. 12) *numeris* Bb. Tum *adparatus* pr. Mc. Male *moeroribus* edd. Erasm. Grav. Morell. Rigalt. Ox. et Baluz. Vid. *Wagner.* l. c. p. 453. Deinde *proch dolor* Md et A c. edd. Dav. atque Remb., *proh dolor* SP. Venet. Kunn. Remb. Erasm. Grav. Rigalt. Oxon. Baluz., *pro dolore* Mb. Bb et a m. pr. Mc, in quo rec. m. scripsit *proh dolor*. Statim *et redimit* Mb, *redemit* Md et edd. SP. Venet. Kunn. Remb., Mb *in tam* (e corr.), Bb *inpiis*. Pro *tamque* A *tanquam*, quod reperitur etiam in edd. SP. Venet. et Kunn. Vocc. *et funestis* post *diris* (*diversis* habet ed. princeps) e cod. Cambr. a Pamelio illata et retenta ab editoribus sequentibus codd. nostri et ed. Dav. merito omittunt. Quare expunxi. *Diris sceleribus* dant quinque codd. Angl. c. edd. Venet. Kunn. Remb. Erasm. et Grav. *Sceleribus* legitur etiam in mg. libri Mc a m. rec. adiectum. Mox *se*, quod om. Bb, Mb inter vers. habet. Pro *putant* Ma scribit *putat* (i. e. *mater*) — *parricidam*. *Oculis* deest in Bb. Dein *patricidas* exhibet A.

VII. 1) *vultus tuos* Mb et Ba. Tum *a diversis spectaculis*

minus paenitenda contagia; in theatris quoque conspicies quod tibi et dolori sit et pudori. Cothurnus est [2]) tragicus prisca carmine facinora recensere. De parricidiis [3]) | et incestis horror antiquus expressa ad imaginem veritatis [4] actione replicatur, ne saeculis transeuntibus exolescat quod aliquando commissum est. Admonetur [4]) aetas omnis auditu fieri posse quod factum est. Numquam aevi [5]) senio delicta moriuntur, numquam temporibus crimen ob-

---

Mb et Bb, in quorum priore libro *a* ex *ad* enatum est. Mc habet *a*^{d} *diversi spectaculi* (*d* a rec. m. supra addito), A *ad*^{at} *diversi spectaculi sit et pudori* intermediis omissis. Pro *poenitenda* scripsi *paenitenda* auctoribus libris W. Mb et Ba aliisque codicibus antiquissimis et optimis, de quibus dixit *Wagnerus* l. c. p. 463 sq. Mox *conspicias* Bb. Idem liber om. prius *et*. 2) *et* Bb. Deinde vulgo legitur *prisca facinora carmine recensere*. Inverti ordinem praecuntibus codicibus W. Mac et Bb, *prisca carmine*$^{vel\ um}$ *fac. rec.* dat Ba, *prisco carmine f. r.* Md, *prisca carminum f. r.* exhibent Mb et A. Cui lectioni a Pamelio in tribus codd. inventae calculum album adiecit *Gronovius* Observatt. in scriptt. eccles. p. 569 eique obtemperarunt Oxonienses. 3) *et de parricidi*^{i}*s* W. *Parricidis* male edd. omnes Baluzianam antecedentes. Correxit *parricidiis* iam *Gronovius* l. c. Dein *incestus* Ba. Pro *horror* A scribit *error*, quod e codice quodam protulit olim *Gronovius*. „Errorem", adnotat vir praestantissimus, „ex ipsa re appellavit, respiciens casum Oedipi, qui per errorem Laium occidit, cum Iocasta coiit: hoc est, parricidio et incesto erravit. Sic Adrastus apud Statium, excusans pudorem Polynicis: *nostro quoque sanguine multum Erravit pietas*. Quae quidem verba magna arte rem detestabilem mitigant. Talis in parricidium error docebatur et Hercule furente, unde apud Senecam:

A. *Quis nomen umquam sceleris errori addidit?*
H. *Saepe error ingens sceleris obtinuit locum.*"

Adsenserunt Angli; equidem nihil mutandum censui. Mox *iplicatur* Bb. Tum *exsolescat* W et Ba. Deinde *conmissum* Mb et Md. 4) *Ammonetur* Ba. Inverso ordine *omnis aetas* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Statim *auditus* A. 5) *enim* Md. Vocc. *crimina obruuntur*

ruitur, numquam scelus oblivione sepelitur. Exempla [6]) fiunt quae esse iam facinora destiterunt. Tum [7]) delectat in mimis turpitudinum magisterio vel quid domi gesserit recognoscere vel quid gerere possit audire. Adulterium discitur, dum videtur [8]), et lenocinante ad vitia publicae auctoritatis malo quae pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat de spectaculo revertitur inpudica. Adhuc deinde [9]) morum quanta labes, quae probrorum fomenta, quae alimenta vitiorum, histrionicis gestibus inquinari, videre contra foedus iusque nascendi patientiam incestae turpitudinis elaboratam! Evirantur mares, honor omnis [10]) et vigor sexus enervati corporis dedecore mollitur plusque illic placet quisquis virum in feminam magis fregerit. In laudem crescit ex crimine et peritior [11]) quo

---

superscripta sunt in Mc. Idem liber habet *in oblivione,* A *oblivioni.*

6) *Exempla* (*o* ab al. m. supra notato) Ma. *Desierunt* pro *destiterunt* in exemplari nostro editionis Oxon. coniectavit *Felix Oefelius.* 7) *Et dum* Ma, *cum* A, *tunc* Mb. Bb et edd. Manutiana antiquiores. Statim *delectant* Md et A. Particulam *in* rec. m. superscripsit in Mc. Pro *in mimis* Bb habet *nimis*, A *mimus* et pro *magisterio* Bb *magisterium*, ut duo antiqui libri apud Baluzium, *magistru*, quod enatum est e *magisterio*, Mb. Vid. quae de h. l. adnotavit *Baluzius.* Mox *domum* Ba. Infra *posset adulterium* A. 8) *dum videtur* om. Bb. Tum *puplicae* scribit W. Perperam *mala* A. Proxime *matrona ad spectaculum matrona* Bb. 9) *denique* A. Idem *proborum.* In seqq. *legemque* pro *iusque* Bb et e corr. Mb. Tum *elaboratam* a corr. m. in mg. habet Mb. 10) *omnis honor* edd. vett., *et omnis* a m. pr., ab rec. *omnis* *et* Mc. Deinde *emollitur* Mad et ex mutat. r. m. Mc editionesque Manutianam antecedentes. Mox *illi*[c] Mb. Tum *quisque* codd. praeter Md omnes c. edd. vett. confusione frequentissima. Vid. infra IX. 15. 11) *eo peritior* Mcd et edd. antiquiores. Sed *eo* non est opus. Vid. *Beier.* ad Cic. de off. I. 21. T. I. p. 170 et *Ramshorn.* Gramm. Lat. P. II. §. 154. B. not. 3.

turpior iudicatur. Spectatur [12]) hic, pro nefas, et libenter. Quid non possit [13]) suadere qui talis est? Movet [14]) sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem, nec deest probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat. Exprimunt inpudicam Venerem, adulterum Martem [15]), Iovem illum suum, non magis regno, quam vitiis principem, in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem, nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris avibus prosilire. Quaere iam nunc an possit [16]) esse qui spectat integer vel pudicus. Deos suos, quos veneratur, imitatur [17]); fiunt miseris et religiosa delicta.

VIII.

O si et [1]) possis in illa sublimi specula constitutus

---

12) *Spectatur*, utpote omissum, a m. rec. in mg. habet Mc, *expectatur* dant Bb et A permutatione frequentissima. Vid. adnot. ad Ambros. de off. I. I. §. 1. Dein *libenter admittitur* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Grav. 13) *potest* Bb et edd. antiquiores itemque Erasm. et Morell. Pro *qui* Mb pr. habebat *quia*. 14) *Monet* A. Idem *effectus*, W et Mb *adfectus*. Proxime *conscientia* Ba. Statim *deesse* Bb. Tum *probi* pari errore, ut supra, A, *probris* Mb. Dein *blandientibus* Ba. Mox pro *ut auditu* A *ex blanditu*. 15) Vocc. *adulterum Martem* om. edd. antiquiores. Proxime *magis non* scribit Md. Ante *regno* expunctum est *ideo* in Mc. Mox praepositionem *in* om. A. Proxime *fulminibus suis* exhibent edd. vett. c. Erasm. Tum *arduā* (sic) A. Mox *flavescere* pro *albescere* edd. Graviana antiquiores. Ante *puerorum* praepos. *in* om A. Deinde *raptum* habet Bb. 16) *posset* A. 17) Ita W et Mac, *venerantur*, *imitantur* vulg. Statim *et delicta religiosa* habent edd. ante Manut. omnes.

VIII. 1) *et* om. Mb et quattuor libri a Pamelio inspecti, qui idcirco particulam illam ut superfluam delevit eumque secuti sunt

oculos tuos inserere secretis, recludere cubiculorum obductas fores et ad conscientiam luminum penetralia occulta reserare, aspicias ab inpudicis geri quod nec possit aspicere frons pudica, videas quod crimen sit et videre, videas quod vitiorum furore dementes gessisse se negant et gerere festinant. Libidinibus insanis in [2]) viros viri proruunt. Fiunt quae nec illis [3]) possunt placere, qui faciunt. Mentior, nisi alios qui talis est increpat. Turpes turpis [4]) infamat et evasisse se conscium credit, quasi conscientia satis non sit. Idem [5]) in publico accusatores, in occulto rei, in semet ipsos censores pariter et nocentes. Damnant [6]) foris quod intus operantur. Admittunt libenter quod cum admiserint criminantur. Audacia [7]) prorsus cum vitiis faciens et inpudentia congruens inpu-

editores recentiores; *possis et* legitur in A. Tum *in illa — spectacula* (sic) Mb et *substitutus* Bb moxque inverso ordine *cubiculorum recludere* ed. Dav. In seqq. *non possit* pro *nec possit* exhibent edd. Erasm. antecedentes. Post *gessisse* Ba om. *se*. Proxime *geri* est in Ma, *gerere utrumque* in edd. Venet. Kunn. et Remb., *utrumque* in Mc addidit rec. m. 2) *in* om. Bb. 3) Ita W. Mabc. Bab. A editionesque Manut. Rigalt. Oxon. et Baluz., *nec ipsis* Md c. edd. SP et Morel., *nec ipsis*, *nec illis* edd. Venet. Kunn. Remb. Erasm., *nec ipsis illis* Grav., *nec illis ipsis* Pamel. Dein *placere* ab rec. m. in mg. habet Mc. 4) *Turpis turpes* Mcd et (a corr. m.) Mb, item edd. antiquiores cum Erasm. et Grav. Statim *evasse* Bb. Tum *conscius* Mc, *consilium* A. In seqq. *quasi conscientiam suam non posse effugere satis non sit* e cod. Cambr. temere recepit Pamelius; sapiunt enim haec merum interpretamentum, quod etiam Baluzius in tribus libris vett. invenit. Post *satis* in Ma superscriptum legitur *rea*. 5) Ita codd. omnes excepto Md, in quo est *inde*. Edd. vett. hoc pronomen omittunt, Erasm. et seqq. exhibent *iidem*. Tum *in occulto* om. A, *in occulto rei* Ma in mg. supplet. 6) *Dampnant* Bb. A et ed. Dav. 7) *Audaciam* Md. *Cum viciis* (sic) rec. m. in Mc mutavit in *conviciis*, quod reperitur in edd. Dav. Erasm.

dicis. Nolo mireris [8]) quae locuntur huiusmodi. Ore illo quidquid iam voce delinquitur minus est.

IX.

Sed tibi post insidiosas vias, post dispersas [1]) orbe toto multiplices pugnas, post spectacula vel cruenta vel turpia, post libidinum probra vel lupanaribus prostituta vel domesticis parietibus obsaepta, quorum quo secretior

---

et Grav., *convitiis* habent Venet. Kunn. Remb. Pro *faciens* Gravius recepit *favens*, ut legitur apud Erasm. in mg., *fallens* scribit Md. *arguens o* Dein *congruens impudicis* (ex mutat. rec. m.) Mc. Pro *inpudicis* (ita W (e corr.). Mb et Bb, vulg. *impudicis*) m. pr. in W male scripsit *inimicis*, quod exstat etiam in Ma. 8) *miseris* Ba. *Locuntur* pro *loquuntur* praebuerunt W. Mabcd et Ba. De scriptura *cu* pro *qu* vid. *Wagner.* l. c. p. 449 seqq. et quae adnotavi ad Cyprian de cathol. eccles. unitate p. 48. Cf. de domin. orat. cap. IX. not. 9. c. XII. n. 9.; de bono patient. c. III. n. 3.; de zelo et livor. c. XIII. n. 3. Post *huiusmodi* distinctionis notam om. W et Mad. Ceteri autem libri mss. et edd. ante Baluz. omnes verba *ore illo* cum praecedentibus iungunt. In Erasm. Grav. Manut. et Pamel. perperam additur *polluto*, quod reperi in uno Ba Adnotavit *I. F. Gronovius* Observatt. III. 12. p. 263, ubi primus hunc locum emendavit: „Frustra, inquit (Cyprianus), inhorrescis nimium ad verba eorum talia. Non tam scelerata possunt esse verba illorum, quam ipsum os est, hoc detestare potius. *Os illud* pro effreni libidine et impudentia talium, qui quid dicant faciantve, nihil habent pensi. Sic Comico (*Terent.* Eunuch. IV. 7, 36) *os durum* et alteri (ap. *Suet.* de Grammat. cap. 22.) *os durum vel potius pugilis.* Illud os nihil est aliud, quam fons mali corruptus animi, qui utique peior et flagitiosior vocis delicto, quanto uberior scaturigo est rivulo inde promananti.“ — *quidquid* Md et edd. SP. Venet. Dav. Kunn. Manut. Pamel., *quicquid* ceteri libri scripti et typis expressi. Dein *voce* om. Ma.

IX. 1) Ita W. Mabc. Ba et A itemque edd. ante Baluz., qui tacite invexit *diversas*, quod exhibent soli Bb et Md. Statim *tuo* pro *toto* Bb. Idem liber *vel crudelia vel turpia* et *parentibus* pro

culpa, maior audacia est, forum fortasse videatur inmune, quod ab iniuriis lacessentibus liberum, nullis malorum contactibus polluatur. Illuc [2]) aciem tuam flecte. Plura [3]) illic, quae detesteris, invenies, magis oculos tuos inde devertes. Incisae sint licet [4]) leges duodecim tabulis et publice aere praefixo iura praescripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur. Innocentia nec illic, ubi defenditur, reservatur. Saevit invicem discordantium rabies et inter togas pace rupta forum litibus mugit [5]) insanum. Hasta [6]) illic et gladius et carnifex praesto est, ungula effodiens, eculeus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus unum | supplicia plura, quam membra. [5] Quis inter haec vero subveniat [7])? Patronus? Sed [8])

---

parietibus. Tum pro *obsepta*, quod invenitur in codd. (praeter Ba) et editis libris scripsi *obsaepta*. Vid. *Cellar.* l. c. p. 123. *Wagner.* l. c. p. 469 sq. *Osann.* ad Cic. de re publ. p. 88. Dein *ita quorum* (*ita* a corr. m. supra notato) Mb. In clausula pessime *laborum contractibus* A. 2) *Illic* pr. W. Mox *tuam* a corr. m. superscriptum. 3) *Et plura* Ma. Tum *illuc* W. In seqq. *magis inde oculos tuos a vertes* (pr. *devertes*) Mb, *devertes* W. Bab et a m. pr. Mac, *divertes* male Md. A et a s. m. Mac itemque edd. omnes. 4) Post *licet*, quod in Mc rec. m. supra addidit, erasum *et* in Mb. Statim *in duodecim tabulis* habet Ma. Tum *publico* dant Mbcd. Bb. A et quinque Anglici c. edd. Pamelianam antecedentibus. Deinde *praefixa sint* edd. vett., *proscripta sint* Mc et exemplar Manut. *Delinquitur* enatum est e *delinquetur* in Mb. Tum *et inter iura* habet Ba, *inte iura* (sic) Mc, in quo r. m. supra addidit *mente in*. 5) *iungit* A. 6) *Hasta* in Ba corruptum in *asta*, quod reperi etiam in Ma et Bb. Dein *est* om. A. *Eculeus* recepi ex codd. W. Mcd. A, *aeculeus* habent Mab et Bab, *equuleus* libri vulgati. De scriptura *cu* pro *quu* multis exposuit *Wagner.* l. c. p. 459 sq. Pro *unum* inepte *tuum* A. Post *plura* in Mc rec. m. supra addidit *sunt*, quod Md post *membra* habet, ut edd. ante Baluz.; *membra* scribit Bb. 7) *subveniet*, dein *pactionis* pro *patronus* A. 8) *Suus* (*sed*

praevaricatur et decipit. Iudex? Sed sententiam vendit [9]). Qui sedet [10]) crimina vindicaturus admittit, et ut reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrant ubique delicta, et passim multiformi genere peccandi per inprobas mentes nocens virus operatur. Hic testamentum subicit [11]), ille falsum capitali fraude conscribit; hic arcentur hereditatibus liberi, illic bonis donantur alieni; inimicus insimulat, calumniator inpugnat, testis infamat. Utrobique [12]) grassatur in mendacium criminum prostitutae vocis venalis audacia, cum interim nocentes nec cum innocentibus pereunt. Nullus [13]) de legibus metus est; de quaesitore, de iudice pavor nullus. Quod potest redimi non timetur. Esse iam inter nocentes [14]) innoxium crimen est. Malos quisquis [15]) non imitatur offendit. Consensere iura peccatis, et coepit licitum esse [16]) quod publicum est. Quis illic rerum pudor,

---

a rec. m. superscr.) Mc, ad mg. autem al. m. adiecit *simul*. Mox *decepit* Mb. 9) *Iudex sententiam vendit* Mc. 10) *sedit* W. Ma. Bab itemque a m. pr. Mbc. Tum *iudicaturus* A sollemni permutatione. Sic idem liber de unitate eccl. cath. cap. XVI. in fin, ubi haec sunt: *Et filii Aaron — — in conspectu statim domini vindicantis exstincti sunt*, scribit *iudicantis*. Vid. infra ad librum de Orat. dom. cap. XVIII. not. et quae monui in Ephemeridd. litterarr. Monacc. 1850. Nr. 52. p. 421. Deinceps *admittit reum*. *Ut innocens* ibidem legitur. 11) Ita codd., *subiicit* editi libri exceptis
ducit
veteribus, in quibus est *subducit*, *subicit* (*ducit* a r. m. superscr.) habet Mc. Tum *illic* Ba moxque *capitale* Bb et A, item pr. Mabc et *describit* pro *conscribit* A. Male *hereditate* Bb et pr., ut videtur, Ma. Dein *illis* Bb. Mox *calumpniator* Mcd et A c. ed. Dav. 12) *Utrubique* W et pr. Mac, *uter ubique* Mb. Deinde *crassatur* Ba et Mc, *ingrassatur* A. Paulo post *inter innocentes* W. Mab. Bb, *interim* r. m. in mg. addidit in Mc. 13) *Nullis* W et Ma. Tum *questore* A c. ed. Dav., *quaesito*, in mg. ab al. m. *quaesitore* W, *quaestione* Mb. Deinde *nullius* Bb, *nullus est* A. 14) *inter innocentes* W. Bb et pr. Mc. 15) *quisque* A. 16) *esse licitum*

quae esse possit integritas, ubi qui damnent [17]) inprobos desunt, soli tibi qui damnentur occurrunt?

X.

Sed ne [1]) nos videamur eligere fortasse peiora et studio destruendi per ea oculos tuos ducere, quorum tristis atque aversandus aspectus ora et vultus conscientiae melioris offendat, iam tibi illa, quae ignorantia saecularis bona opinatur, ostendam. Illic [2]) etiam fugienda conspicies. Quos honores putas esse, quos fasces, quam affluentiam [3]) in divitiis, quam potentiam in castris, in magistratu purpurae speciem, in principatu licentiae potestatem? Malorum blandientium virus occultum est [4]), et arridentis nequitiae facies quidem laeta, sed calamitatis abstrusae inlecebrosa fallacia, instar quoddam veneni, ubi in letales

---

edd. vett. c. Erasm. Dein *puplicum* W et Ma. 17) *dampnent* Md c. ed. Dav., *damnant* A. Mox *tibi* W. Macd. Ba. A pro vulgato *ibi*, quod in Mb e *tibi* enatum est. Deinde *dampnentur* Md. A et ed. Dav.

X. 1) *ne* in W. Mad et Bb omissum, superscriptum in Mbc. Tum *ipsos* pro *nos* A. Mox *elegere* Mb et paulo post *distruendi* pr. Mb, *destruentur* edd. vett. In seqq. *adversandus* Mbcd et Ba, item edd. vett. Proxime *conscientia* Ba. Correctum *melioris* e *meliores* in Mb et *offendat* ex *offendit*, quod Mc habet, in A. Dein *ignorantiae* scribit Mc. 2) *Illuc* Ma. Tum *fugienda est species* A. 3) *effluentiam* A, *in divitiis affluentiam* Bb, *fluentiam* pr. Mc. Tum *quam in magistratu* A, *in magistratibus* Mbc, *in magistratuus* (sic) Ma, *in magistratus* W. Bab. Deinde *purpura* W. Ma. Statim *in principatibus* Mc, *in principatus* W. Mabd et Ba. Tum *licentia* W. Ma. 4) *est* h. l. om. *Gronovius* l. c. p. 321. Seq. *et* in Ma deest. Pro *arridentis* W. Mab et Ba *adridentis*, item pr. Mc. Vid. quae annotavi ad Ambros. de offic. I. 1. §. 1, 1. In seqq. *intutus* (potius *intus*) *abstruse* A, *obstruse* edd. SP. Venet. Kunn., *obstrusae* Remb. Dein *quidam* (ab al. m. superscripta litera *o*), in mg. ab r. m. *quoddam* habet Mc, *quidem* A, *quiddam* ed. Dav. Post *veneni*

sucos dulcedine adspersa calliditate fallendi sapore medicato poculum videtur esse quod sumitur; ubi epota res est, pernicies hausta grassatur. Quippe illum vides [5]), qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi videtur in purpura. Quibus hoc sordibus emit, ut fulgeat; quos arrogantium [6]) fastus prius pertulit, quas superbas fores matutinus salutator obsedit, quot tumentium contumeliosa vestigia stipatus clientium cuneis ante praecessit, ut ipsum etiam salutatum comes postmodum pompa praecederet, obnoxia non homini, sed potestati? Neque enim coli

---

a Gronovio additur *est*. Mox *laetales* Ma et Ba, *laetales* W, *loethales* Grav., *lethales* Erasm. Rigalt. Oxon. Baluz., *letales* recte (vid. *Cellar.* Orthogr. Lat. s. v.) ceteri libri scripti et editi. De his scripturae variationibus monui ad librum de habitu virginum cap. I. not. 2 et ad cap. X. not. 14. p. 145. Pro vulg. *succos* dedi *sucos* e W. Mab et Bab, quibuscum concordant edd. SP. Venet. atque Kunn. Dein codd. mei omnes exhibent *aspersa*. Item edd. excepta Grav., in qua exstat *adspersa*. Vid. *Wagner*. l. c. p. 408. n. 7. Verissimam lectionem *ubi epota res est*, quam Baluzio debemus, egregie confirmant W. Macd et Bab, nec aliter pr. habebat Mb, in quo nunc est *ubi epotaveris*. Desunt haec verba in A. Dein vitiose *crassatur* Ba. Mc. A. 5) *vides* om. Bb, *videas* scribit Ba. Mox *sibi fulgere in pupura conspicuus* omisso *videtur* scribunt Bab. 6) *adrogantium* W. Mab et pr. Mc, *arrogantiae* Md. *Prius* om. Bb. In seqq. pro *quot* Mb et Ba male habent *quod*, item a m. pr. W, *que* a sec. m. Mc et edd. SP. Dav. atque Kunn., *quae* Venet. c. Remb. Mox (absque v. *stipatus*) *in clientium cuneis* edd. vett. et Pamel, *stipatus in clientium cuneos* W. Ma et Bab, quibuscum conspirant edd. Rig. Baluz. Goldhorn., *stipatus clientum cuneos* scribit A, *stip. in clientum cuneis* dant Mbd et edd. Manut. atque Oxon. Ita nunc habet etiam Mc, in quo *cuneis* enatum est e *cuneos*. Correxi igitur *stipatus clientium cuneis* c. Erasm. Grav. et Morell. facem praeferente ipso Cypriano cap. II. c. f. Infra in Mc r. m. *salutatum — pompa* mutavit in *salutatus — pompā*. Voc. *pompa* om. A. Proxime scribit *obnoxius*. Dein *sed* r. m. in Mc inter vers. addidit.

moribus [7]) meruit ille, sed fascibus. Horum denique videas exitus turpes, cum [8]) auceps temporum palpator abscessit, cum privati latus nudum desertor adsecla foedavit. Tunc laceratae domus plagae conscientiam feriunt [9]), tunc rei familiaris exhaustae damna noscuntur, quibus redemptus favor vulgi et caducis atque inanibus votis popularis aura quaesita est. Stulta prorsus et vana [10]) iactura frustrantis spectaculi voluptate id parare voluisse, quod nec populus acciperet et perderet magistratus.

XI.

Sed et quos [1]) divites opinaris continuantes saltibus saltus et de confinio pauperibus exclusis infinita ac sine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti et auri maximum pondus et pecuniarum ingentium vel exstructi aggeres vel defossae strues, hos etiam inter divitias suas trepidos cogitationis incertae sollicitudo discruciat, ne praedo vastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusque

---

7) *moribus coli* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Tum *potuit* Ba, *ipse* pro *ille* edd. vett. et *fastibus* Dav. et in mg. Grav. 8) *quoniam* hic et in seqq. A. Dein *anceps* Mb et A c. edd. vett., item Erasm. atque Grav. moxque *abscesserit* et infra *foedaverit* edd. vett. c. Erasm. et Grav. *Privatim* Md. Tum *adsecla* W et Ba, *assecla* ceteri c. editis. Deest *foedavit* in A. 9) *ferunt* A. Proxime *exhausta* edd. vett. itemque Erasm. et Grav. Dein *dampna* Md et A c. ed. Dav. Pro *noscuntur* Mcd exhibent *nascuntur*, edd. vett. una cum Erasm. et Grav. *cognoscuntur*. 10) *et vana* om. Bb. Tum *iactucio* A, *iactura est* edd. Dav. et Grav. Mendose deinde *voluptatem* edd. vett. et Erasm., *voluptati* Dav. Pro *parare* Ma *parere*. *Nec* in Mc r. m. superscripsit. Dein *populos acceperit* habet Mb.

XI. 1) *quod* Bb. Mox *continuantibus* A. In seqq. *defossa* Ba, *discrutiet* (sic) Bb, *et ne inimica* Ba. Dein *cuiuscumque* A, mox

locupletioris invidia calumniosis litibus inquietet. Non cibus securo [2]) somnusve contingit. Suspirat [3]) ille in convivio, bibat licet gemma, et cum epulis marcidum corpus torus mollior alto sinu condidit, vigilat in pluma, nec intellegit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se alligatum teneri et possideri magis, quam possidere divi-

---

idem liber *calumpniosis* c. ed. Dav. 2) *securos* Ba et Md, item edd SP atque Morell., *securus* Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. Grav. Tum *sompnusve* ed. Dav., *sompnusne* A. Statim *contigit* pr. W et Mc. 3) *Suspiret* Bb. Proxime *in gemma* Md veteresque edd. et Morell. Sed praepositio merum est glossema; respexit enim Noster *Virgil.* Georg. II. 506.: *Ut gemma bibat.* Plene *Propert.* III. 5, 4: *Nec bibit e gemma divite nostra sitis.* Ceterum praepositionem omittunt etiam prosae scriptores. Ita *Plinius* Hist. nat. XXXIII. init.: *Turba gemmarum potamus et smaragdis teximus calices.* Praeter *Baluzium* ad hunc locum conf. *Volpius* ad Propert. l. c. et *I. H. Vossius* ad Virgilii locum laudatum. Miror Rigaltium scripsisse *gemmas* eumque secutus est editor Würzeburgensis. *Gemina* perperam habet A. Male *thorus* Bb. A et a r. m. in mg. Mc conspirantibus Erasm. et Grav. Vid. *Cellar.* l. c. v. *torus.* Pro *condiderit* recepi *condidit* e W. Mabd. Bb et A. Ita pr. legebatur etiam in Mc, *condiat* exhibet Ba. Tum *vigilet* scribit Bb. Deinde *intellegit* pro *intelligit* praebuerunt W. Ma et Bab, nec aliter a m. pr. habebat Mb. Proxime *esse sibi* inverso ordine legitur in edd. vett. et Erasm. atque Grav. De seqq. adnotat *Gronovius* l. c. p. 264: „*Possidere* et *possideri* mutaverant vices *Divitias possidere* ait *magis*, nempe dominum, *quam possideri*, nempe a domino. Nam in altera lectione τῷ *possideri* non respondet τὸ *divitias;* at in nostra vox eadem *divitias* commode refertur ad utrumque et *possideri* et *possidere*, ut rotundius est, si dicam: *possident magis, quam possidentur illae divitiae,* quam: *ille possidetur magis, quam possidet divitias.*“ *Valerius Maximus* lib. IX. cap. 4: *Procul dubio hic non possedit divitias, sed a divitiis possessus est, titulo rex insulae, animo pecuniae miserabile mancipium. Plinius* lib. IX epist. 30.: *ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis, quam possidere videantur.* Sed refragantibus libris mss. nihil mutandum. Intelligatur ad *possideri* ex seqq *a divitiis*; sic

tias, atque (o detestabilis caecitas mentium et c piditatis insanae profunda caligo!) cum exonerare se | possit et 6 levare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare, pergit paenalibus cumulis pertinaciter adhaerere. Nulla in clientes [4]) inde largitio est, cum indigentibus nulla partitio, et pecuniam suam dicunt, quam velut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt, ex qua non amicis, non liberis quicquam, non sibi denique impertiunt. Possident ad hoc tantum, ne possidere [5]) alteri liceat, et (o nominum quanta diversitas!) bona appellant ex quibus nullus illis, nisi ad res malas usus est.

XII.

An tu vel illos putas tutos, illos saltem [1]) inter ho-

---

enim brevius et artificiosius sententiam expressit Cyprianus. Post *divitias* omisi inutile additamentum *atque opes* praeeuntibus libris mss. omnibus tam meis, quam Baluzianis et ante seq. *atque* commate pro puncto posito vocc. *o detestabilis caecitas — — caligo* suasore *Gronovio*, quocum facit Mc, parenthesibus inclusi. Conf. infr. not. 5. et ad librum de domin. orat. cap. XV. not. 15. Pro *o* Ba scribit *adeo* et *instabilis* sine *o* Bb. Tum *exhonerare* Ba. Dein *relevare* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *revelare* A. Mox idem *augentibus* et in seqq. *culmis* pro *cumulis* edd. vett. 4) *indigentes* pro *in clientes* A, *in indigentes* Mb. Quod sequitur *inde* om. Bb. Tum *fit nulla partitio* exstat in edd. Venet. Dav. et Remb., *sit n. p.* in Kunn., *nulla part. est* in W. Mac. Bab. A et edd. Erasm. atque Grav., *porcio est* in Md. Coniunct. *et* om. A. Infra *quidquam* habent Md et ed. Dav. Proxime *impartiunt* A, item editiones Venet. Dav. Kunn. Erasm. et Grav. 5) *possideri* A. Post *liceat* pro puncto distinxi commate praeeunte *Gronovio* l. c. p. 263 et vocc. seqq.: *o nominum quanta diversitas!* parenthesibus circumsaepsi. *O* Ma. Bb et A om. Deest etiam apud Gronovium, in cod. autem Mc inter vers. legitur. In seqq. idem liber om. *nullus,* ante *nisi* interponens *non.*

XII. 1) *An putas vel illos tutos saltem* exhibent edd. vett. c.

norum infulas et opes largas stabili firmitate securos, quos regalis aulae splendore fulgentes armorum excubantium tutela circumstat? Maior [2]) illis, quam ceteris metus est; tam ille timere cogitur, quam timetur. Exigit [3]) paenas pariter de potentiore sublimitas, sit licet satellitum manu saeptus, et clausum ac protectum latus numeroso stipatore tueatur. Quam securos non sinit esse subiectos, tam [4]) necesse est, non sit et ipse securus. Ante ipsos terret potestas sua quos facit esse terribiles. Arridet [5]), ut saeviat; blanditur, ut fallat; inlicit, ut occidat; extollit, ut deprimat. Facnore [6]) quodam nocendi quam fuerit

---

Erasm. et Grav., quarum postrema post *an* inserit *tu*. Alterum *illos* in Mc expunctum est. Dein *saltim* scribitur in W et Ma. Mox *bonorum* (ita etiam A) *insulas*, in mg. autem: Alias *honorum infulas*, habet ed. Erasm. Usum vocis *infulae* egregie illustrat *Gronov.* Observatt. in Scriptt. eccles. cap. VI. p. 587. Paulo post *regales* Mab. Tum *fulgentis* A et pro *excubantium* a m. pr. *exubantium*, a rec. *exuberantium* Bb. 2) *Magis* Ma. Dein *illic — motus est* W. Mox *est*; *et tam* Ma. 3) *Erigit* A. Tum *saeptus* Mc et Manut., *septus* ceteri libri scripti et editi. Vid. supra ad cap. IX. not. 1. Pro *ac*, quod in Mc supra additum est, in A legitur *atque*. In clausula Ba habet *tutetur*. 4) *iam* Ba, *tam̄* Mb. Ante *non sit* Bb infercit *ut*, Ba *si*. Dein *ei* pro *et*, quod om W, scribit Bb. 5) *Adridet* W et Mab. Tum *servat* A. Verba seqq.: *blanditur, ut fallat; inlicit, ut occidat*, om. W et Ma; postrema: *inlicit, ut occidat* absunt a Bab. Mc et A. Unde non immerito suspicari possis haec, quae cum ceteris non apte cohaerent, ex libro de habitu virginum Cap. XVI. p. 158, ubi legitur: *Illic diabolus blanditur, ut fallat; arridet, ut noceat; inlicit, ut occidat*, ad marg. esse adnotata indeque in textum irrepsisse. Ceterum similiter Noster Ep. 40. p. 54 de diabolo: *ab initio mundi fallax semper et mendax mentitur, ut fallat; blanditur, ut noceat; bona promittit, ut malum tribuat; vitam pollicetur, ut perimat.* Dein *extollat* A et pr. Mb. 6) *Facinore* Mc. Mox *et* a r. m. superscriptum est in Mc. Tum *honoris* dat Bb, *bonorum*, in ora *honorum* habet ed. Grav.; *bonorum* item legitur in Rigalt. et Oxon. Statim *maiorum* SP. Venet. Kunn.

amplior summa dignitatis et honorum, tam maior exigitur usura paenarum.

XIII.

Una igitur [1]) placida et fida tranquillitas, una solida et firma securitas, si qui ab his inquietantis saeculi turbinibus extractus, salutaris portus statione fundatus ad caelum oculos tollit a terris et ad domini munus admissus ac deo suo mente iam proximus quidquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum videtur infra suam iacere conscientiam gloriatur. Nihil adpetere [2]) iam, nihil desiderare de saeculo potest qui saeculo maior est. Quam stabilis [3]), quam inconcussa tutela est, quam perennibus

---

Remb. Deinde *et usura* edd. vett. c. Erasm. atque Grav. Pro *usura* A *natura* et *foenorum* pro *paenaram* Ba.

XIII. 1) *ergo* A. Mox *sola* pro *solida* idem liber. Vocc. *et perpetua* (*perpetuaque* ab r. m. habet Mb), quae Baluzius et Goldhornius post *firma* retinere non debebant, utpote omissa in codd. W. Macd. Ba. A et duodecim vetustis optimisque ap. Baluzium, expungenda censui. Tum *si qui* pro *si quis* antiquo more dant Ma et Bb. Vid. *Heindorf.* ad Horat. p. 96. Cf. de domin. orat. cap. XI. not. 14. XIII. 7 et 9., de mortal. XVII. 4., de bono pat. I. 13., de zelo et livor. III. 2. Dein *ab his* om. A. Paulo post *fundetur* W. Mab. Bb. A c. ed. Rigalt., *fungatur* absque voc. *statione* Ba. Proxime *tollit* restitui ex codd. W. Macd. Bab et ex vett. edd., quibuscum facit Erasm., pro *tollat*, quod tacite invexerat Gravius, quem excepto Morellio secuti sunt editores posteriores. Pro *domini* scribitur *dei* in A, *dominum* in Ma. Tum *admiss adeo* (sic) in Bb, *ac mente deo suo iam* in A. Dein *quidquid* pro *quicquid* recte Mb c. ed. Manut. Paulo post *videt* Bb. Statim *intra suam conscientiam iacere* Erasm. c. Grav., *intra suam consc. tacere* vett. edd., *infra* Md et Baluz. Tum *gloriatur* codd. mei omnes veteresque edd. c. Erasm. et Morell., *glorietur* Grav. Manut. Pamel. et recentiores. 2) Ita W. Mb. Ba, *appetere* vulg. Vid. ad dominic. orat. cap. IX. not. 9. Mox *de hoc seculo* Ma. 3) *instabilis — in-*

bonis caeleste praesidium inplicantis mundi laqueis solvi, in lucem inmortalitatis aeternae de terrena faece purgari! Viderit [4]) quae in nos prius infestantis inimici pernicies insidiosa grassata sit. Plus amare compellimur [5]) quod futuri sumus, dum et scire conceditur et damnare quod eramus. Nec ad hoc pretiis aut ambitu [6]) aut manu opus est, ut hominis summa vel dignitas vel potestas elaborata mole pariatur, sed gratuitum de deo munus et facile est. Ut sponte sol radiat [7]), dies luminat, fons rigat, imber rorat, ita se spiritus caelestis infundit. Postquam auctorem suum caelum intuens anima [8]) cognovit, sole altior et hac omni terrena potestate sublimior id esse incipit, quod esse se credit.

---

cussa A. 4) *Videri* (*t* eras.) Mb, *videre* Bb, *videritque* Md, *videntisque* A. *Qui* pro *quae* Ma. Deinde *crassata* Mc. 5) *compellimur* W. Mbd. Paulo post *dampnare* Md. A et ed. Dav. 6) *acubitu* (sic) A. Tum *manus* idem liber. Pro *mole* Ba *manu*. Statim loco particulae *sed*, cuius loco in Mb conspicitur rasura, W. Macd. Bb et A male exhibent *et*. Dein *gratum* scribit Ma et post *munus* addit *est*, ed. autem Dav. *inserit religiosa mente concipitur*. 7) *irradiat* Md. Idem c. Ba et Mc, quibuscum conspirant etiam edd. Erasm. Grav. Manut. atque Pamel., *dies illuminat*, quae vocabula ab A, item ab edd. Rigaltiana et Oxon. absunt. *Fons* excidit in A, ubi est *irrigat*. Dein *irrorat* c. codd. Ba et A exhibent edd. omnes, *inrorat* W. Mac. Bb, ^{in}*rorat* (*in* ab al. m. superscr.) Mb. Recepi igitur *rorat* flagitante Cypriani loquendi usu; delectatur enim auctor noster magnopere verbis simplicibus pro compositis Md perperam habet *irrigat*. Verbum *infundit* in Mc r. m. ad mg. adlevit, *infundat* scribit A. 8) *aram* pro *anima* dat A, *agmina* Bb. Tum *novit* a m. pr. scriptum fuerat in Mb. *Solo* pro *sole* legitur in W. Ma. Ba et in edd. Rigalt. Oxon, item in mg. Gravianae. Correctum tamen *sole* in mg. libri W. Dein *altior est ac omni* exhibent edd. vett. una cum Erasm. et Grav. *Ac* pro *hac* reperitur etiam in Ba, in Mb fuit *ab*, quod a corr. m. deletum est. Tum *potestate terrena* scribit Bb.

XIV.

Tu tantum, quem iam spiritalibus [1]) castris caelestis militia signavit, tene incorruptam, tene sobriam religiosis virtutibus disciplinam. Sit tibi vel oratio adsidua vel lectio. Nunc cum deo [2]) loquere, nunc deus tecum. Ille te [3]) praeceptis suis instruat, ille disponat. Quem ille divitem [4]) fecerit nemo pauperem faciet. Paenuria esse nulla iam [5]) poterit, cum semel pectus caelestis sagina saturavit. Iam tibi auro distincta laquearia et pretiosi marmoris crustis vestita domicilia sordebunt, cum scieris te [6]) excolendum magis, te potius ornandum, domum tibi hanc esse potiorem, quam dominus insedit templi vice, in qua spiritus sanctus coepit habitare. Pingamus hanc domum pigmentis [7]) innocentiae, luminemus luce iustitiae. Non haec umquam procumbet [8]) in lapsum senio vetustatis, nec pigmento parietis aut auro exolescente foedabitur. Caduca sunt quaecumque fucata sunt, nec fiduciam praebent possiden-

---

XIV. 1) *spiritualibus* Mcd. Mox *signavit* a m. pr., a sec. *as signavit* Mc, *significavit* edd. vett. 2) *de deo* Bb. 3) *te*, quod om. A, Mc post *suis* inserit. 4) *divitem mandatorum suorum* habet A. 5) *Paenuria* sponte scripsi pro *penuria*. Vid. de opere et eleemos. cap. IX. not. 1. Tum *iam esse nulla* Bb, *esse iam nulla* Mb, *esse ulla non* A. Dein *cui* pro *cum* Vat. 1. Rigalt. Oxon. Baluz. Goldhorn. Mox *caelestis* om. A. Pro *sagina* in Bb legitur *spiritus*. Tum *saturaverit* in edd. ante Rigalt. 6) *te esse* A veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. Vitiose deinceps edd. ante Erasm. *potius autem ornantem*, Bb *h ornandum*. Dein *hanc scies esse* ed. Dav. Proxime *intendit* pro *insedit* A. Idem in seqq. om. *sanctus*. 7) *pingamus* pro *pigmentis* edd. vett. excepta Dav., quae habet *pingamus pigmentis*. Statim *illuminemus* Grav., *liniemus* A. 8) *pcūbet* (i. e. *praecumbet*) A, *procumbat* Ma. Tum *venustatis* edd. vett. Paulo post *exolentiae* Bb.

tibus stabilem quae [9]) possessionis non habent veritatem. Haec [10]) manet cultu iugiter vivido, honore integro, splendore diuturno. Aboleri [11]) non potest, nec exstingui; potest tantum in melius corpore redeunte | formari. Haec 7
interim brevibus [12]), Donate carissime. Nam etsi facilem [13]) de bonitate patientiam, mentem solidam, fidem tutam salutaris auditus oblectat nihilque tam tuis auribus gratum est, moderari tamen dicenda debemus simul iuncti et

---

9) *stabilemque* Bab. Mcd. A. In clausula *firmitatem* pro *veritatem* Ver. A. Rigalt. Oxon. Male. Vid. *Baluz.* Not. p. 385. 10) *Hoc* Mab et Bab, *hoc* Mc. Tum *mane* Bb. Deest *iugiter* in A. Dein *diuturno* correctum e *diurno* in Mb. 11) *Abholeri* Mb. *Nec* a corr. m. superscriptum in Mc. In proximis *tamen* habent Vat. 3. Mc. A pro *tantum*. 12) *breviter* Md. 13) *facile* Ba et Mc. *De bonitate patientiam* a Nostro dictum est more Afrorum, apud quos praepositio *de* passim circumlocutioni genitivi inservit, ut supra Cap. XIII., ubi legitur: *gratuitum de deo munus*, aut causam aut originem alicuius rei denotat (vid. *Hildebrand.* ad Apuleium Tom. I. p. 668 et II. 300. et *Oehler.* indic. verborum ad Tertull. p. CXXXI.), ita ut *de bonitate* pro *bonitatis* aut pro *e bonitate manantem, proficiscentem* accipiendum sit. Post *mentem* codd. mei omnes inserunt *in deum* excepto Md, qui, ut edd. vett., habet *in dominum*. Primus *in deum* scripsit Erasmus eumque secuti sunt Gravius, Manutius, Morelius et Pamelius. Rigaltius autem et recentiores additamentum illud, quod glossam sapere videtur, non immerito omiserunt; legitur enim de Mortalitate Cap. I. init. *mens solida et fides firma et anima devota*. Coni. *Gronovius* (Observatt. in Scriptoribus ecclesiast. p. 570): *facilem de bonitate patientiae mentem, in deum solida fide tutam*, nec discrepat cod. Voss. 2. *Tutam* in Bb et Md corruptum in *tuam*. Mox *tam*, quod om. A, Bb post *tuis auribus* ponit. Quae post *gratum est* vulgo adduntur verba: *quam quod in deo gratum est*, quippe glossemati consimilia, praeeunte Rigaltio expunxi, cum in W et Mad non reperiantur inque Mc a r. m. ad mg. adiecta sint, ceterum Bb *in deum*, Mb et Ba *in domino* scribant, ed. autem Dav., ex qua hauserunt Gravius et Gronovius l. c., eo differat, quod exhibet *quam quod deo carum est*. Eorum loco ex praecedentibus

saepius locuturi. Et quoniam feriata nunc [14]) quies ac tempus est otiosum, quidquid inclinante iam sole in vesperam diei superest, ducamus hunc diem laeti, nec sit vel hora convivii gratiae caelestis inmunis. Sonet [15]) psalmus convivium sobrium. Ut [16]) tibi tenax memoria est, vox canora, adgredere hoc munus ex more. Magis [17])

---

intellig. *quam salutaris auditus.* Deinde *in dicendo* habet A. Idem *simul* om. Veram lectionem *locuturi* corruptam a Pamelio, quem sequi non debebant Oxonienses, Baluzius et Goldhornius, in *collocuturi* (*colloquuturi* dedit Rigaltius) et restitutam iam a *Gronovio* l. c. egregie confirmant W. Mabcd et Bab eandemque exhibent editiones Pameliana antiquiores. *Loquturi* (sic) scribit A. 14) *nunc feriata* A. Proxime *et tempus* Bb, *aut t.* Ba. Dein *quidquid* solus Md, *quicquid* ceteri c. editis. Pro *inclinato*, quod invexerat Rigaltius, quem secuti sunt recentiores, e codd. et edd. superioribus recepi *inclinante.* Tum *dies* pro *diei* W. Mab et Bab, *dicamus* A. Dein *hunc diem* et codd. et edd. ante Rigalt., quae, ut posteriores, habet *hanc diem.* Male *laetum* Ba. Mox *ora* Mb. Tum *convivi* edd. Venet. et Kunn., item a r. m. Ma. 15) In Mb v. *sonet* correctoris manus supra addidit. *Psalmus* recte codd. W. Mabd. Bb et A, item a m. pr. Ba et edd. antiquiores. In Mc r. m. *psalmus* mutavit in *psalmis*; *psalmos* (ita a s. m. Ba) scripserunt Manutius et posteriores. *Psalmus* emendavit etiam *Gronovius* Diatrib. in Statii Silvarum libros V. ed. Hand. p. 513 seq. ex Msc. Io. Isacii Pontani et Erasmi editione. Adnotavit ibi vir doctissimus: „*Psalmus sonet sobrium convivium*, id est, canatur psalmus, sed ut in sobrio convivio solet, ut audiatur, cani a sobriis convivis, non ut ἐν οἰνοπλήξι τερπόμενος. *Virgilius* [Aen. I. 328.]: *nec vox hominem sonat.* Pamelius, qui locum corruptissimum de sententia Manutii restituisse iactat, corruptissimum reddidit.“ 16) *et ut* Manut. Omisi *et* puncto ante *ut* posito praeeuntibus codd. W. Mabcd. Bb et A, quibuscum facit etiam Morellii editio. Dein *ibi* mendose Ma et Bb, proxime *nec* pro *vox* A. 17) Superscriptum a r. m. est *eximie* in Mc. Pro *pasces* e codd. W. Ma et Bab dedi *pascis*, quod a m. pr. item habet Mc. Altera supra *i* notavit *e*. *Pacis* legitur in Mb, *passes* in A. Tum *si* supra adiecit r. m. in Md. Dein *spiritualis* dant Mcd, *specialis* habet A. Statim *amplectet*

carissimos pascis, si sit nobis spiritalis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo.

(sic) idem liber. Pro *aures* in Mc r. m. scripsit *tua auris*. Legitur *auris* etiam in antiquis editionibus et in Erasmiana. Dein *relegiosa* exhibet Mb.

DE

DOMINICA ORATIONE *).

I.

Evangelica praecepta, fratres dilectissimi [1]), nihil sunt 204
aliud, quam magisteria divina, fundamenta aedificandae spei, firmamenta corroborandae fidei, nutrimenta fovendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, praesidia obtinendae salutis: quae dum dociles credentium mentes in terris instruunt, ad caelestia regna perducunt. Multa et per [2]) prophetas, servos suos, dici deus voluit et audiri; sed quanto maiora sunt quae filius loquitur, quae dei sermo, qui in prophetis fuit, propria voce testatur, non iam [3])

*) Ita W. Mabcde. Bc. Vindob. et Coisl., in quo initium deest, in calce; *de oratione dominica* exhibent c. editis libris codd. Bab et Mf. Lemma om. A.

I. 1) *fratres carissimi* Bc et Mc, *fr. kar.* Md. Tum *aliud sunt* Bc. Mcd. A, item edd. Morell. Baluz. atque Goldhorn. Mox *firmamenta corroborandae fidei*, *fundamenta edificandae spei* Bc. Mcd, *conroborandae fidei* W, *corporis* pro *cordis* A. Dein *optandae* pro *obtinendae* Bc. Mcd. In seqq. *dum* om. A. Vocc. *in terris* a r. m. inter vers. habet W. Proxime *ad regna caelestia* Bc. Mcd. 2) Praepositionem om. A. Tum *et per servos* habet Me. Deinde *quam meliora sunt* A. Excidit *sunt* in edd. Baluz. et Goldhorn. 3) *iam non* A. Idem *paretur parietur* (sic). Infra *et qui* Bb.

mandans ut paretur venienti via, sed ipse veniens, et viam nobis aperiens et ostendens, ut qui in tenebris mortis errantes inprovidi et caeci prius fuimus, luce gratiae luminati iter vitae duce et rectore domino teneremus, qui inter cetera salutaria sua monita et praecepta divina, quibus populo suo consulit ad salutem, etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit et instruxit? Qui fecit vivere, docuit et orare, benignitate ea [4]) scilicet, qua et cetera dare et conferre dignatus est, ut, dum prece et oratione, quam filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur. Iam praedixerat [5]) horam venire, quando veri adoratores adorarent patrem in spi-

---

Voc. *mortis* om. Bc. Mcd. Statim *fuimus* deest in Bc et Md, *gratiae luce illuminati* scribunt iidem c. Mc, *in luminati* (*in* ab r. m. supra addito) habet Mb, *il luminati* (ex depravatione recentioris manus) Me, *illuminati* (ita et Mf) legebatur ante Manutium, qui primus restituit *luminati*. Vid. Lib. ad Donat. c. XIII. 7. et XIV. 7. de opere et eleemos. c. XXIV. 7. et de zel. et livor. c. VIII ibique adnotat. 12. *Inluminati* dedit Morellius. Male *viae* pro *vitae* Ba, *ducem et rectorem dominum nostrum teneremus* Mb, *rectori teneamus* A. Mox *salutaria* om. Bc et Mcd. *Consulit*, quod pro *consuluit* (ita Bbc et Mcde c. edd. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. atque Goldhorn.) Baluzius recepit, tuentur W. Mabf. Ba. A et edd. ante Manut. itemque Morelliana. In uno Italico exstat *consulit consuluit*. Statim *ad eam salutem* habet A. Quod subsequitur *etiam* r. m. supra addidit in W. Tum *formam ipse* scribunt Bc et Mcd. Dein *it* p̄dicaremus Mcd et pr. Bc moxque *instruxit* (ab cad. m.) Md, *instruit* Mc. 4) *ea* om. edd. vett. Pro *conferre* legitur *confirmare* in A. Proxime *cum* pro *dum* exhibent Mf veteresque edd. Dein *precem et orationem* Dav. 5) Ioann. 4, 23. *Venturam*, quod reperitur in Bc et Mcd, ex interpretamento fluxisse manifestum est. Praesente infinitivi pro futuro utuntur optimi auctores. Vid. *Io. Fred. Gronov.* Observatt. in Scriptoribus eccles. p. 627 sq. Tum

ritu et veritate, et inplevit quod ante promisit, ut qui spiritum et veritatem de eius sanctificatione percepimus, de traditione quoque eius vere et spiritaliter adoremus. Quae enim potest esse spiritalis [6]) oratio, quam quae a Christo nobis data est, a quo nobis et spiritus sanctus missus est? Quae vera [7]) apud patrem precatio, quam quae a filio, qui est veritas, de eius ore prolata est, ut aliter orare, quam docuit, non ignorantia sola sit, sed et

---

adorabunt Bb. Idem *adimplevit* pro *et implevit*, cuius loco ex W recepi *et inplevit*. *Impletum* habet Mc. Dein *promiserat* dant libri ante Manut. typis exscripti. Quod sequitur *ut* deest in Ma. Statim *spiritu et veritate* exhibent W. Bc. Mc, *per spiritum* offert A, *et* om. Ba, *satisfactione* pro *sanctificatione* ediderunt Oxonienses. *Percepimus* corruptum in *p̄cipimus* in cod. A. Mox *spiritualiter* scribunt Bc. Mcde. A. 6) Ita Ba; Mbe a m. pr., ab rec. *potest esse* ^{magis} *spiritalis* (*spiritualis* Me), *esse pot.* (omisso adv. *magis*) Bc et Mcd, *pot. spiritalis esse oratio* W et Maf. Omittunt *magis*, quod Bb in mg. habet, etiam A et Italici libri; *potest magis spiritalis esse* legitur in edd. vetustioribus et in Erasm. atque Morell., *pot. esse tam spirit.* in Grav., *pot. esse magis spir.* receperunt Manutius et posteriores. Eodem ordine sine *magis* haec verba exhibent undecim codd. ap. Oxonienses. Idcirco expunxi adv. *magis*, quo opus non est (vid. *Ramshorn.* Grammat. Lat. §. 154. B. Not. 3.); redolet enim, ut comparativus *spiritalior* s. *spiritualior*, quem in quattuor mss. Pamelius, in sex reperit Baluzius, meram glossam. Ceterum *spiritualis* habent Mcd; *specialis*, ut alibi, scribit A. Statim *quae vere a Christo nobis data est* Manutius invitis libris scriptis et editis praecedentibus eumque sequi non debebant Pamelius et Rigaltius. Tum *et spiritus sanctus nobis missus est* Bb. *Et* om Bc. Mcd. A. Inverso ordine in Mabef et Ba legitur *sanctus spiritus*. 7) Vulg. *vera magis*. Sed *magis*, quod r. m in Me ad mg. adiecit, codd. W. Mabcdf. Bbc et A itemque Italici recte omittunt. Tum *praedicatio* Mcd. Mutile *quam qui est veritas* A et *a filii eius ore* Bc. Mcd. Paulo post *sed culpa* Bc et Mcde c. edd. vett. *Sed et* h. l. significat *sondern sogar*. Conf. *Brem.* ad Cornel. Nep. Thrasyb. I. 5. Dein *portaverit et posuerit* pr. Mb. Delevit

culpa, quando ipse posuerit et dixerit [8]): *Reicitis* [9]) *mandatum dei, ut traditionem vestram statuatis?*

II.

Oremus itaque [1]), fratres dilectissimi, sicut magister dominus docuit. Amica et familiaris oratio est deum [2]) de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi oratione. Agnoscat pater filii sui verba, cum precem [3]) facimus. Qui habitat intus in pectore, ipse sit et in voce. Et cum ipsum habeamus apud patrem advocatum [4]) pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba promamus. Nam cum dicat [5]): *Quia quodcumque* [6]) *petierimus a patre in nomine eius dabit nobis,* quanto efficacius inpetrabimus quod petimus

---

tamen r. m priora duo vocabula. *Potuerit* perperam Bb. 8) Matth. 15, 6. 9) Ita codd., *reiicitis* vulg. *Dei* om. A. Idem scribit *et* pro *ut*, quod Me a corr. m. in ras. habet. Tum *traditiones vestras* Ba.

II. 1) *itaque* om. Bc et Mcd, *fratres* deest in Bb, *fratres carissimi* exhibet Bc, *frs kmi* scribunt Mcd. Recte *magister dominus* (*mag. deus* vulg.) Bb. 2) *dominum* Ver., *domini de usu rogare* A, *deum quoque de suo rog.* Mb, *de suo ore* Bb et Vind. probante *Mich. Denisio.* Tum *ascendere Christi orationē* Mabf. Bab. A editique ante Rigalt., *Chr. orationem ascend.* Bc et Mcd. 3) *prece* A. 4) *advocatum apud patrem* Bb. Respexit 1. Ioann. 2, 1. In seqq. *pro peccatis nostris petimus* Bc et Mcd. Dein *ponamus* a m. pr. e *promamus* Bb. 5) Ioann. 16, 23. 6) *quaecumque* A, *quaecunque* Me. Tum *patrem* pro *a patre* Bb moxque *vobis* A. Dein *quando* in contextu, *al. quanto* in mg. ab r. m. Me. Statim *inpetramus* (*impetramus* vulg.) Mb et Bc, *impetrabimus* Bab et Vind. idque placuit etiam *Denisio.* Pro *quod* A *si quod.* Praeposit. *in*, quam ante *Christi nomine* om. W. Ma et Bab, in Mb supra addita est. Dein *quam si* Me, *petimus* Bb, *speramus* (pro *si petamus*)

in Christi nomine, si petamus ipsius oratione? Sit [7]) autem orantibus sermo et precatio cum disciplina, quietem continens et pudorem. Cogitemus nos sub conspectu dei [8]) stare. Placendum est divinis oculis et habitu [9]) corporis et modo vocis. Nam ut inpudentis est clamoribus strepere, ita congruit [10]) verecundo modestis precibus orare. Denique magisterio suo dominus [11]) secreto orare nos praecepit, in abditis et semotis locis, in cubiculis [12]) ipsis, quod magis convenit fidei, ut sciamus deum ubique esse praesentem, audire omnes et videre, et maiestatis suae plenitudine in | abdita quoque et occulta 205
penetrare, sicut scriptum est [13]): *Ego deus adproximans* [14]), *et non deus de longinquo. Si* [15]) *absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum?*

---

in eius ore A. 7) *Si* pr. Mae, *autem* om. Mb. 8) *domini* Bb. 9) *abitu* Me. Tum *modu* W, *modum* Ba et pr. Mb. 10) Expuli ante *congruit* adv. *contra*, quod merito om. Bb et ab al. m. inter vers. habet W. Dein *verecunde et modestis precibus* Mb, *verecundo ore* etc. Me. 11) *dominus* a corr. m. superscriptum in Mb. Mox *secrete* W. Maef. Ba et pr. Mb, item edd. Manutianam antecedentes c. Morell., *segregato* Bb, *nos orare* Erasm. et Grav., *adorare* Ba et edd. vetustiores, *nō* pro *nos* A, *praecipit* Bb et Me. Pro *semotis* Mb *remotis*, W. Macd et Bac *secretis*, edd. ante Manut. typis exscriptae *secretis vel semotis*. 12) *in cubilibus* Mc. Sed vid. *Matth.* 6, 6. Proxime *dominum* Bb. Dein *ubicumque* A. Inverso ordine *audire et videre omnes* Bc et Mcd. Sequens *et* om. Ba, Me autem ab al. m. supra lin. habet. Ante *abdita* erasum *in* in cod. Mb, omissum in Bc. Mcd et A. Pro *quoque* Bc et Mcdf c. ed. Morell. habent *quaeque*. 13) Ap. Hierem. 23, 23—24.; *est* om. W. 14) Ita W. Mab et Bac, *approximans* vulg., *aprox.* Me, *appropinquans* A. Tum *de longe* (sic) A (conf. cap. IV. not. 7.), *e longinquo* Bc et Mcd. 15) R. m. supra addidit *autem* in Bc. Idem c. Mcd scribit *homo fuerit*. Pro *ego ergo*, quod om. Ma, ponitur *ergo ego* in Mbc et in edd. Manutianam antecedentibus, quibus adstipulatur Morelliana.

Nonne caelum et terram ego impleo? [16]) Et iterum [17]): *In omni loco oculi dei* [18]) *speculantur bonos et malos.*

III.

Et quando in unum cum [1]) fratribus convenimus et sacrificia divina cum dei sacerdote celebramus, verecundiae et disciplinae memores esse debemus [2]), non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam [3]) modeste deo tumultuosa loquacitate iactare, quia deus non vocis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est [4]) clamoribus qui cogitationes videt, probante domino et dicente [5]): *Quid cogitatis nequam in cordibus vestris?* Et alio loco [6]): *Et* [7]) *scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.* Quod

---

16) Bac et Mcd exhibent *implebo*. 17) Prov. 15, 3. 18) *domini* Bbc et Mcdf. Id convenit textui Graeco, in quo est κυρίου. Dein *contemplantur* Bbc, itemque Mcd, et inverso ordine *malos et bonos* (κακοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς, ut legitur in Graeco) Ba.

III. 1) *cum* superscriptum est in Mb. 2) *debeamus* A. 3) *petitionibus commendandas* Bc et Md, *petitionibus commendandas* Mc. Pro *modeste*, quod om. Bbc, Mc et A exhibent *modesto*. Dein *domino* scribit Bb. H. l. sic incipit cod. C: *te deo tumultuosa loquacitate iactare.* Mox inverso ordine legitur *auditor non est vocis, sed cordis* in Bc et Mcd, *est auditor* in Mf et ed. Morell. 4) *est* om. W. Tum *videt cogitationes* sine v. *hominum* habent Bc et Mcd, *cogitationes videt* C. W. Mabef. Bab et quattuor Anglici, nec non edd. Manutianam antecedentes atque Morell., *cogit. hominum vid.* Manutiana, quam secuti sunt Pamelius et recentiores. Vocem *hominum*, qua carere possumus, iure merito delevit vir doct. in Gottingensi exemplari editionis Manutianae. Deinceps *probante* (*provocante* legebatur ante Manutium) *deo* dant Bc et Mcd. 5) Luc. 5, 22. 6) *alio in loco* A. Vid. Apoc. 2, 23. 7) *Et* om. C. Idem male scribit *sciens*. Mox *scrutator sum cordis et renum* exhibent Bc et Mcd.

Anna in primo regnorum libro [8]) ecclesiae typum portans custodit et servat, quae deum [9]) non clamosa petitione, sed tacite et modeste intra ipsas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, sed manifesta fide [10]); loquebatur non voce, sed corde, quia sic deum sciebat audire, et inpetravit efficaciter quod petit, quia fideliter postulavit. Declarat scriptura divina, quae dicit [11]): *Loquebatur in corde suo* [12]), *et labia eius movebantur, et vox eius non audiebatur, et exaudivit eam deus.* Item legimus in psalmis [13]): *Dicite in cordibus vestris, in stratis vestris transpungimini* [14]). Per Hieremiam [15])

---

8) *in libro primo regnorum* A. 9) Ita pro *dominum* Ver. 1. C. Mbc. Bc. A. Negationem A om. Pro *petitione* in Bc et Mcd reperitur *voce*, in Mf *voce vel petitione*. Tum *inter* pro *intra* scribunt Bc et Mc. Dein *ipsa pectoris latebra* (littera *s* erasa) habet Mb, *labras* (sic) *pectoris* Mf. 10) Omittunt haec C. W et Me, *et loquebatur* scribit A. Vitiose *occulte — manifeste* exaratum in Bc et Mcd. In seqq. *dominum sciebat* praebent C. Bbc et Mcd, inverso ordine *sciebat deum* edd. ante Manut. c. Morell. Mox *est* pro *et* perperam habet A, tum perfecti formam contractam *petit* pro vulgari *petiit* recepi e C. W. Ma. Ba et A. Vid. quae adnotavi ad Ambros. de offícc. I. 14. §. 51, 1. et I. 24. §. 105, 2. Cf. de bono pat. cap. XI. not. 3. et de zelo et livor. cap. III. not. 6. Dein *quae — postularat* dant Bc et Mcd. 11) 1. Reg. 1, 13. 12) *suo* om. Bc et Mcd, dein C cum iisdem libris habet *non movebantur*. Mox *penitus* pro *eius* Mf. Infra *exaudiebat* legitur in Bc et Mcd et *dominus* pro *deus* in Ver. 1. C. Mb. Bb et A. 13) *in psalmo legimus* Bc et Mcd. Vid. psalm. 4, 5. 14) *in cordibus et in stratis vestris*, *et* (*et* om. Ba) *transpungini* exhibent Ba et Mf editique libri, *in cordibus*, *in stratis vestris*, *et transp.* scribit Bb, *dic. in cord. vestris* (ita etiam W et A c. ed. Morell.) *et in stratis vestris* (*et transpungemini* W) *transp.* Ma, *in cord. vestris et in cubilibus vestris conpungimini* dant Mb et quattuor libri Parisini, in quibus C sive Seguierianus, ap. Baluz. Priore loco copulam om. Ver. Bc et Mcd, altero Ba et A, utroque recte ed. Morell.; legitur enim ap. interpretes LXX.: — *λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς*

quoque haec eadem spiritus sanctus suggerit et docet dicens [16]): *In sensu autem tibi debet adorari deus* [17]).

IV.

Adorans [1]) autem, fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum Pharisaeo publicanus oraverit, non adlevatis in caelum inpudenter oculis, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans et peccata intus inclusa contestans divinae misericordiae inplorabat auxilium. Et cum sibi Pharisaeus placeret [2]), sanctificari hic magis meruit, qui sic rogavit, qui spem

---

κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Vocc. *et in stratis* a r. m. in mg. habet Me. Ceterum *conpungimi* agnoscit etiam A. 15) *Ieremiam* C. Bbc. Mcd. A. Abest *haec* a Bc, *sanctus* a C. 16) Hierem. Epist. 5. sive Baruch. 6. 17) *In sensu adorari debet dominus* Bc et Mcd, *dominus* item W et Ma. *Ibi* pro *tibi* Mb. Tum *adorare deum* Mb, *adorari domine* C, *adorare domine* Bb, *adorare domino* A, *esse debet adoratio domini* Ver. monente viro doct. in Gottingensi editionis Manut. exemplari; testante autem *Latinio* (Biblioth. sacr. p. 179. col. 1.) ibi legitur: *tibi debet esse adoratio, domine.* In Graeco est: *σοὶ δεῖ προσκυνεῖν, δέσποτα.*

IV. 1) *Adhorans* Md, *adoratis* A. Tum *fratres karissimi* Bc et Mcd, ut supra. Dein *ne illud* A. Paulo post *et publicanus* Mf c. edd. vett. atque Morell., *puplicanus* W et Ma. Statim *in* pro *non* A. Tum *adlevatis* C. W. Ma. Ba et pr. Mb (*alter.* vulg.), *elevatis* Bb. Mcd. A, *inpudenter in caelum oculis* W et Ma, *impud. in cael. oc.* ed. SP, *inpud.* (*impud.*, ut vulg., Mc) *ocul. in cael.* Bc et Md, vulgari ordine *in cael. inpud. oc.* C. Mb et Ba c. ed. Morell., *impud. ad cael. ocul.* edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. et Erasm. c. Grav., quibuscum conspirat Mf. Dein *ac* pro *nec* A. Proxime *sed* in C. Macdef et Bc, ut in edd. Graviana antiquioribus, omissum Mb superscriptum habet. Mox *et peccata* (*sed* a r. m. supra addito) Me. Deinceps *incausa contemptans* C. Infra *inplorabat* (*implor.* vulg.) C. W. Mb, *implorat* Bb. 2) *cum* et *placeret* e corr. r. m. habet Me. Paulo post *oravit* pro *rogavit* scribitur in W. Macdf et

salutis non in fiducia innocentiae suae posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter oravit, et exaudivit orantem qui humilibus ignoscit. Quae dominus in evangelio suo ponit [3]) et dicit: *Homines duo ascenderunt* [4]) *in templum orare, unus Pharisaeus et unus publicanus. Pharisaeus* [5]) *cum stetisset, talia apud se precabatur: Deus, gratias tibi ago, quia non sum, sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, quomodo et publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium* [6]) *quaecumque possideo. Publicanus* [7]) *autem*

Bc, ut exstat in edd. Manutianam antecedentibus atque Morell., nec aliter e corr. legitur in Me. Mox *non fiducia* male Ba, *non fiduciam* A eandemque lectionem e MS. protulit *Io. Fred. Gronov.* Observatt. in Scriptoribus eccles. c. 14. p. 628, addens: „Ut taceam de figura grammatica, in qua saepe delicias faciunt veteres, satis confirmat hanc lectionem auctori locus, quem imitatur translatumque habuit, ut nunc vulgo est, verborum *Hieremiae* cap. 17. [init.]: *Maledictus homo, qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum*, et cap. 5. [v. 22.]: *qui posui arenam terminum mari*, vel, ut habet *Ambrosius* Hexaem. III. cap. 2. *fines mari. Hieronymus* Apolog. adversus Ruffinum: *Usque adeone obdurasti frontem, ut mendacium ponas spem tuam?* Sic et Psalm. XVII. [v. 12.]: *Et posuit tenebras latibulum suum*, et *ponam inimicos tuos scabellum.*“ In seqq. *humiliter confessus* Bb. Dein *rogavit* Ba. Me. A. Mox *semper humilibus ignoscit* Pamel. Rigalt. et Oxon. 3) *in evangelio monuit et dicit* C. Vid. Luc. 18, 10. 4) *ascenderunt duo* A. Tum *in templo* Ba. Dein *ut orarent* Me, *adorare* C. W. Macd. Bbc, ut edd. ante Manut. c. Morell. Pamel. atque Rigalt. Mox *et alius publicanus* Ba, *et alter publ.* Ver. Bc. Mcd. A. Ita et libri ante Manut. editi una cum Morell. 5) Additur *autem* in Mbcd. Bac. A. Deinde *et talia — deprecabatur* habet A. *Deprecabatur* reperitur etiam in Bac et Mcd. Mox *tibi gratias ago* in A, *gr. ago tibi* in Mbf. Dein *sicut* ab al. m. superscriptum in Ma. Proxime *raptores, iniusti* Bb et Mf. Tum *hic publicanus* pro *et publ. iste* Bb. 6) *do de omnibus* Ver. et Mef editionesque ante Manut. cum Morell., *do de omnium* W et Ma (*de* in hoc libro infra lineola insignito). Tum *quae pos-*

de longinquo stabat et neque oculos volebat ad caelum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis [8], *descendit hic iustificatus in domum suam magis, quam ille Pharisaeus, quia omnis qui se extollit, humiliabitur et qui se humiliat, exaltabitur.* Quae nos, fratres dilectissimi [9], de divina lectione discentes, postquam cognovimus ad orationem qualiter accedere debeamus, cognoscamus docente domino et quid oremus. *Sic,* inquit [10], *orate: Pater* [11] *noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua sicut* [12] *in*

---

sideo Bc. Mcd. A. 7) *Puplicanus* W. Statim *de longe,* ut supra cap. II. not. 14., A. Deinde *oculos suos* C et Mb. Pro *volebat* Bc et Mcd *audebat*, Bb *ad caelum voluit levare*, C *levabat ad caelum.* 8) *Amen amen dico vobis* Bb, *dico vobis* om. Ba. Tum *discendit* C idque constanter. Mox inverso ordine *magis iustificatus in domum suam* ed. Dav., *iust. magis in dom. s.* W. Maf. A, item ceterae edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Proxime *qui se exaltat* Bbc et Mcdf. Dein *humilabitur — humilat* (sic) Ver. ap. Rigalt. Pro *humiliat* edd. vett. *humiliaverit.* 9) *dilictissimi* C passim, *karissimi*, ut solent, Bc et Mcd. In proximis *agnovimus* Mf itemque edd. ante Manut., quibuscum conspirat Morell. Scripsi deinde *ad orationem qualiter accedere debeamus.* Ita enim codd. omnes praeter Bb et Mf editionesque vett. c. Erasm. Grav. et Morell. pro *qualiter ad orat. acced. d.*, quem verborum ordinem primus invexit Manutius. Eundem ego reperi in cod. Bb; *ad orat. ecclesiae qualit. acced. d.* exhibet Mf Tum *et cognoscamus* scribunt Bc et Mcd et *docentem* sine *domino* Bb. Dein *qualiter et quid oremus* habet Mb. Deest partic. *et* in Bac. Mcd et A. *Oramus* omissis verbis seqq.: *Sic*, inquit, *orate*, dant Bc et Mcd. 10) Matth. 6, 9. 11) Praemittitur in Bb hoc lemma: ORATIO DOMINICA, liquore rubro exaratum. Tum *qui es in caelis* a m. pr., *qui in caelis es* ex mutatione habet Ba. 12) *sicut*, quod r. m. supra addidit in Me, om. C. Ma et Ba. Conf. adnot. ad cap. XI et XII. init. Statim *in caelis* dat Ba. Dein *ita et in terra* Mb.

caelo et in terra. Panem nostrum cotidianum [13]) *da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne patiaris induci nos* [14]) *in temptationem, sed libera nos a malo.*

V.

Ante omnia pacis doctor atque unitatis magister [1]) singillatim noluit et privatim precem fieri, ut quis cum precatur pro se tantum precetur. Non dicimus [2]): *Pater meus, qui es in caelis,* nec: *Panem meum da mihi hodie;*

---

13) Sic W. Mb. Ba, *cottidianum* C. Maf. Bbc, *c.* per abbreviationem Mcd; ceteri duo, ut vulg., *quotidianum.* Proxime *nobis* om. Bc et Mcd. Tum *dimitte* exhibent Ver. 1. C. W. Macdf. Bbc. A, item edd. vett. Mox *dimittimus* Ver. 1. Mbdf. Babc. A veteresque edd. Concordant versiones antiq. et nov. ap. Matth. 6, 12 et 14., ubi vid. *Sabatier.* Vulg. ap. Nostrum legitur *remitte* et *remittimus.* Conf. infra cap XVI. not. 2. 14) *Et ne patiaris induci nos* W et Mae cum libris ante Pamel. editis, *et ne pat. nos ind.* C, *et ne nos patiaris induci* Mb editique recentiores, *et ne passus fueris induci nos* Ver., *et ne inducas nos* Ba, *et ne nos inducas* Bbc. Mcdf. A. Ceterum *nos* ab al. m. superscriptum in W. Conf. cap. XIX. init. et *Sabatier.* ad Matth. 6, 13. Quod in clausula vulgo additur *amen* in quibusdam exemplaribus non legi monuit iam Rigaltius. Abest etiam a Ver. C. W. Mabef et Ba, nec non a Graeco textu. Quare hoc additamentum (conf. not. 8) omittendum putavi.

V. 1) *unitatis amator et magister* cod. Fuxensis ap. Baluz. Tum *singillatim* C. W. Mabcd. Bbc et septendecim libri Baluziani editionesque Pamel. atque recentiores, *singilatim* Me, *singulatim* Ba. Mf. A, undecim vetera exemplaria a Baluzio inspecta et editiones Pameliana antiquiores, excepta tamen Dav., in qua est *singillatim.* Mox *praece fieri* C. Dein *ut qui praecatur* Mb. Statim *non pro se* invitis libris tam manu exaratis, quam typis expressis tacite scripsit Baluzius. 2) *Nam non dicimus* A, *non enim dicimus* edd. Manut. Pamel. et recentiores, *non dicimus* rell. libri mss. et editi. Proxime *qui in caelis es* A, item edd. vett. c. Erasm. Tum *pacem* pro

nec dimitti sibi tantum unusquisque debitum postulat, aut ut in temptationem non inducatur atque a malo liberetur, pro se | solo rogat. Publica est nobis et communis ora- 206
tio [3]), et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus unum sumus. Deus pacis et concordiae magister, qui [4]) docuit unitatem, sic orare unum pro omnibus voluit, quomodo in uno omnes ipse portavit. Hanc orationis legem [5]) servaverunt tres pueri in camino ignis inclusi, consonantes in prece et spiritus consensione concordes. Declarat [6]) scripturae divinae fides et dum docet quomodo oraverint tales, dat exemplum, quod imitari in precibus debeamus, ut tales

---

panem A. Omittit *meum* Me. In seqq. *debita* dant W et Maf, *delicta* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Mox *aut* deest in Ba et A, item *ut*, quod Ma ab rec. m. habet, in Mbcd et Bbc. *Aut* in W enatum ex *ut*, quod posthac supra additum est. Dein *non ducatur* (ita etiam W) *aut a malo liberetur* Bc, *non ducat. atque ut a m. l.* A et *orat* pro *rogat* Bb. 3) *Puplica*, ut supra, W; *publica est nobis oratio et communis* Bc et Mcd. Tum *si* pro *et* W. Deinceps pro *non pro uno* Ver. *non pro nobis solis*. Statim *pro populo toto* C. W. Mae. Bb, ut edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell., *pro populo tuo* Mf, *rogamus* C et *unus* A. 4) *qui* ab al. m. supra additum in W. Paulo post *in uno* deest in C. Dein *ipse omnes* scribit A. 5) *oracionem* pro *orationis legem* A. Nomen numerale *tres* e corr. r. m. habet Mb. Tum *conclusi* Ba. Proxime *et*, quod om. Ba et A, in Ma r. m. supra ras. addidit. *Spu* scribitur in C, dein *consensionis* in Ba et A. 6) Ita codd. Ver. Vat. et mei omnes praeter Mef, in quibus praemittitur *quod*, idque Me ab r. m. inter versus habet. *Scriptura divina fides* dat Bb, *scriptura divinae fides* (sic) W. Pro *dum*, quod om. Bc et Mcd, legitur *cum* in W et Bb, ut in edd. vett. et in Erasm. Grav. atque Morell. Dein *oraverint, tale dat exemplum* scribitur in Bb, *o., et tale d. exempl.* in Bc et Mcd. Inverso ordine *in precibus imitari* exhibent Bb et A. Praepositio, quae in W superscripta est, desideratur in Me, *in precibus* om. Bc et Mcd. Tum mendose *de-*

esse possimus. *Tunc*, inquit, *illi tres* [7]) *quasi ex uno ore hymnum canebant et benedicebant deum.* Loquebantur quasi ex uno ore [8]), et nondum illos Christus docuerat orare, et idcirco orantibus fuit inpetrabilis et efficax sermo, quia promerebatur deum pacifica et simplex et spiritalis oratio. Sic et apostolos cum discipulis post ascensum [9]) domini invenimus orasse. *Erant* [10]), inquit [11]), *perseverantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus et Maria, quae fuerat mater Iesu, et fratribus eius.* Perseverabant in oratione unanimes, orationis suae

---

bemus — possumus A. 7) Ita C. W. Mabcdef. Bbc. A veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., *tunc illi tres, inquit* Ba et edd. rell. Vid. Dan. 3. Prec. Azar. et hymn. trium puer. 27. (Dan. 3, 51. vers. Lat.). Verba *quasi ex uno ore — —. Loquebantur* exciderunt in A, *tanquam ex uno ore* scribit C, *ore* om. Bb, *hymnum canebant et benedicebant deum. Loqueb. quasi ex uno ore* ab r. m. in mg. habet Me. Pro *canebant* Ver. *cantabant.* Deinceps *deum* pro *dominum* (*domino* Ma) recepi ex codd. C. Bac et Mcd; in W exstat neque *deum*, neque *dominum* Confirmatur lectio nostra Graeco *ηὐλόγουν τὸν θεόν.* 8) *ore* om. Bc et Mcd. Tum *ipse* pro *Christus* A. Dein *orare docuerat* Mf et edd. ante Manut. c. Morell. Mox *inpetrabilis* (*impetr.* vulg.) W et Mab. Proxime *deum* pro *dominum* praebucrunt codd. W. Mbcde. Bab. A, in Bc *deum* bis scriptum. Ibidem et in Me habetur *spiritualis.* 9) *ascensus* Mf. Adnotat *Baluzius:* „Duae veteres editiones et tres libri manuscripti habent *ascensam*, duo *ascensionem.* Ego praeferrem *ascensam,* nisi omnes fere libri veteres repugnarent. Nam Tertullianus et Cyprianus scribere solent *remissam* pro *remissione.* Vide glossarium Latinum *Cangii.*“ Ceterum Bb inverso ordine exhibet: *post ascensum domini cum discipulis.* 10) *Et erant* Ver. 11) Act. 1, 14. Omittunt *omnes* W et Mab, item *unanimes* Bc et Mcd, in quibus deinceps legitur *cum mulieribus et matre Iesu et fratribus eius.* Pro *fuerat*, quod al. m. addidit in Ba, solus A et h. l. et de cathol. eccles. unitate cap. XXII. exhibet *fuit*, ut cod. Cambr., quem sequi non debebat Pamelius. Tum v. *mater* deest in Mf.

et [12]) instantiam simul et concordiam declarantes, quia deus, qui inhabitare facit unanimes in domo, non admittit in divinam et aeternam domum, nisi apud quos est unanimis oratio. Qualia autem sunt [13]), fratres dilectissimi, orationis dominicae sacramenta, quam multa, quam magna, breviter in sermone collecta, sed in virtute spiritaliter copiosa, ut nihil omnino praetermissum sit, quod non in precibus atque orationibus nostris caelestis doctrinae conpendio conprehendatur!

VI.

Sic, ait [1]), *orate* [2]): *Pater noster, qui es in caelis.* Homo novus renatus et deo [3]) suo per eius gratiam restitutus *pater* primo in loco dicit, quia filius esse iam

12) *et* om. Ver. et exemplar Dav. Deinde *instantia — concordiam* vitiose scribit C, *instantia — concordia* in tribus codd. invenit *Walkerus* (vid. miscellan. Observatt. Vol. III. Tom. I. p. 53) hancque lectionem sine causa in textum recepit Goldhornius. Mox *qui habitare fecit* Bb. Dein *in domo una* A. Sed vid. Psalm. 67, 7., ubi legitur: ὁ θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Proxime part. *et* om. Ma. Pronomen *eos*, quod post *nisi* ex cod. Cambr. primus inseruit Pamelius, mei codd. non agnoscunt, nec in suis invenit Latinius. Idcirco additamentum istud exterminandum censui. 13) *Qualia sunt autem* Bb, *qualia autem sint* W. Ma. *Sunt* in Bc et Mcd omissum Me ab r. m. inter vers. habet. Tum *carissimi* Bc, *kmi* Mcd, ut passim, pro *dilectissimi*. Infra *spiritualiter* dat Me et paulo post *atque in orationibus* Mb c. Bb. Quod sequitur *nostris* (male *vestris* A), omissum in Bc et Mcd, in W autem ab al. m. superscriptum, Mf post *precibus* addit.

VI. 1) Matth. 6, 9. 2) *adorate* C et Bb. 3) *et* om. Bc et Mcd, *a deo* pro *et deo* scribit A. Tum *per eius gratiam* praestant codd. omnes consentientibus Manut. Pamel. Rig. et Oxon., *per gratiam eius* habet Baluzius c. edd. rell. Mox *in primo loco* dant Mbdf et A; *dicit* ab al. m. superscriptum in W. Dein *qui* pro *quia* Mc et *iam esse* Mbf.

coepit. *In sua,* inquit [4]), *propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot* [5]) *autem eum receperunt, dedit illis potestatem, ut filii dei fierent, qui credunt in nomine eius.* Qui ergo credidit [6]) in nomine eius et factus est dei filius, hinc debet incipere, ut et gratias agat et profiteatur se dei filium, dum nominat patrem sibi esse in caelis deum, contestetur quoque inter prima statim nativitatis suae verba renuntiasse se terreno et carnali patri et patrem solum nosse se et habere coepisse, qui sit in caelis, sicut scriptum est: *Qui dicunt patri et matri* [7]), *non novi te, et filios suos non agnoverunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum servaverunt.* Item dominus in evangelio suo praecepit [8]) ne vocemus nobis patrem in terra, quod sit scilicet nobis

4) Ioann. 1, 11—12. Inverso ord. *in sua propria, inquit, venit* Mf. Proxime *eum* om. W et Bb c. ed. Dav. 5) *Quodquod* C et Bc. Abest *autem* a C. W. Macdef et a Bac, neque exstat in Testimon. I. 3. p. 277. Cf *Sabatier.* Tum *receperunt eum* al. ord. scribunt Bb et A. Statim *eis* pro *illis* Bbc. Mcd. A, nec aliter pr. habebat Mb, in quo deinde est *filios dei fieri* pro *ut filii dei fierent. Fili* dat Ma. Quod in edd. recentt. sequitur *his* abest a codd. W. Macdef. Babc et Latinii libris, itemque a Testimon. l. c. Id primus e Cambr. recepit Pamelius, ego expunxi. Cf. *Sabatier.* 6) *credi-derit* W. Ma et Bb, *credit* Bc. Mcd. A. Deinde part. *et* om. Bc et Mcd. Mox *iam debet* scribitur in A et postea *confiteatur.* Tum *se filium dei* proximeque *sibi patrem esse in caelis dominum* exhibent Bc et Mcd. Deinde *statim inter prima* Bb, *inter cetera statim* Bc et Mcd et *sua* pro *suae* A. Postea *et carnali quoque patri* Mb. In proximis *nos esse* pro *nosse se* Ba, *se* om. Ver. Mbcd. Bbc. A itemque seq. partic. *et* Ma. Pro *qui sit* Bc et Mcd exhibent *qui est.* Dein *est* post *scriptum* om. Bb. Vid. Deuter. 33, 9. 7) *matri aut patri* A, tum *novi vos* Bc et Mcd moxque *agnoscunt* A. Dein *hii* W. Bac. Mcdef. A c. ed. Dav., neque aliter pr. Mb, *hi*^{i} Ma. Paulo post *suum* pro *tuum* Ba. 8) Matth. 23, 9. *vocem patrem* A. Idem *super terram, quod seculum sit nobis.*

unus pater qui est in caelis. Et discipulo, qui mentionem defuncti patris fecerat [9]), respondit [10]): *Sine* [11]) *mortui mortuos suos sepeliant;* dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit credentium pater vivus.

VII.

Nec hoc [1]) solum, fratres dilectissimi, animadvertere et intellegere debemus, quod appellemus patrem qui sit in caelis, sed coniungimus et dicimus: *Pater noster,* id est, eorum qui credunt, eorum qui per eum sanctificati et gratiae spiritalis nativitate reparati filii dei esse coeperunt. Quae vox [2]) Iudaeos etiam perstringit et percutit, qui Christum sibi per prophetas adnuntiatum et ad se prius missum non tantum spreverunt infideliter, sed

---

Pro *in terra* Ver. *in terris.* Dein *cum sit* Bc et Mcd. *Sit* om. C. Statim in Ba ordine inverso legitur *unus pater nobis*, tum *qui est* om. Bc et Md. 9) *defecerat* Me. 10) Matth. 8, 22. 11) *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos* Bc. Mcd. A. *Ut* in Mb r. m. supra addidit. In seqq. *cum* pr. omissum r. m. inter lin. supplevit. Tum *pater credentium* Bc et Mcd, *unius* pro *vivus* Me, *unus* Mf et A.

VII. 1) *hoc* om. C. Dein *fratres karissimi* scribunt Bc et Mcd, ut passim. Mox *appellamus* Bc. Mcd et A. Posterior liber dat *qui est in caelis.* Voculas *id est* ab al. m. inter vers. habet W. Tum *qui creditur* Me. Post *credunt* Bb addit *in eum.* Quod sequitur *eorum* deest in Mb et A, *non eorum qui pereunt* (ita etiam Bc et Mcd), *sed eorum, qui per eum sanctificati sunt* exhibet ed. Dav. Statim *specialis* pro *spiritalis* (ut cap. I. not. 6) A, *spiritualis* Me. Tum *fili* C et Ma. Conf. supra cap VI. not. 5 2) *vox* om. Bc et Mcd. *Iudaeos etiam* hoc ordine scribunt C. W. Mabcde. Bac. A, nec discrepant edd. Grav. Mannt. Pamel. Rig. et Oxon., *etiam Iudaeos* habent codd. et edd. rell. Post *perstringit* Bc et Mcd inferunt *sententia.* Tum *quia* pro *qui* habet C. Proxime *a prophetis* dant Bc et Mcd, dein *adnuntiatum* C. W. Mb. Ba, *adnunciatum* Bc, *annuntiatum* vel *annunciatum* vulg. Verba seqq.: *et ad se prius missum* desunt in Mb. Statim *non tantum nuntia-*

crudeliter necaverunt. Qui iam [3]) non possunt patrem deum vocare, cum dominus eos confundat et redarguat dicens [4]): *Vos de diabolo* [5]) *patre estis et concupiscentias patris vestri facere vultis. Ille enim homicida fuit ab initio et in veritate non stetit, quia veritas non est in illo* [6]). Et per Hesaiam [7]) prophetam deus clamat indignans: *Filios genui* [8]) *et exaltavi, ipsi autem me*

---

tum scribitur in Bc et Md, *non tant. nunciat.* in Mc. Omittitur *infideliter* in A, *spreverunt* (*spreverint* Ba) *infideliter* exhibent C. W. Mabef. Bab veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. Hunc ordinem primus invertit Manutius. Part. *et*, quam post *sed* in Md ead. m. supra addidit et ceteri quoque libri scripti una cum editis habent, merito expunxit iam Morellius; nam *sed* post *non tantum* fortius est, quam *sed et*, significans *sed potius, immo potius.* Vid. *Ast.* ad Plat. Protag. p. 75 sq. Conf. Noster infr. cap. XIV. not. 14 et cap. XVI. not. 3., de opere et eleemos. cap. VII. not. 1., de bono pat. cap. IV. not. 8. Quapropter *et* omisi. Dein *negaverunt* perperam Mbcd. Ba et pr. Bc. 3) *iam* om. A, inverso ordine *non possunt iam* scribunt Bc et Mcd. Tum *dominum* pro *deum* C. Mcd. Bbc. A. Mox *confundat eos dicens* Bc et Mcd, *et arguat* C. 4) Ioann. 8, 44. 5) *diabulo* C, *zabulo* Bc et Md. Dein *nati* om. W et Ma itemque edd. vett. c. Erasm. et Morell. Statim *concupiscentium* habet Bb, *concupiscentium vestram facere* A et alio ordine *vultis facere* legitur in edd. ante Manut. et in Morell. 6) *in illo non est* Mbcd. Bc et A, *est illo* Mc. 7) *Hesaiam* edd. SP. Venet. et Kunn., *Esaiam* W. Ma. Bab et a m. pr. Mb conspirantibus edd. Remb. Erasm. et posterioribus excepta Rig., in qua est *Esayam. Eseiam* legitur in C, *Isaiam* in Me, *Ysaiam* in Mb (a. s. m.) cdf et Bc, item in ed. Dav., *Ysayam* in A. Hic liber deinde scribit *dominus deus,* tum *et indignans* C. Vid. Hes. 1, 2—3. 8) Ita W. Mabcdef. Bc et A, item edd. vett. c. Erasm. et Morell. Conspirant septendecim vetusta exemplaria ap. Baluz., *generavi*, quod primus receperat Gravius, quem secuti sunt Manutius et posteriores, in decem libris vett. invenit Baluzius idque habet Noster de zelo et livore cap XIII. circ. fin. sine variatione. Cf *Sabatier.* Tum *ipsi autem contempnentes spreverunt me* dant Bc et Mcd. Ceterum conf. de zelo et livore l. c.

spreverunt. Agnovit bos [9]) *possessorem suum et asinus praesepe domini suī; Israel autem | me non agnovit et* 207
populus me non intellexit. Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filii sine lege [10]).

9) *bus* C. Deinde *suum* in Mae omissum, in W autem erasum. Mox *praesepium* exhibent C. Mb et Ba. Tum *Israhel* Me c. edd. Dav. et Kunn., *Istr* (sic), alibi *Istrahel* C. Quod sequitur *autem* om. Ba. Pro vulgato *cognovit* cum W. Mabe et Ba scripsi *agnovit*. Ita Mbe etiam in Testim. I. 3. p. 276. Dein *populus me non intellexit* recte C. W. Mae. Ba. A; legitur enim ap. *Hesaiam* 1, 4: *καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν*. *Meus*, quod ante *me* ex MS. intrusit Pamelius, cui obtemperarunt editores recentiores, et eodd quoque Bc atque Med agnoscunt, Mb et h. l. et in Testim. l. c. a r. m. inter vers. habet; quare equidem nullus dubito, quin ex glossemate fluxerit. *Meus* sine *me* praebent Bb et Mf. Sic etiam in Testim. l. c. primo exhibebat Me; sed veram lectionem correctoris manus restituit eraso *us*. 10) *Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen nequam, filii scelesti*, ut in Test., recepit Baluzius post Oxonienses ad fidem veterum editionum et quattuordecim veterum manu scriptorum, quibuscum concordant W. Maf et Ba, hoc tamen discrimine, ut in Ma *scelerati* pro *scelesti* legatur. Bc et Med dant: *Ve genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filiis sceleratis*. A scribit: *Ve genti peccatrici, populo pleno pecc., semini pessimo, filiis sine lege*. Mb: *Vae genti peccatrici, populus plenus pecc., semen pessimum, fili sine lege*. C. Bb et Me exhibent: *Vae genti peccatrici, populo pleno pecc., semen nequam, filii* (*fili* C) *scelesti* (*scelerati* Bb). Sed libris scriptis et editis huc illuc fluctuantibus ad hunc locum recte emendandum necesse omnino est interpretes LXX (1, 4) respicere, ubi propheta loquitur: *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρόν, υἱοὶ ἄνομοι*. Scribendum igitur: *Vae gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen pessimum, filii sine lege*. Postrema: *semen pessimum* (ita tres libri vett. ap. Baluz., tres Anglici et in Test. Mb et Ba), *filii sine lege* ex membranis eruit probavitque iam *Io. Fred. Gronovius* (Observatt. L. III. c. 24. p. 322), qui commode laudat *Statii* illud (Theb. II. 524.): *facinus sine more*. Optime ibidem adnotat vir doct.: „Videntur data opera ex vulgato interprete interpolasse auctorem passim, ubi testimoniis sacrae scripturae utitur: ita MSS. ab editis differunt.“

Dereliquistis dominum [11]) *et in indignationem misistis illum sanctum Israel.*

VIII.

In quorum exprobrationem [1]) Christiani, quando oramus, *pater noster* dicimus, quia noster esse coepit et Iudaeorum, qui cum reliquerunt, esse desiit. Nec peccator populus potest esse filius, sed quibus remissa [2]) peccatorum datur, eis filiorum nomen adscribitur, eis et aeternitas repromittitur domino ipso dicente [3]): *Omnis qui facit peccatum servus est peccati* [4]). *Servus autem non manet in domo in aeternum* [5]); *filius manet in aeternum.*

---

11) *deum* Bb. Tum *et* $\overline{i}$*dignationem* ($\overline{i}$ ab r. m. superscr.) A, *et indignat. misistis super sanctum Israel* scribunt Bc et Mcd, *illum* om. A et ed. Dav. *Israhel* est in W. Bc et Me, item in edd. Dav. et Kunn., *Istrahel* in C.

VIII. 1) *exprobratione* Bb, item edd. SP. Venet. Kunn. et Remb., *exprobacione* Mf c. A, *exprobationem* (sic) Mbe. Dein *quando oramus Christiani*, *dicimus pater noster* Bb, *pater dicimus* A. Mox *esse iam coepit* C. Excidit *eum* in A. *Dereliquerunt* praebent C. Bc et Mcd. Tum *desit* (immo *desit*) Ba, *desivit* C et Bb. 2) *remissa* (*io* ab r. m. superscr.) Me, *remissio* Bc. Mcdf et ed. Manut. Vid. cap. V. not. 9. Dein *dantur*, quod e vocab. *remissa* male intellecto enatum est, exhibent Bab et A. Statim *et* pro *eis* Bc et Mcd, *filii* (*filius* pr.) Mb. Tum *ascribitur* Bc et Mef, item edd. Venet. Kunn atque Remb., *asscribitur* Bb. Mcd. A c. edd. SP. Dav. et Erasm. Conf. ad Donat. cap. III. not. 4. Pro *et eis* restitui *eis et* ex codd. C. W. Mabcdef. Bac. et A eodemque modo legitur in edd. Baluzianam antecedentibus. Part. *et* om. Bb. Mox *domino deo* habet A. 3) Ioann. 8, 34 sq. 4) *peccati* omissum in W. Mbcde. Bbc et Veron. 2., superscriptum a r. m. in Ma. Cf. *Sabatier.* 5) *in aeterno* C. Delevi *autem* post *filius*; abest enim a codd. C. W. Mabce. Ba et A, item ab edd. vett. Erasm. atque Morell. Verba: *filius manet in aeternum* desiderantur in Mf.

Quanta autem domini indulgentia, quanta circa nos dignationis eius [6]) et bonitatis ubertas, qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu dei, ut deum patrem vocemus et ut est Christus dei filius, sic et nos dei filii nuncupemur? Quod nomen [7]) nemo nostrum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Meminisse itaque, fratres dilectissimi [8]), et scire debemus quia quando patrem deum dicimus, quasi filii dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de deo patre, sic sibi placeat et ille de nobis. Conversemur [9]) quasi dei templa, ut deum in nobis constet habitare. Nec sit degener [10]) actus noster ab spiritu, ut qui spiritales et

---

6) *eius* om. C. Hoc pronomen post *bonitatis* repetitur in A. Pro *ubertas* in Ba est *libertas*. Dein *ut* pro *qui* in C. W. Mabcde. Ver. 4. Babc et A. Proxime *in conspectu domini* habent Bc et Mcd moxque c. C et Bb *dominum patrem*. Dein *ut et est Christus* alio ordine legitur in A, *et est* (omisso *ut*) in C, *est* om. Bb. Inverse *filius dei* scribit Mf. Statim part. *et* om. Bb una cum ed. Dav., *nos* A. Pro *dei filios nuncupemus* e codd. Mbcd et Bc, quibuscum faciunt edd. Erasm. Grav. atque Oxon. recepi *dei filii nuncupemur*, quam lectionem in suis quoque libris invenit Pamelius; *d. filii nuncupamur* exstat in A. 7) *nomen* om. Bc et Mcd. Mox *adtingere* male W. Ma. Bac. Vid. Adnot. in Paulin. de vita S. Ambrosii p. 232. Tum *ipse Christus* Bc et Mcd. 8) *karissimi* Bbc et Mcd, item pr. Mf, *et scire* om. Bc et Mcd. Iidem libri c. A habent *patrem dominum*, Mbf *deum patrem*. Mox *fili* pr. Mab, inverse *dei filii* dant Bc et Mcd. Excidit *dei* in A. In seqq. Bc et Mcd scribunt *placemus nos* (om. *nobis*). Proxime *et ille placeat* Mb, *placeat et ille* Bb, *placeat ille* Bc et Mcd. 9) *Convertamur* C, tum *qua* Ba, item pr. W et Ma, *dominum* pro *deum* C. Bc et Macd et alio ordine *constet in nobis* A. 10) *Nec degeneret* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *nec sic* C, *sit* erasum est in Me, ubi post *degener* r. m. superscripsit *et*. Dein *ab spiritu* pro *a spiritu* recepi ex libris C. Mbcd et Bac, *ac spiritus* (*s* final. ab al. m. adiect.) habet W. Statim *et* pro *ut* legitur in Me. Aptius *spiritales et caelestes*

caelestes esse coepimus, non nisi spiritalia et caelestia cogitemus et agamus, quia et ipse dominus deus dixit [11]): *Eos* [12]), *qui clarificant me, clarificabo; et qui me spernit, spernetur.* Beatus quoque apostolus [13]) in epistula sua posuit [14]): *Non estis vestri; empti enim estis magno* [15]). *Clarificate* [16]) *et portate deum in corpore vestro.*

IX.

Post hoc [1]) dicimus: *Sanctificetur nomen tuum,* non quod optemus deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus a deo ut nomen eius sanctificetur in nobis.

(*caelest. et spirit.* vulg., *et caelestes* om. Bab) exhibent C. W. Mabcdef. Bc. A. *Spirituales* moxque *spiritualia*, ut passim, scribit Me, *caelestia et spiritalia* dant Bc et Mcd. In seqq. omittitur *dominus* in Bc et Mcdf, a quibus non differunt vett. edd. c. Erasm. et Morell., item *deus* in Bb. 11) 1. Reg. 2, 30. 12) Additur *inquit* in Mb. Tum *me clarificabunt*, *clarificabo* habet Bb. Deinde *spernit me* Mb, *me spernet* W. Ma, *me spernunt*, *sperno* Bb, *me spernent, spernentur* C. Conf. de zelo et livore cap. XII. not. 18. 13) *Paulus* pro *apostolus* A. Dein *epistula* C. W et Mab, *epistola* vulg. 14) 1. Cor. 6, 19. 15) *pretio magno* vulg., *magno pretio* Ma. Sed v. *pretio* abest a W. Ver. 2. Ba. Mf et tribus Anglicis, superscriptum autem legitur a r. m. ante *magno* in Mb et h. l. et de exhortat. martyr. ad Fortunat. cap. VI. p. 265, post *magno* in testimon. adv. Iud. ad Quirin. III. 11. p. 307. Delevi igitur, ut in Nostri libro de habitu virginum cap. II. p. 121, v. *pretio*, quod, cum modo anteponatur adiectivo, modo postponatur, modo superscribatur, ex interpretamento fluxisse luce clarius est. Conf. de opere et eleemos. cap. II. not. 6. 16) *Glorificate* Bc et Mcd, *glorificate vel clarificate* Mf. Deinde *dominum* C. Bc et Mce; in hoc tamen libro r. m. supra addidit *deum*. Pro *in corpore vestro* Bb habet *in cordibus vestris*.

IX. 1) *Post hec* A, *post hoc etiam* Mb. Tum *non quo* A. Statim *domino* Bb Proxime *quia* pro *quod* A. Dein *petamus a deo* W. Mabcdef. Bac. A veteresque edd., item qui h. l. laudat, S. *Augustinus* de corrept. et grat. cap. VI. §. 10. Tom. X. p. 756. A;

Ceterum a quo deus [2]) sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit [3]): *Sancti estote, quoniam* [4]) *et ego sanctus sum,* id petimus et rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse coepimus perseveremus. Et hoc cotidie [5]) deprecamur. Opus est enim nobis cotidiana [6]) sanctificatio, ut qui cotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione adsidua repurgemus. Quae autem sit sanctificatio, quae nobis de [7]) dei dignatione confertur,

---

a domino exhibent C et Bb, *ab eo* primus dedit Erasmus eumque secuti sunt editores posteriores omnes. In seqq. Mb ordinem ita invertit: *ut sanctificetur nomen eius in nobis.* Verba *in nobis. Ceterum* post *sanctificatur* male infercit A. 2) *deus* om. Bc et Med. Pro quo *dominus* habet Bb. Vulgatam autem lectionem tuentur et rell. libri omnes et S. *Augustinus* l. c. 3) Levit. 20, 7. 4) *quia* A. Quod sequitur *et* om Bb. Mf editionesque Gravianam antecedentes, Me autem inter lin. habet. Apud S. *Augustinum* l. c. omnes prope MSS. testibus Maurinis exhibent *quomodo ego*; legitur tamen apud eundem contra duas epist. Pelag. IV. 9, 25. Tom. c. p. 483. D. et de dono perseverant. cap. II. §. 4. T. c. p. 824. B., ubi item haec Nostri verba laudantur, *quoniam et ego* sine ulla variatione. *Sum* om. W et Mae. Tum *ideo petimus* scribunt Bb et Mf conspirantibus libris ante Pamel. editis, *a deo pet.* A. Copulam ante *rogamus* ab al. m. inter vers habet W. 5) *Et hoc quod quotidie* A. *Cotidie* recepi ex W. Mabf et Ba, quibuscum faciunt edd. SP. et Dav, *cottidie* dant Bbc et Med, *quodtidie* C, *quottidie* edd. Venet. Kunn. Remb., *quotidie* Me et A c. ceteris edd. Dein *precamur* Mbcd. Bbc. A. 6) *cotidiana* W. Mbf. Ba, item edd. SP. et Dav., *cottidiana* Bbc et Maed, *quodtid.* C, *quottid.* edd. Venet. et Kunn. c. Remb., *quotid.* Me et A, ut vulg. *Sanctificatio* praebuerunt C. W. Mabef. Ba editionesque SP. Venet. Dav. Kunn. pro vulg. *sanctificatione.* Verba proxima: *ut qui — — sanctificatione* desunt in A. Pro *qui* in Me habetur *quia.* Dein *cotidie* scribunt W. Mb et Ba concordantibus edd SP. et Dav., *cottid.* Macdf et Bbc, *quottidie* C editionesque Venet. et Kunn, *quotid.* Me c. vulgatis libris rell. Mox *et assidua repugnemus* (sic) habet A, *adsidua* pro *assidua* restitui ex codd. C. W et Mab. 7) *de* om. Bc et Med.

apostolus praedicat dicens [8]): *Neque fornicarii* [9]), *neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum adpetitores, neque fures, neque fraudulenti, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum dei consequentur. Et haec quidam* [10]) *fuistis; sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri.* Sanctificatos nos dicit in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri [11]). Haec [12]) sanctificatio ut in nobis permaneat oramus. Et quia dominus [13]) et iudex noster

8) 1. Cor. 6, 9—11. 9) *Neque enim fornicarii* W et Ma, *neque enim idolis servientes* (om vocc. *neque fornic.*) Bc et Mcd, *neque idol. serv.*, *neque fornic.* A, *nec fornic.*, *neque idol. serv.* Me, *fornicari* pr. Mb, *fornicatores* Ba. Postea *mascolorum adpetitores* C. *Adpetitores* (*appet.* vulg.) etiam W. Mab. Ba et in Testimon. adv. Iud. III. 65. p. 324. W et Mb. De qua scriptura vid. *Wagner.* l. c. p. 807, 5. Conf. infra cap. XIV. not. 13., ad Donat. cap. XIII. not. 2., ad Demetr. cap. VIII. not. 5., de opere et eleemos. cap. X. not. 15. Bb scribit *concubitores*. „Quinque libri veteres habent *concubitores*. Sic etiam se in antiquissimo codice legisse testatur Morellius, in uno codice Bodleiano editio Anglicana. Sic etiam editio vulgata epistolarum sancti Pauli.“ *Baluzius.* Mox *maledicti* pro *maledici* A. Dein *consecuntur* W. Ma. Ba, *consequuntur* Bb, *possidebunt* Mb et A. 10) Ita Ver. et W; ita Ver. etiam in Testim adv. Iud. III. 65. p. 324, *et haec quidem* vulg., *et in his quidem* Bb. Confirmatur lectio a me recepta Graeco textu: καὶ ταῦτά τινες ἦτε. Verba: *sed iustificati estis, sed sanctificati estis* desiderantur in Mb; *sed sanctificati estis, sed iustificati estis* inverso ordine exhibent Bbc et Mcd; *sed sanctificati estis,* quae om. A, in Bc al. m. supplevit. Post *domini* abest *nostri* a C. W. Macde et Bac, ut ab exemplaribus ante Baluz. editis. Quare expunxi. Praepositionem ante *spiritu*, quam om. W et Bab, Ma ab al. m. inter lin. habet. 11) Desunt haec in Ba et A. Post *domini* Mb et Bb addunt *nostri*. *Christi* om. Mcd, moxque *in*, quod in W r. m superscripsit, deest in Mf. 12) *Haec* al. m. supra addidit in W. Tum *permanet* A. 13) *deus* Mf veteresque edd. c.

sanato a se et vivificato comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus, ut sanctificatio et vivificatio, quae de dei gratia sumitur, ipsius protectione servetur.

X.

Sequitur [1]) in oratione: *Adveniat regnum tuum.* Regnum etiam dei repraesentari nobis petimus, sicuti et nomen eius ut in nobis sanctificetur [2]) postulamus. Nam deus quando [3]) non regnat aut apud eum quando incipit quod et semper fuit et esse non desinit? Nostrum regnum petimus advenire a deo [4]) nobis repromissum, Christi sanguine et passione quaesitum, ut qui in saeculo ante

---

Erasm. et Morell., *et iudex* om. A. Idem deinde scribit *iustificato.* „*Vivificato* omnes libri veteres et omnes antiquae editiones. Manutiana habet *iustificato* [in Gotting. exemplari superscriptum est *vivificato*]. Morellius retinuit veterem lectionem. Pamelius et Rigaltius maluerunt *iustificato.* Sic etiam Angli, quamvis haberent auctoritatem plurium veterum exemplarium contra sentientium. Vide concilium Carthagineuse [immo Karthaginiense] Cypriani p. 332 in allocutione Felicis a Bagai.“ *Baluzius.* — Tum *conminatur* Mcf. *Delinquere* correctum est e *derelinquere* in Mbe. Mox *et* pro *ei* Ba. Dein *hoc* — — *precem* Me, *faciamus* Mb. Bb. A, item pr. W, *et* pro *ac* A et S. *Augustin.* de dono persever. cap. II §. 4. T. c. p. 824. E., *postulemus* Bb. A et a s. m. Mb. In seqq. *quae* (excurrente linea) *domini gratia* moxque *ipsi* (item in fin. lin.) C.

X. 1) *Sequitur* praecedente v. *servetur* absorptum est in Bc et Med. 2) *petimus ut sanctificetur* pr. Me. Postea tamen part. *ut* deleta r. m. vocabula praetermissa in mg. supplevit. Idem liber c. Mbc et A pro *sicuti* habet *sicut* et pro *postulamus* Mb *oramus.* 3) *quando deus* Ba, *deus qui* A. *Aut* moxque *et* ante *semper* hic liber om. 4) Excidit v. *deo* in A. Eius loco Bb habet *domino,* Mb *Christo* et deinde *promissum.* Proxime *in* ante *saeculo* erasum

servivimus, postmodum Christo dominante regnemus, sicut ipse [5]) pollicetur et dicit [6]): *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab | origine* 208
mundi. Potest vero [7]), fratres dilectissimi, et ipse Christus esse regnum dei, quem venire cotidie cupimus, cuius adventus ut cito nobis repraesentetur optamus. Nam cum resurrectio ipse [8]) sit, quia in ipso resurgimus, sic et regnum dei potest ipse intellegi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum dei petimus, id est, regnum caeleste, quia est et terrestre regnum [9]). Sed qui renuntiavit iam [10]) saeculo maior est et honoribus eius et regno. Et ideo qui [11]) se deo et Christo dicat, non terrena, sed caelestia regna desiderat. Continua autem oratione et prece [12]) opus est, ne excidamus a regno caelesti, sicut Iudaei, quibus hoc prius promissum fuerat,

---

in Mb, in Bb omissum est. Dein *servimus* legitur in Bc. 5) *sicut et ipse* Mbf. 6) Matth. 25, 34. 7) *vero* om. Bc et Mcd. Iidem scribunt *frat. karissimi* et postea alio ordine *regnum dei esse.* Verba seqq.: *quem venire cotidie cupimus — — — quia est terrestre regnum* desiderantur in A. *Cotidie* habent W. Mbf. Ba itemque edd. SP. et Dav., *cottid.* Macd et Bbc, *quodtid.* C, *quottid.* edd. Venet. et Kunn., *quotid.* Me c. ceteris edd. 8) *nostra*, quod vulg. additur, omisi; abest enim a Ver. C. W. Mabf. Bab, omnibus Baluzianis et octo Anglicis; contra Bc et Mcd exhibent *ipse sit nobis, qui in ipso resurgimus.* Mox *qui* pro *quia* Bc et Mcd. 9) *regnum* h l. om. Me. 10) *renuntiavimus* sine *iam* scribitur in Bc et Mcd. Tum prius *et* moxque *eius* om. A. Pro *et regno* Mf habet *in regno.* 11) *soli* pro *qui* A. Dein *domino et Christo* Mb. Eb. A. *Dicat* praebuerunt codd. omnes, in quibus est etiam Ver., et edd. vett. c. Morell., *dedicat* invexit *Erasmus.* Hinc acceperunt posteriores edd. 12) *praece et oratione* Mb. Tum *nec excidamus* Bc et Mcd, *ne excedamus de regno* C. Mox *primum* pro *hoc prius* Ba, *hoc primum* C. Bc et Mcd, *hoc ipsum prius* A, qui post *domino* male infert *autem.*

exciderunt domino manifestante et probante [13]): *Multi,* inquit, *venient* [14]) *ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum; filii autem regni expellentur in tenebras exteriores. Illic* [15]) *erit ploratio et stridor dentium.* Ostendit quia ante [16]) filii regni Iudaei erant, quando et filii dei esse perseverabant. Postquam [17]) cessavit circa illos nomen paternum, cessavit et regnum. Et [18]) ideo Christiani, qui in oratione appellare patrem deum coepimus, ut regnum dei nobis veniat oramus.

---

13) Matth. 8, 11. 14) *Multi autem venient* A. *Venient*, utpote omissum, Me in mg. habet. Pro *recumbent* scribunt *accumbent* W. Macde. Babc. A. Dein *Habraham* W et Ma, *Habraam* Me, *Abraam* A. Proximum *et* male om. Bb et A. Legitur *Abraham et Isaac et Iacob* item de opere et eleemos. cap. XXIII. sub fin. et Epist. LXI. p. 101, nec non *Core* (vulg. *Chore*) *et Dathan et Abiron* Epist. LXV. p. 113. LXVIII. p. 118. Epist. LXXIII. p. 131. Epist. LXXV. p. 148. Epist. seq. p. 154. 155, de cathol. eccles. unitat. p. 200. Tum *Ysaac* Bac. Mcdf. A, *Isac* C. Mox *fili* Mb, ut alibi. Voc. *regni* ab al. m. superscriptum in W. Pro *expellentur* Bbc et Mcdf dant *eicientur*. 15) *Ibi* Bc et Mcd. Dein *fletus et stridor* Bb. 16) *qui* pr. W, *antea* A. Tum *filii* Mb, item ante *dei*, ubi in Me legitur *fili*. 17) Addunt *autem* Bc et Mcde. Deinde inverso ordine *nomen paternum circa illos* A. 18) *Et* om. ed. Dav. Mox *deum patrem* exhibent W. Mab. Ba, *dominum patrem* Bb, *patrem dominum* Bc et Mcd. Dein vulgo legebatur *nos et ut*. Sed pronomen *nos*, quod non quadrat, iure omittitur in Bc et Mcd; item partic. *et* in Ba. Haec aberat etiam a cod. Me, ubi post *ut* superaddita legitur; *nosse ut* habet A, *ut et* scribunt Bc et Mcd. Pron. *nos*, quippe in perantiquo libro non repertum, delendum esse monuit iam *Walkerus* in miscell. Observatt. Vol. III Tom I. p. 53. Eieci igitur voculas istas, quas a glossatoris manu esse profectas dubitari vix potest. Tum *regnum veniat dei in nobis* Mf.

XI.

Addimus quoque et dicimus: *Fiat voluntas tua* [1]) *in caelo et in terra*, non ut deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod deus vult. Nam deo [2]) quis obsistit quo minus quod velit faciat? Sed quia nobis a diabolo [3]) obsistitur, quo minus per omnia noster animus atque actus deo obsequatur, oramus et petimus ut fiat in nobis voluntas dei. Quae ut fiat in nobis [4]), opus est

---

XI. 1) Omisi *sicut* auctoribus libris Ver. C. W. Mab. Bab, duobus Anglicis, omnibus ap. *Augustinum* contra duas epist. Pelag. IV. 9. §. 25. T. X. p. 483. E., item codicibus W. Mbe et Ba ap. ipsum *Cyprianum* ad Quirin. III. 19. p. 311. Legitur *sicut*, quod a r. m. superscriptum est in Me, ap. *Augustin.* de praedest. Sanctorum VIII. 15. T. c. p. 800. F. et ad Vitalem epist. CCXVII. cap. II. §. 6. T. II. p. 801. C—D. Ceterum optime huc faciunt, quae *Augustinus* de dono persever. cap. III. init., ubi haec sunt: Tertia petitio est: *Fiat voluntas tua in caelo et in terra*, commemorat. „Vel", inquit, „quod in plerisque codicibus legitur magisque ab orantibus frequentatur, *sicut in caelo et in terra*, quod plerique intelligunt, sicuti sancti angeli, et nos faciamus voluntatem tuam. Vult autem ille doctor et martyr (vid. cap. XII.) caelum et terram intelligi spiritum et carnem, et hoc nos orare, ut voluntatem dei re utraque concordante faciamus Vidit in his verbis et alterum sensum sanissimae fidei congruentem, ut scilicet pro infidelibus, qui sunt adhuc terra, terrenum tantum hominem prima nativitate portantes, orare intelligantur fideles, qui caelesti homine induti non immerito caeli nomine nuncupantur. Ubi evidenter ostendit et initium fidei esse donum dei, quando non tantum pro infidelibus, ut augeatur in eis vel perseveret fides, verum etiam pro infidelibus, ut habere incipiant eam, quam penitus non habebant, et contra quam corda insuper inimica gestabant, sancta orat Ecclesia." — In seqq. *possumus quod velit faciat* (intermed. om.) A. 2) *domino* Bb. 3) *a diabulo* Bc et Med. Proxime v. *animus* al. m superscripsit in W. Tum *et* pro *atque* dat Bb. Pro *actus* Me habet *voluntas*. 4) *in nobis* om. A. Praepositionem corr. m. supra ad-

dei voluntate, id est, ope eius et protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed dei indulgentia et misericordia tutus est. Denique et dominus [5]) infirmitatem hominis, quem portabat, ostendens ait [6]): *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Et [7]) exemplum discipulis suis tribuens, ut non voluntatem suam, sed dei faciant, addidit dicens: *Verumtamen* [8]) *non quod ego volo, sed quod tu.* Et alio loco dicit [9]): *Non descendi* [10]) *de caelo ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Quod si filius obaudivit, ut faceret patris voluntatem [11]), quanto magis servus obaudire debet, ut faciat domini voluntatem, sicut in epistula sua Ioannes quoque ad faciendam dei voluntatem hortatur et instruit dicens [12]): *Nolite diligere* [13]) *mundum, neque ea quae in mundo*

---

didit in Mb. Tum *dei est voluntate* alio ordine C. Mox *operatione* pro *ope* Me. Desunt verba *quia nemo — fortis est* in C. 5) *deus* edd. vett. c. Erasm. Statim *infirmitate* C. W et Ma. 6) Matth. 26, 39. 7) *Et* om. C. Bbc et Mcde. Dein *suis discipulis* A, *tribuens exemplum discipulis suis* Bc et Mcd, *discip. su. distribuens* C. 8) *Verumptamen* A c. ed. Dav., *veruntamen* W. Bc et edd. Grav. ac posteriores. Postea *quod tu vis* C. Mb. A. 9) *Item* Ba pro *et*, quod A om. Tum *alio in loco* A, *in alio loco* Bc et Md. Omittitur *dicit* in Mae et Ba. Ceterum vid. Ioann 6, 38. 10) *Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit* Bc et Mcd, *sed eius, qui me misit* etiam edd. vett c. Erasm., item *me misit* W. Mabef. Ba. A. Legitur autem in Graeco: *ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* 11) *voluntatem patris* W. Macd et Bab. Verba: *quanto magis — — domini voluntatem* desunt in A; Bc et Mcd exhibent *deo obaudire.* Pro *domini*, quod om. Bb, in Me legitur *dei.* Bc et Mcd scribunt *voluntatem domini. Sic in epistola.* Post *sicut* A interserit *et* idque reperitur etiam in ed. Dav. Scripturam *epistula* pro vulg. forma *epistola* recepi ex codd. C et Mb. *Iohannis* est in C et Ba. Post *quoque* hic liber interponit *unumquemque.* Tum *domini voluntatem* habent Mb et Ba, *vol. dei* C. Bbc. Mcd. A. 12) 1. Ioann. 2, 15. 13) *dilegere* hic et infr. (vid.

sunt. Si qui [14]) *dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed ex concupiscentia mundi, et mundus transibit et concupiscentia eius; qui autem fecerit voluntatem dei, manet in aeternum, quomodo et deus manet in aeternum.* Qui in aeternum manere volumus, dei, qui aeternus est, voluntatem facere debemus [15]). Voluntas autem dei est, quam [16]) Christus et docuit et fecit. Humilitas in conversatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis [17]) iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse et factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, deum toto corde diligere, amare in illo quod pater

---

not. 17.) C. Tum *nec ea* Me, *sunt* om. A. 14) Ita C. W et pr. Ma, *si quis* vulg. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 1. Ita etiam codd. W et Ba in libro de mortalitate cap. XVII. et de habit. virg. cap. VI. p. 133. cod. Seg. Pro *caritas* exstat *dilectio* in W. Maf. Ba itemque in edd. vett. et Morell. Tum *in eo* habent Bc et Mcd. *Omne* om. Bb. Dein *est in mundo* scribit A. Vocc. *carnis est et concupiscentia* desunt in C. *Est* post *carnis* in Me r. m. superscripsit. Pro *a patre* legitur *de patre* in Ma, *saeculi* pro *mundi* in W. Ma et Ba. *Transibit* enatum est e *transivit* in Me, *transivit* habet A, *transit* e corr. Mb. Mox *autem* om. Bb, tum *dei voluntatem* dat C et in seqq. verba: *quomodo et deus manet in aeternum* desiderantur in A. 15) Desunt haec in Me; *est* ab al. m. superscriptum habet Bb. Dein ordinem sic invertit A: *facere voluntatem debemus.* 16) *voluntatem dei et quam* Ma, *et quam* item W, *qua* A. Deinde *et docuit et fecit* W. Ma. Ba et edd. vett. c. Erasm. atque Grav., *docuit et fecit* (pr. *et* om.) Mbf, *et fecit et docuit* vulg. Conf. de zelo et livore cap. IX. ibique adnot. 12. 17) *in factis* al. m. supra addidit in W. Paulo post *iniuriam tacere* scribit Ba et pro *nosse* Mab et A exhibent *posse.* Quod sequitur *et* in A omissum, in Mb erasum est. Dein *tolerare posse* scribunt Bc et Mcd, quibuscum conspirant edd. vett. c. Erasm. et Grav. Mox *dominum* pro *deum*

est, timere quod deus est, Christo nihil omnino praeponere, quia nec nobis quicquam ille praeposuit, caritati eius inseparabiliter adhaerere, cruci eius fortiter ac fidenter adsistere, quando de eius nomine et honore certamen est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur, in quaestione fiduciam, qua congredimur, in morte patientiam, qua coronamur. Hoc est coheredem [18]) Christi velle esse, hoc est praeceptum dei facere, hoc est voluntatem | patris inplere. 209

Ver. C. Mb. Bb et *dilegere*, ut supra, C. Post *timere* A addit *autem*, *in illo* repetit Bb. Tum *dominus est* Mb et A. Statim *omnino nichil praeponere debemus* Bc et Mcd, *nihil praep. omnino* W. Ma. Proxime *nec quicquam ille nobis* A, *nec nobis ille quicquam* W. Macdf et Bac editionesque vett. c. Erasm. et Morell., *nec ille nobis quidquam* Grav., *nec nobis quidquam ille* Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. Recte Baluzius *nec nobis quicquam ille* concordantibus ceteris codd. meis. Scribendum esse *quicquam*, non *quidquam* monstravit *Wagnerus* l. c. p. 459. In seqq. *libenter insistere* habet Ver., *adsistere* pro *assistere*, quod in Bc r.-m. inseruit, receptum e codd. C. W. Mab et Ba. Tum *eius nomine* (om. *de*) pr. exhibebat Mb, post vero scriptum est *eius pronomine*. Pro *et* legitur *vel* in Mf. Dein *exibere* dat Ma et *constantia, quam confitemur* C, *quam*, ut tacite scripsit *Gronovius* Observatt. III. 24. p. 323, habent etiam Bbc et Mcdf c. A. Mox *fiducia* C. W. Ma. Ba (*quae* Ba). Iidem libri *patientia*. Pro *coronamur* Bc et Mcd *conamur*. 18) *Hoc est quod heredem* Bb. Tum *velle esse* codd. omnes excepto Bb, item edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell., *esse velle* Bb, Manutius et editores posteriores. In clausula cod. A habet *hoc est voluntatem dei in caelo et in terra* (intermed. om.). Verba *est* et *adimplere* om. Ver. 1.; *adimplere*, quo imprimis delectatus est *Tertullianus*, primus recepit Remboltus eumque secuti sunt Erasmus, Gravius, Manutius, Pamelius et recentiores; codd. autem mei, ut edd. SP. Venet. et Kunn. c. Morell., exhibent *implere*, praeter W, qui scribit *inplere*. Silet Baluzius.

XII.

Fieri autem petimus voluntatem dei in caelo [1]) et in terra, quod utrumque ad consummationem nostrae incolumitatis pertinet et salutis. Nam cum [2]) corpus e terra et spiritum possideamus e caelo, ipsi terra et caelum sumus, et in utroque, id est, et corpore et spiritu ut dei voluntas fiat oramus. Est enim [3]) inter carnem et spiritum conluctatio et discordantibus adversus se invicem cotidiana congressio, ut non quae volumus ipsa faciamus, dum spiritus caelestia et divina quaerit, caro terrena et

XII. 1) *ut in caelo* Mf et plerique libri editi. Sed part. *ut*, quae ab r. m. in Me superscripta habetur, c. edd. Morell. Baluz. et Goldhorn. codd. rell. et Italici ad unum omnes omittunt. Consentit *Augustinus* l. c. p. 483. E. et contra Iulian. Pelag. L. II. cap. 3. §. 6. T. c. p. 529. F. Post *utrumque* Bc et Mc interponunt *et*. Tum *incolomitatis* scribitur in W. Mabcde et Bc, nec aliter pr. habebat Mf. Dein *atque salutis pertinet* dat Ma. 2) *cum* om. Bb et A. Statim in hoc libro perperam legitur *et terra*, Mb exhibet *a terra*, quod enatum est ex *ac terram*. Tum *possidemus* Bb. Mox *et caelum et terra* exstat in Bc et Mcd, *caelum et terra* in Bb et A. Vulgatam lectionem sequitur *Augustinus* contr. duas epist. Pelag. IV. 9. §. 25. T. X. p. 483. E. et contr. Iulian. Pelag. loc. supra cit. Proxime *et* om. A; *in utrumque* habet W c. Ba, *in utraque* (sic) C, *utrumque* sine *in*, quod erasum videtur, Ma. Tum *id est et*, quae voculae in A desunt, e corr. W. Coniunct. *et* om. Bab et Mef editionesque vett. una cum Erasm. Grav. et Morell., item *Augustinus* utroque loco. Ibi loc. prior. exstat *in corpore et spiritu*, altero *in corpore et in spiritu*. Inverso ordine *et spir. et corp.* scribunt Bc et Mcd. Vocc. *et spiritu* correctoris manui debet cod. W. Dein *fiat voluntas* est in Mb. 3) *Etenim* A, *est ergo* Bc et Mcd. Tum *in carne et spiritu* W et Ma. Dein *discordantium* habet Mb, *discordantes* (a sec. m.) C, *adversum* scribitur in libris Monacc. et Bambergg., *ipsum* pro *invicem* in A. Mox *illa* pro *ipsa* Bc et Mcd. Tum *faci*^{a}*mus* Ma. Pro *dum* Mb *cum*, Bc et Mcd *dum enim*, C $\overline{di}$ $\overline{spu}$ *caelestia* (sic).

saecularia concupiscit. Et ideo petimus inpense [4]) inter duo ista ope et auxilio dei concordiam fieri, ut dum et in spiritu et in carne voluntas dei geritur, quae per eum renata est, anima servetur. Quod aperte atque manifeste apostolus Paulus sua voce declarat: *Caro,* inquit [5]), *concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem; haec enim invicem adversantur sibi, ut non quae vultis ipsa faciatis. Manifesta autem sunt* [6]) *opera carnis,*

4) Ita W, *impense* Maf et Ba editionesque praeter Goldhornianam omnes. Deest hoc adverbium in ceteris libris meis, in Ver. 2. et ap *Augustin.* locc. citt., neque repertum a Baluzio est in undeviginti et uno, quos inspexit, codd., neque in excerptis Flori. Erravit tamen vir doct. adnotans id exstare in codice Seguieriano sive nostro C. Quod subsequitur *inter* om. W. Ma. Ba. Legitur in A: *inter ista duo per opem et auxilium dei concordiam.* Abhinc idem liber transilit ad verba: *ipse tui memor non sis* (cap. XXII.). Bb scribit *auxilio et ope.* Dein *et dum* a m. pr., *ut d.* a sec. C. Statim *et spiritu et carne* W. Mf editionesque vett. c. Erasm., *spiritu et carne* (prior. *et* omisso) Ma, (*et* item om.) *in spir. et in carn.* C. Bc et Mbcd, *in spir. et carn.* (*et* non praefixo) Bab c. Me. Praepositionem utroque loco primus habet Gravius, sed minutioribus litteris scriptam. Alio ordine *dei voluntas* Bc et Mcd. Tum *creditur* C. Infra *reservetur* Ver., *reparetur* codd. Vaticani ap. *Augustin.* contr. duas epist. Pelag. l. c. 5) Galat. 5, 17. Pro *et spiritus* legitur *spiritus autem* in Mab. Bb et ed. Morell. Sed alteram lectionem tuentur ipse Noster ad Quirin. III. 64. p. 323 et *Tertullianus* de Monogam. cap. I. p. 429 ed. Oehler. Concordat etiam *Augustinus* utroque loco. Deest *enim* in Bc et Mcd, qui deinde scribunt *sibi adversantur.* Omittit pronom. *sibi Augustinus* contr. duas epist. Pelag. p. 484. A, habet tamen contr. Iulian. Pelag. T. c. p. 530. A. Mox *quaecumque vultis* Bb, *quaecunque v.* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Syllabae autem *cunque* ap Grav. minutioribus typis sunt excusae. Dein *illa* pro *ipsa* Babc et Mcdef, nec aliter *Augustinus* loc. alt. p. 530. A. *Ipsa* ap. Nostrum ad Quirin. l. c om. Ba. 6) *Manifesta sunt autem* Bc et Mcd, ut vulg. textus ad Quirin, ubi codd. W et Mb exhibent *manif. autem sunt.* Tum *facta* pro *opera* C. Mabe et Ba, item libri ante Pamelium typis

quae sunt adulteria, fornicationes, inmunditiae, spurcitiae, idololatriae, veneficia, homicidia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, provocationes, simultates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, comessationes et his similia, quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est caritas [7]*), gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas.* Et idcirco cotidianis, immo continuis orationibus [8]) hoc precamur et in caelo et in terra vo-

---

exscripti, e quibus tamen Gravianus *opera* in mg. habet. Reperitur *facta* etiam ap. Nostrum ad Quirin. l. c. Sed nihil mutandum; videtur enim Cyprianus respexisse ad *Tertullianum* de Pudicit. cap. XVII. p. 480, ubi exstat *opera*. Post *quae sunt* utroque loco interrogationis signum ponitur in Ba. Voc. *adulteria* om. Ma. Tum *idolatria* (sic) scribitur in Bc et Mcde, *idolatriae* in W et Ba, *veneficiae* in Ma, *contemptiones* (*n* a r. m. supra correcto) in Me, alio ordine *aemulationes*, *contentiones* dant Bc et Mcd, *animositas* C et W, *simulationes* Bc et Mcd, *haeresis* C. W et Ba. Dein ed. Dav. habet *invidia, ebrietas*. Ex *ebrietas* r m. in Me correxit *ebrietates*, cuius loco in Ba est *hebrietates*. Pro *comessationes* edd. SP. Venet. et Kunn. exhibent *comesationes*. Ita (ab m. pr.) etiam Mb et ad Quirin l. c. W, *comisationes* C, *commesationes* Ma c. ed. Dav., *commessationes* Babc et Mcdf, *commensationes* Me. Conf. ad librum de zelo et livore cap. VIII. not. 11. Verba proxima: *quae praedico vobis, sicut praedixi,* desunt in Ver. 3. et Bb, eadem una cum *quoniam* omittuntur in C: W. Mabcd et Bac; in Me autem a m. r. ad mg. sunt adscripta. Ego retinui, quia leguntur ap. *Tertullian.* de Pudicit. l. c. Deinde *possedebunt* C, *consequuntur* (sic) Bb. 7) *et spiritus est caritas* W. Abest *caritas* a Bb, *agape* habet Manut., item ap. Nostrum ad Quirin. l. c. Ba, *agapes* Me; *agapes, gaudium, pax, magnanimitas, suavitas, benignitas* Ver., post *pax* Gravius addidit *patientia*. Pro *magnanimitas* Bb scribit *longanimitas*. Dein *suavitas* interposuit Gravius. Quod sequitur *bonitas* om. Mf editionesque vett. c. Erasm. 8) Pro *orationibus* Bb *precibus*. Tum *praecamur et petimus* Mb. Pro seq. *et*, quod in eo-

luntatem circa nos dei fieri, quia haec est voluntas dei ut terrena caelestibus cedant, spiritalia et divina praevaleant. Potest et [9]) sic intellegi, fratres dilectissimi, ut, quoniam mandat et monet dominus etiam inimicos diligere et pro his quoque qui nos persecuntur orare, petamus et pro illis qui adhuc terra sunt et necdum caelestes esse coeperunt, ut et circa illos voluntas dei fiat, quam Christus hominem conservando et redintegrando perfecit. Nam cum discipuli [10]) ab eo non iam terra appellentur, sed

---

sicut

dem libro erasum est, edd. vett. exhibent *sicut*; *et* (*sicut* a r. m. superscripto) est in Me, *ut* in exemplari Morelliano, *et in terra et in caelo* reperitur in W. Ma et Ba, *et in terra, ut in caelo* in Mf. Verba proxima: *voluntatem circa nos dei fieri, quia haec est*, desiderantur in C; *dei circa nos fieri* scribunt Mb et Bab, *dei fieri circa nos* Bc et Mcd. Tum *voluntas est dei* Md moxque *spiritualia* Bc et Mcd. 9) *etiam* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Dein *fratres karissimi*, *dilectissimi intelligi* Md, *fr. dil. intelligi* Bc et Mc. Pro *monet* ap *Augustinum* contr. duas epist. Pelag. l. c. p. 484. A. legitur *docet*. Statim *deus* pro *dominus* exhibent edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. Ceterum vid. Matth. 5, 44. Recte in seqq. *pro his* codd. omnes praeter Mf, in quo est *hiis* (ut in ed. Dav.) sine praepositione; *pro his* item edd. Erasm. et Grav. congruente *Augustino* l. c., *pro iis* ceteri editi. De usu pronominis demonstrativi *hic* pro *is* cum relativo iuncti vid. quae posui ad *Paulin.* de vita S. Ambrosii p. 227 sq. Cf. ad Demetr. cap. XII. not. 4. et XV. not. 1., de zelo et livor. c. XIII. not. 3. et c. XVI. n. 6. Mox *persecuntur* codd. omnes exceptis Mbf, qui c. vulgat. libris habent *persequuntur*. Dein *et petamus pro illis* Bb. In seqq. *adhuc terreni* W. Macdf. Babc, item edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *adh. terrena sunt* C, *adh. terrena sapiunt* quattuor Pameliani et Vict. ap. Oxonienses, *adh. teneri* Me. *Terra* solus Mb et S. *Augustinus* l. c. Post *ut* partic. *et* om. W. Macde et Bc. Tum inverso ordine *dei voluntas* W. Proxime *conservando hominem* Mb, *hominem sanando* Bb. Dein *perficit* W. Mae et Ba. 10) Additur *eius* in Mb. Dein *iam non in terra* C, *terreni* W. Maf. Ba, item edd. vett. c. Erasm. et Grav. Abest *appellentur* a

sal terrae [11]) et apostolus [12]) primum hominem vocet de terrae limo, secundum vero de caelo, merito et nos qui esse debemus patri deo similes, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, sic Christo monente oramus et petimus ut precem pro omnium salute faciamus, ut, quomodo in caelo, id est, in nobis, per fidem nostram voluntas dei facta est, ut essemus e caelo, ita et in terra, hoc est, in illis non credentibus, fiat voluntas dei, ut qui adhuc sunt prima

---

cod. Ma, *appellantur* scribit W c. Ba, *appellarentur* Mb. Ita exhibent etiam Bc et Mcd, in quibus hoc verbum post *sal terrae* insertum est. 11) Matth. 5, 13. 12) 1. Cor. 15, 47. Pro *de terrae limo* in Bc et Mcd exstat *de terra et limo*. Ante *caelo* Bc et Md praeposit. *de* om., *e caelo* habet Mc. In iisdem libris est *deo patri*, tum *similis* in C. Inverso ordine Ma scribit *solem facit oriri* sine *suum*. V. *facit* om. Md. Mox *et iniustos* in Me r. m. inter vers. addidit. Dein *si* pro *sic* Ma et Ba, *sic monente deo* edd. vett. et Erasm. Post *faciamus* legitur *et* in C et Bb, *et* (*u* ab r. m. superscr.) in Me, in Gottingensi exemplari editionis Manut. particulam *et* vir doct. ad mg. adnotavit. In seqq. *de caelo* exhibent Bb et Mf itemque edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Statim *sic* pro *ita* Bc et Mcd. Tum pro *hoc est* Bb *id est*. Negationem ante *credentibus* om. codd. mei, omnes fere a Baluzio excussi, septem Anglici veteresque edd. c. Erasm. et Manut. *Nondum credentibus* scripserat Gravius, *non credentibus* dedit Morellius eumque secuti sunt Pamelius, Rigaltius, Oxonienses et Baluzius. Huc faciunt quae posuit S. *Augustinus* de praedest. Sanctorum cap. VIII. §. 15. T. X. p. 800. F.: „Sic etiam voluit intelligi sanctus Cyprianus, quod dicimus: *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra:* hoc est, sicut in eis, qui iam crediderunt et tamquam caelum sunt, ita et in eis, qui non credunt et ob hoc adhuc terra sunt. — Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut deus in illis operetur et velle? De Iudaeis certe apostolus (Rom. 10, 1.) ait: *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei et deprecatio ad deum pro illis fit in salutem.* Orat pro non credentibus, quid, nisi ut credant? Non enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium dei praevenit gratiam,

nativitate terreni, incipiant esse caelestes, ex aqua et spiritu nati.

XIII.

Procedente oratione postulamus et dicimus: *Panem nostrum cotidianum da nobis* [1] *hodie.* Quod [2] potest et spiritaliter et simpliciter intellegi, quia et uterque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitae Christus est, et panis hic [3] omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus *pater noster*, quia intellegentium et credentium pater est, sic et panem nostrum vocamus [4], quia Christus eorum, qui corpus eius contingunt, panis est. Hunc [5] autem panem dari nobis cotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam cotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo

---

numquid eorum fides, pro quibus oratur, ut credant, dei praevenit gratiam? Quando quidem hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est, fidem non habentibus, fides ipsa donetur" etc. — Dein *voluntas domini* Mb. Infra *renati* Ba et Mcd.

XIII. 1) *nobis* om. Mb. 2) *Quid* W. Proximum *et* om W. Ma. Ba, item edd. vett. c. Erasm., *etiam et* scribit Mb. Tum *spiritualiter* habent Bc et Mcde. Mox *et* post *quia* om. Bc et Mcd. Dein *proficit* correctum e *profecit* (ita C) in Mb, e *proficiat* in W et Me. 3) *hinc* pr. Me. 4) Pro *vocamus* Bc et Mcd exhibent *petimus*. Tum *Christus noster*, *qui — contingimus*, *panis est* edd. vett. c. Erasm. et Grav.; *Chr.*, *noster*, *qui — contingimus*, *p. est* Morell.; *Chr.*, *noster* (*qui — contingimus*) *p. est* Manut. al. *gunt* Pamel. Rigalt. Oxon.; *Chr. eorum*, *qui — contingimus* (*contingimus* Ba, *attingimus* Bb) *p. est* W. Mabcde et Bc. *Walkerus* l. c. ita legendum putat: *quomodo dicimus patrem nostrum*, *quia — vocamus Christum*, *quia is eorum*, *qui corpus eius contingimus*. Falso. Veram lectionem: *Chr. eorum*, *qui — contingunt*, quam e codd. restituit Baluzius, praestant etiam Mf et Vat. 3. 5) *Hinc* Bc. Idem c. Mcd *nobis dari cottidie petimus*. Mox *ad cibum salutis iure*

graviore delicto, dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur ipso praedicante et monente: *Ego sum panis vitae* [6]) *qui de caelo descendi. Si qui* [7]) *ederit de meo pane, vivet in aeternum. Panem* [8]) *autem quem ego dedero caro mea est pro saeculi vita.* Quando ergo [9]) dicit in aeternum vivere si qui ederit de eius pane, ut manifestum est eos vivere qui corpus | eius attingunt et eucharistiam 210
iure communicationis accipiunt, ita contra timendum est ne, dum quis abstentus separatur a Christi corpore, re-

---

communicationis accipimus exhibent Ver. et Thuan. et *sumimus* pro *accipimus* Bc et Mcd. Dein verba: (inter)*cedente aliquo graviore delicto, dum abstenti et non* desunt in Bb. *Graviori* dat Me et e corr. Mb. Tum *absenti* Ma, *abstenti asentes* Me, *absentes* Mb, *non absentes* Bc et Mcd, *abstinentes* Mf. Statim *communicantes* Mcf. Voc. *pane* a corr. m. est in Me, *non* om. Bb. Verba: *a Christi corpore separemur* in mg. habet Bc. Dein *dicente* pro *monente* scribunt C. Mbcde. Bc. Vid. Ioann. 6, 51. 6) *vivus* Ver. Tum *discendi* C. W et Ma. 7) Ita C, *qui* Mb, *quis* vulg. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 1. Dein *vivit* C. Bc et Mcd. 8) Praebuerunt hanc lectionem, pro *panis*, quod in vulgaribus libris exstat, codd. W. Mabf veteresque edd. c. Erasm. eamque ex MS. protulit laudavitque iam *Gronovius* Observatt. in Scriptoribus eccl. p. 628. Comparavit vir doct. illud Virgilianum (Aen I. 573): *Urbem quam statuo vestra est.* Ita Noster infra cap. XXVI.: *Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est,* et Epist. III. c. fin.: *Hoc igitur ut scire possimus, et scripturam et subscriptionem an vestra sit recognoscite.* 9) *Quando autem* Ma et Bb. Tum *si qui* C. W. Ma, *si quis*, ut supra, Mb; *si quis* ceteri c. vulg. libris. Mox *et ut* scribit Mb, *ut* om. W. Macd et Babc. Deinde *sit* pro *est* habet C, *vivere eos* Ba, *eius corpus* Me, *adtingunt* Ba. In seqq. post *timendum est* omisi vocc. *et orandum*, utpote nexum coniunctionis *ne* cum verbo, a quo dependet, turbantia, praeeuntibus MSS. Mb et duobus Baluzianis. Statim *dum quilibet abstinet separatur* (vocc. *-libet*

maneat a salute comminante ipso et dicente [10]): *Nisi ederitis carnem* [11]) *filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.* Et ideo panem nostrum, id est, Christum dari nobis cotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione eius et corpore [12]) non recedamus.

XIV.

Potest vero et sic intellegi, ut qui saeculo renuntiavimus et divitias eius et pompas fide gratiae spiritalis [1]) abiecimus, cibum nobis tantum petamus et victum, quando instruat dominus et dicat [2]): *Qui non renuntiat* [3]) *omni-*

---

abstinet et quod superscriptum habetur *e*, ab al. m. insertis) dat Mb, *abstinens* Bc et Mcd; *abstinet*, *separetur* Mf. Verb. *separatur* om. Ba. Tum editi *procul remaneat*. Sed *procul* abest a Maf et Bab, item a Latinii libris. Superscriptum legitur a r. m. in Me. Cuius loco Bc et Mcd exhibent *alienus*, in Mb est *maneat* (*et alienus* supra addit ab al. m.), in C *remaneat* (v. *extraneus* a s. m. supra adiecto). Adnotavit *Baluzius*: „Cum vocem *procul* in nullo veterum librorum nostrorum repererim, quam in Thuano, huc valde inclinabam ut delerem. Sensus enim integer est absque illo vocabulo. Codex Seguierianus pro *procul* habet *extraneus*, unus meus et alius vetus *separatus maneat*, octo libri nostri et quattuor Anglicani *alienus*. Quae variae lectiones introductae videntur ab iis, qui nesciebant vocem *remaneat* solam constituere optimum sensum.“ Quae cum ita sint, ego *procul* delendum censui. 10) *ac dicente* Bc et Mcd. Vid. Ioann. 6, 54. 11) *panem* C. Idem *fili*, Mb *filii*. Mox *eius sanguinem* Bc et Mcd. Tum *habetis* C. 12) *a sanctificatione et corpore eius* W. Ma et Ba editionesque vett. c. Erasm. et Grav., *a sanctificatione et eius corpore* Morell. *Eius* om. Bb.

XIV. 1) *fidei gratiae spiritalis* Mb c. ed. Remb., *fidei gratia spir.* edd. SP. Venet. Dav. Kunn. et Erasm. In seqq. *et victum petamus* Mb. Desunt haec in C. Dein *cum* pro *quando* Erasm. 2) Luc. 14, 33. 3) *renuntiaverit* W. Maf. Ba et edd. vett. c. Erasm.

bus quae sunt eius, non potest meus discipulus esse. Qui autem [4]) Christi coepit esse discipulus, secundum magistri sui vocem renuntians omnibus diurnum debet cibum petere, nec in longum desideria petitionis extendere ipso iterum domino praescribente et dicente [5]): *Nolite in crastinum cogitare* [6]); *crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit* [7]) *diei malitia sua.* Merito ergo [8]) Christi discipulus victum sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur, quia et contrarium sibi fit et repugnans, ut quaeramus in saeculo diu vivere, qui petimus regnum dei velociter advenire. Sic et beatus apostolus [9]) monet formans et corroborans spei nostrae ac fidei firmitatem. *Nihil*, inquit [10]), *intulimus in hunc mundum, verum nec auferre possumus. Habentes itaque exhibi-*

---

atque Grav.; *qui* pro *quae* W. Tum *meus esse discipulus* Mbf et Ba. 4) *Qui autem* om. Ma. Statim *coepit Christi discipulus esse* habet Mb, *Chr. esse coepit discip.* W. Dein *secundum vocem magistri sui* W. Maf et Ba veteresque edd. c. Erasm. Pro *diurnum* Bc et Mcd *divinum*. Inverso ordine *cibum debet petere* Me. Vitiose *desiderii* Mf. Ad v. *petitionis* Mf addunt *nostrae*, Bc et Mcd *suae*. Proxime *extendere* in Ma corruptum est in *daetendere* (sic). 5) *docente* (*i* e corr. pr. m.) C. Vid. Matth. 6, 34. 6) *cogitare in crastinum* Mb. Dein *crastinum enim cogitabit sibi* Bc et Mc, *crastinum enim cog. sibi sufficere* Md. Excidit *dies* apud Baluzium et Goldhornium. Ba mendose habet *cogitavit*. 7) *Sufficiat* C, *sufficit enim* Mb. 8) Pro *ergo*, quod deest in Ma, Bb scribit *enim*. Mox *in diem* om. Bc et Mcd. Iidem pro *qui* exhibent *quia*. Tum *in* (pro *et*) *contrarium* dat Me. Mox *quaerat* (vocc. *in saeculo* om.) et proxime *petit* legitur in Bc et Mcd. 9) *apostolus beatus* Mb. Deinde *spei ac fidei nostrae* C. 10) 1. Timoth. 6, 7. *verum quia nec ferre* || *simus* C, *neque ex eo ferre* Me, *neque* etiam W. Macdf et Babc veteresque edd. c. Erasm. atque Grav. Tum *quid possumus* iidem editi et Morell., *quid possimus* Mbe (*quid* in Mb a r. m. praemisso).

tionem [11]) *et tegumentum, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri incidunt in temptationem* [12]) *et muscipulam et desideria multa et nocentia, quae mergunt hominem in perditionem et interitum. Radix enim omnium* [13]) *malorum est cupiditas, quam quidam adpetentes naufragaverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Docet [14]) non tantum contemnendas, sed periculosas esse divitias, illic esse radicem malorum blandientium, caecitatem mentis humanae occulta deceptione

---

11) *exhibitionem victus* Mb, *exhibitionem victum* (alt. lectione ab r. m. superscr.) Me, *nutrimentum* pro *exhibitionem* W. Ma et Ba, *victum* Mf et vett. edd. „Hoc est, habentes, unde se exhibeant. Vocabulum iuris, quo significatur victus et vestitus. Addit tamen Cyprianus *et tegumentum*. Vid. tract. de op. et eleemos. cap. X.“ *Rigaltius*. Voce *exhibitio* saepius utitur *Tertullianus*, ubi vid. *Oehler*. in indic. verb. p. CXLII. Deinceps *teqimentum* Bbc et Mcd, *teg || mentum* C. Vocc. *et tegumentum* om. W. *Sumus* pro *simus* habent C. Bb. Dav. 12) Ita C. W. Mbef et Bab, *temtationem* Ma, *tentat.* vulg, *temptationes* Bc et Mcd. Tum *muscipula* Bb, *muscipulos* C. W. Maef. Ba, item edd. vett. c. Erasm. et Grav. Additur in Erasm. Grav. Manut. et Morell. *diaboli*, quam vocem vir doct. in Gottingensi Manut. editionis exemplari delevit. Dein *multa et nocentia* (v. *inutilia* ab r. m. superscr.) Ma. Vid. *Gronov.* Observatt. p. 572 sq. Mox *in profundum et in perditionem et interitum* exhibent Bc et Mcd, *et in interitum* om. C. Bb et Me, *et in interitum* habet W (*in* ab al. m. supra addit.), *et interitum* Ba. Conf. ad librum de op. et eleemos. notata l. c. 13) *omnium enim* Md. In seqq. *adpetentes* C. W. Mab. Ba et pr. Me, *appet.* ceteri c. vulg. libris. Conf. ad cap. IX. not. 9. 14) *Dicit* Bc et Mcd. Statim *contempnendas* Bbc et Mf; *p* in Ba erasum, in Mb a r. m. intrusum. Post *sed* Mcd recte om. *et*. Idcirco hanc particulam expunxi. Vid. ad cap. VII. not. 2. et ad cap. XVI. not. 3. Dein iidem libri c. Bc habent *perniciosas, perniciosa* male scribit Ba. Mox *radicem esse* inverso ordine legitur in W et Dav., infra *deceptatione* (sic) in W, tum *fallentem* in Bc et Mcd.

fallentium. Unde [15]) et divitem stultum saeculares copias cogitantem et se exuberantium fructuum largitate iactantem redarguit deus dicens: *Stulte* [16]), *hac nocte expostulatur anima tua. Quae ergo parasti cuius erunt?* Laetabatur [17]) stultus in fructibus nocte moriturus et cui vita iam deerat victus abundantiam cogitabat.

XV.

Contra [1]) autem dominus perfectum et consummatum docet fieri qui omnibus suis venditis atque in usum pauperum distributis thesaurum sibi condat in caelo. Eum dicit [2]) posse sequi et gloriam dominicae passionis imitari, qui expeditus et succinctus nullis laqueis rei familiaris involvitur, sed solutus ac liber facultates suas ad dominum

---

15) *Inde* Mb. Paulo post *se* om. Ba. Dein *exuberantem* dat Bb, *fructum* C. Pro *dens* scribitur *dominus* in W et Maf. Vid. Luc. 12, 20. 16) *Stulte, inquit* Mb. Tum *anima tua expostulatur* Bc et Mcd. 17) *Laetabitur* Bc et Mcd. Mox *ipsa*, quod ante *nocte* primus e cod. Cambr. recepit Pamelius, mei libri non agnoscunt. Quare expunxi. *Cui* in Me r. m. supra addidit. Adv. *iam* deest in Bc et Mcd. Dein *habundantiam* scribunt W. Mace et Bab adstipulante editione Dav.

XV. 1) *E contra* Bc et Mcd. In seqq. *quo* pro *qui* Ma. Tum *venditis omnibus suis et* Bb. Deinceps *attributis thensaurum* Ma, *thensaurum* item C. De qua scriptura vid. *Wagner.* l. c. p. 458. *Thesauros* dat Ver. moxque *in caelis*, Mb cum ed. Dav. *in caelum.* 2) *dici* Bb. Vid. Matth. 19, 21. Mf *possit.* Pronomen reflexivum *se* ante *sequi* male insertum recte delevit Morellius veteribus duobus libris nixus idque om. etiam W. Ma et Ba. Aberat pr. in Me, in quo r. m. supra adiecit. *Sequi* excidit in Bb. Tum *gloriae* perperam scribitur in C. In seqq. coniunctionem post *solutus* om. edd. Venet. Kunn. et Remb., in Dav. legitur *et.* Mox *ad dominum* pro *ad deum* praestant C W. Macf. Bbc veteresque edd. c. Erasm. et Grav.

ante praemissas ipse quoque comitatur. Ad quod ut possit [3]) unusquisque nostrum parare se, sic discat orare et de orationis lege qualis esse debeat noscere. Neque enim deesse cotidianus cibus [4]) potest iusto, cum scriptum sit [5]): *Non occidet* [6]) *dominus fame animam iustam.* Et iterum [7]): *Iuvenior* [8]) *fui et senui, et non vidi iustum derelictum, neque semen eius quaerens panem.* Item dominus promittat [9]) et dicat: *Nolite cogitare dicentes: Quid edemus* [10]) *aut quid bibemus aut quid vestiemur? haec enim nationes quaerunt. Scit autem pater vester quia horum omnium indigetis. Quaerite primo* [11]) *regnum*

---

3) *possit ut* Mf, *posset* Dav. Mox *se parare* Bc et Mcd. Pronomen om. Mb et *sic* abest a C. Tum *discit* exhibent C. W. Babc. Mcd et a m. pr. Mb adstipulantibus antiquis editis una cum Erasm. atque Grav., *dicit* est in Ma. *De* ante *orationis lege* om. W et Ma. Inverso ordine Mb scribit *debeat esse.* 4) *cotidianus cibus deesse* Ba. Post *cum* Bb inserit *de iusto.* 5) Prov. 10, 3. 6) *occidit* Mf veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Oxon. Tum *fame dominus* W. Mabcde et Bc, *iusti* pro *iustam* Bb, item edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. Legitur in Graec.: *οὐ λιμοκτονήσει κύριος ψυχὴν δικαίαν.* 7) Psalm. 36, 25. 8) Ita W. Ma Ba et primitus Mb c. sex codd. Anglic. Hanc antiquiorem scripturam in codd. saepe oblitteratam exhibent in libro quoque de oper. et eleemos. cap. XVIII. MSS. nostri vetustiores et meliores. Vid. quae adnotavi ad Ambros. de officiis p. 262. Tum *etenim senui* (ut in Graec. est: *καὶ γὰρ ἐγήρασα*) Bbc et Mcdf. In seqq. *nec semen* W. Bbc et Mcdf 9) *repromittat* W, *promittit dominus et dicit* Bc et Mcd, *promittit et dicit* Mbf et Bb. Ad v. *promittat et dicat* ex praegressis intelligatur *cum.* Vid. Matth. 6, 31. 10) *edamus* Bc et Md. Dein *debemus* pro *bibemus* Me, *bibamus — vestiamur* C, *quo vestiemur* Bc et Mcd. Mox *enim* al. m. superscripsit in W. Tum *omnia nationes inquirunt. Scit enim pater caelestis, quia his omnibus indigetis* scribit Bb. Pro *quaerunt* C *quaerent. Scit enim* habent etiam Bc et Mcd. 11) Ita C. W. Mabe et Ba. Concordant edd. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon (item in Test. l. c. Mbc et Ba), ceteri libri scripti et editi dant *primum.* Dein pro vulgari

et iustitiam dei, et haec omnia adponentur vobis. Quaerentibus regnum et iustitiam dei [12]) omnia promittit adponi. Nam cum dei sint [13]) omnia, habenti deum nihil deerit, si deo ipse non desit. Sic Danieli [14]) in leonum lacu iussu regis incluso prandium divinitus procuratur et inter feras esurientes et parcentes homo dei pascitur. Sic alitur [15]) Helias in fuga et in solitudine corvis mini-
|strantibus et volucribus cibum sibi adportantibus in per- 211
secutione nutritur, atque (o humanae malitiae detestanda crudelitas!) ferae parcunt, aves pascunt, et homines insidiantur et saeviunt.

XVI.

Post haec et [1]) pro peccatis nostris deprecamur dicentes: *Et* [2]) *dimitte nobis debita nostra, sicut et nos*

---

lectione *regnum dei et iustitiam eius* recepi *regnum et iustitiam* (*iustitia* C et Bc) *dei* ex codd. C. W. Mabcde et Babc, quibuscum faciunt etiam vett. edd. c. Erasm. Grav. atque Morell. 12) *dei* om. Ba, *domini* scribit Bb. 13) *sint dei* W et Maf veteresque edd. c. Erasm., *sint dei ea omnia* Ba. Proxime *dominum* C. Bb. Mf, item edd. vett. c. Erasm. et Morell. Tum *deerit*, *nisi domino* (*non* post *ipse* deleto) Bb. 14) *Daniel* Macdf c. Bbc, *Danihel* W, *Danihel*^{i} Mb. Statim *in leonum lacum* W et Ba, *in lacum leonum* Mb et Bb. Dein *divinitus apparatur* Ver. Mox *pascentes* pro *parcentes* Mb, *rugientes* Bb. 15) Deest *alitur* in Bb. Tum *et Helias* Ver., *ălias*^{e} (sic) Bb. Dein *et solitudine* exhibent C. W. Mbcde et Bc. Maiore interpunctione ante *atque* sublata comma posui sequentia parenthesibus includens. Conf. ad librum ad Donat. cap. XI. not. 3 et 5. Interiectionem *o* codd. Mb et Bb omittunt, *o et* scribit Ba, *et* pro *o* W. Dein *militiae*^{a} Me. Pro *parcunt* Mbd et Bb exhibent *pascunt*, quod in Mc enatum est e *parcunt*. Ante *homines* abest copula ab edd. Manutianam antecedentibus; *feriunt* pro *saeviunt* habet Bb.

XVI. 1) *Et post haec et* Me. Tum *praecamur* C. Mbd et Bbc. 2) *Et* om. Mb. Dein *dimitte* et in seqq. *dimittimus*, quod placebat

dimittimus debitoribus nostris. Post subsidium cibi petitur et venia delicti, ut qui a deo [3]) pascitur, in deo vivat, nec tantum praesenti et temporali vitae, sed aeternae consulatur, ad quam veniri potest, si peccata donentur, quae debita dominus appellat, sicut in evangelio suo dicit [4]): *Dimisi tibi omne debitum* [5]), *quia me rogasti.* Quam necessarie autem [6]), quam providenter et salubriter admonemur quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut, dum indulgentia de deo petitur, conscientiae suae animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat [7]) et se extollendo plus pereat, instruitur

---

Latinio, scribunt Ver. et Bb; *remitte — dimittimus* Mabcd, vulgo *remitte — remittimus.* Vid. adnot. ad cap. IV. not. 13. Pro *sicut* in W legitur *sicuti.* 3) *qui deo* Bc et Md, *domino* pro *deo* Bb. Statim *in* ante *deo* om. exemplar Dav., *a domino* habet Bb, *non* pro *nec* Ma. Tum mendose *vita* Bc et Md. Optime *sed aeternae* pro vulg. *sed et aeternae* C. W. Macde et Babc. Ita etiam Morellius. Vid. *Ramshorn.* Grammat. Lat. §. 190. B. 2. Conf. quae supra adnotavi ad cap. VII. not. 2. et ad cap. XIV. not. 14. Vitiose *aeterna* Mc. Idem c. Bc et Md *consolatur,* Mb a pr. m. *consolatur.* Tum *venire* edd. vett. c. Erasm. et Morell. moxque *donantur* Ma. Deinde *dominus debita.* 4) Matth. 18, 32. 5) *omnem debitum* a m. pr. W. Ita et hic et cap. seq., ubi vid. not. 4., cod. C, *debitum tuum* Bb. 6) *Quam necesse autem* ed. SP., *quam autem necessarie* Dav. et Grav., *quam autem necesse* Venet. Kunn. Remb. Erasm. Tum *prudenter* Bc et Mcd. Statim *salutabriter* Rigalt., *salutariter* Oxon. Baluz. Goldh., *salubriter* c. edd. superioribus codd. mei omnes, octo Anglici et S. *Augustinus* contra duas epist. Pelag. IV. 10. §. 27. T. X. p. 486. D. et de dono persever. cap. V. §. 8. T. c. p 826. B. Dein *ammonetur* Bb, *simus* Ver., *pro peccatis nostris* Ba. Post *rogare* Mb in ras. habet *perpetuo.* Dein *compellimur* est in codd. C. W et Mbc. Proxime Bb scribit *de domino.* 7) Addit Mb *cum innocens nemo sit,* quae verba e Cambr. temere recepit Pamel. adstipulantibus Rigalt. et Oxon.; sapiunt enim meram glossam. Cf. supra cap. IV. p. 45, 1—2. Post *et* in Mb r. m. supra

et docetur peccare se cotidie, dum cotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique et Ioannes in epistula [8]) sua monet dicens: *Si dixerimus* [9]) *quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est; si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est dominus* [10]), *qui nobis peccata dimittat.* In epistula [11]) sua utrumque conplexus est, quod et rogare pro peccatis debeamus et inpetremus indulgentiam, cum rogamus. Ideo et [12]) fidelem dixit dominum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suae reservantem, quia qui orare nos pro debitis et peccatis docuit, paternam misericordiam promisit et veniam secuturam.

XVII.

Adiunxit plane et [1]) addidit legem, certa nos con-

---

adiecit *ne*, quo opus non est. Ceterum verba *et se extoll. pl. pereat* W ab al. m. inter lineas habet. Pro *pereat* in Bc et Mcd reperitur *peccet*. Deinde *instruimur et docemur non peccare cotid.* moxque *iubemur* dat Ba. Pronom. *se* post *peccare* om. idem liber et vett. edd. c. Erasm. atque Grav. *Peccare se* legitur etiam ap. *Augustin.* contra duas epist. Pelag. l. c., *se peccare* de don. persev. l. c. 8) Ita C et Mab, *epistola* vulg. Tum *ponit* (*ponet* pr.) *dicens* Mb, *ponens dixit Augustin.* de don. persev. l. c. Vid. 1. Ioann. 1, 8. 9) Additur *inquit* in Mb. Mox *decepimus* pr. W, *accipimus* Md. 10) *dominus* om. *Augustinus* contra duas epist. Pelag. l. c. p. 486. E. Pro *dimittat* Mb habet *demittat*. 11) Ita C et Mb. In hoc libro additur *quoque*. Deinde e C. W. Mbc et Ba pro vulg. *complexus* recepi *conplexus*. Conf. *Wagner*. l. c. p. 412 et not. 6. ad cap. XX 12) *et* om. Mb. Tum *deum* pro *dominum* Mb. Bab et pr. W. Paulo post *servantem* Bc et Mcd. Dein *quia* om. Bb. Mox *pro peccatis et debitis* scribit idem liber. Verba postrema *et veniam secuturam* desunt in Ba.

XVII. 1) *Adiuncxit* Ba. De qua scriptura vid. quae adnotavi ad Ambros. de offic. p. 312. *Et* al. m. supra adiecit in W. Dein *addit* a m. pr. Me. Perperam *lege* Mb. Tum *circa* pro *certa* Bb,

ditione et sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus secundum quod et ipsi debitoribus nostris dimittimus scientes inpetrari non posse quod pro peccatis petimus, nisi et ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Idcirco et alio in loco [2]) dicit: *In qua mensura mensi fueritis* [3]), *in ea remetietur vobis.* Et qui [4]) servus post dimissum sibi a domino omne debitum conservo suo noluit ipse dimittere in carcerem religatur. Quia indulgere conservo [5]) suo noluit quod sibi a domino indultum fuerat amisit. Quae [6]) adhuc fortius Christus in praeceptis suis maiore censurae suae vigore proponit: *Cum steteritis,* inquit [7]), *ad orationem, remittite, si quid*

---

conditione W. Mabcde. Bb et edd. fere omnes, *condicione* C. Bac et Mf una cum exemplari Manut. Vid. adnot. ad Ambros. de officiis p. 301. Pro *constringens* in Bb est *perstringens.* Mox *debita dimitti* habent Bc et Med. Voc. *debita* in Bb r. m. supra addidit. In Mb desiderantur verba proxima: *et ipsi debitoribus nostris dimittimus — — petimus nisi. Et* ante *ipsi* om. C. In seqq. ibidem deest v. *debitores*, cuius loco rell. codd. omnes, ad quos accedunt Ver. Vat. 4. et Thuan., item plures Anglici, exhibent *peccatores.* Tum *fecimus* Ba. 2) *in alio loco* Mcde et Bbc, *alio loco* Mb. Idem *dicitur.* Vid. Matth. 7, 2. 3) *mensi eritis* W. Ba et Me, item a m. pr. Ma, *metieritis* Bb. Deinde *remitietur* (sic) C et Mb. 4) *Et quis* C, *et q*^{i}*a* Mb, *et quod* (superscripto ab r. m. *qui*) Me, *et servus qui* Bc et Med. Mox iidem libri om. *a domino.* Dein *omnem debitum*, ut in cap. praecedente, ubi vid. not. 5., liber C, in quo postea est *in carcer* || *religatur*, *in carcere* scribit Bb, tum *religatus* Mb. Respexit Noster ad Matth. 18, 34. 5) *servo* Me, *suo* om. C. W et Mab. Tum *indultum a domino — ammisit* habet Bb. 6) *quem* Bc et Md. Quo deleto in Mb r. m. superscripsit *et.* Abest *in* ante *praeceptis* a W. Mae et Ba, item *suis* a Bb. Dein *sui maiori* dat Me, *maiorem suae censurae vigorem* Mb, *maiorem cens. suae vigorem* exhibent Bc et Med. *Suae* om. Bb. In eodem libro deinde legitur *p̄ponit*, *p̄dixit* in W. Maf et Ba, ut in edd. vett. et Erasm. atque Morell. 7) Marc. 11, 25. Perperam *adora-*

habetis adversus aliquem, ut et pater vester qui in caelis est remittat peccata vestra vobis; si autem vos non remiseritis, neque pater vester qui in caelis est remittet [8] *vobis peccata vestra.* Excusatio tibi [9] nulla in die iudicii superest, cum secundum tuam sententiam iudiceris et quod feceris, hoc et ipse patiaris. Pacificos enim et concordes atque unanimes esse in domo sua deus praecipit [10] et quales nos fecit secunda nativitate, tales vult renatos perseverare, ut qui filii dei esse coepimus in dei pace maneamus et quibus spiritus unus est unus sit et animus et sensus.

XVIII.

Sic nec sacrificium deus recipit [1] dissidentis et ab

---

tione C. Tum *habebitis* pr. Me. Partic. *ut* omissa in Bb scribitur *remittit*, in Me *remittet* et alio verborum ordine *vobis peccata vestra.* Omittunt *vestra* C. W. Macd et Babc, item edd. vett. cum Erasm. Grav. et Morell. (ceterum Morell. habet *dimittat*), *vobis peccata* (sine *vestra*) ponit Mb, a Mf abest *vobis.* 8) *nec pater noster dimittet vob. pecc. vestra* (intermed. om.) dat Bb, *remittet peccata vobis* (absque *vestra*) exhibent W et Ba veteresque edd. cum Erasm., *remittet vobis peccata* scripsit Morellius, *remittat pecc. vobis* comparet in Mf, in quo, ut in ed. Morell., *vestra* non reperitur. 9) *tibi*, quod in Mb a corr. m. superscriptum erat, posthac in eo libro abrasum est. Post *nulla* C male interponit *est.* Tum *in diem* habent W et Ba. Paulo post C om. *hoc,* item quod sequitur *et* Ba. Statim *patieris* scribunt Bbc et Mcd. 10) *atque in domo sua unanimes esse deus praecepit* exstat in Mb, *atque unanim. in dom. sua esse deus praecepit* in Bb. *Praecepit* dant etiam C. W. Macdf et Bac. Adstipulantur Gravius et Morellius. Dein *ut* pro *et* W. Mox *nativitate secunda* Mf et vett. edd. c. Erasm. atque Grav. Tum *vult natos* C. Proxime *et* (pro *ut*) *qui filii* Mb, *sumus* pro *esse coepimus* C, *in eius pace* Ver. Mox *unus sit* om. W et Ma, habet, in quo deerant, Mb a r. m. inter vers. In eodem defit prius *et.*

XVIII. 1) *nec ad sacrificium deus respicit* Ver. *Recipit* a

altari revertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus et deus possit esse pacatus. Sacrificium deo maius [2]) est pax nostra et fraterna concordia et de unitate patris et filii et spiritus sancti plebs adunata. Neque enim [3]) in sacrificiis quae Abel et Cain primi obtulerunt, munera eorum deus, sed corda intuebatur, ut ille placeret in munere qui placebat in corde. Abel pacificus et iustus dum [4]) deo sacrificat innocenter, docuit et ceteros, quando ad altare munus offerunt, sic venire cum dei timore, cum simplici corde, cum lege iustitiae, cum concordiae pace. Merito ille [5]) dum in sacrificio dei talis est, ipse postmodum sacrificium deo factus est, ut martyrium primus ostendens ini|tiaret sanguinis sui gloria 212
dominicam passionem qui et iustitiam domini habuerat et

---

r. m. correctum e *recepit* in Mbe. Tum *dissedentis* C. Pro *et* Ba scribit *sed*. Tum *ab altare* (sic) Ma. Dein *recedentem* (in mg. „al. *revertentem*“ a r. m.) Me. In seqq. Bc et Mcd om. *et*. 2) *magis* ed. Dav. Mox *fili* C. Dein *pleps* Ma. Ita idem liber cap. XXII. not. 3. De hac scriptura vid. *Osann.* ad Cic. de re publ. p. 241. 3) *e im* om. Ma. Item quod sequitur *in* C. Tum *Abel et Cain quae primi* Me. Antiquam scripturam *optulerunt* pro vulgari *obtulerunt* recepi ex cod. C. Vid. quae adnotavi ad Ambros. p. 268 et 270. Proxime idem liber mendose *induebatur*, Ba *tuebatur*. In seqq. *placebat* correctum est a r. m. in Mb e *placebit*. 4) *cum* Bc et Md, *deo dum* Mb, *domino* Bab. Paulo post *ad altarē* Ma, *ad altar̄* Me. Cf. supra not. 1. Deinde *cum domini timore* Bb, *cum timore dei* (ita etiam Mf et edd. vett. c. Erasm. atque Grav.), *cum lege iustitiae*, *cum simplici corde* Bc et Mcd. Ante *concordiae* deest *cum* in C et Me. 5) *ille* om. Bb. Tum *in sacrificia* habet Bc. *Dei* idem et Mcd om. Pro *est*, *ipse postmodum* in Mf et edd. Manutianam antecedentibus, item in Morell. legitur *esset*, *postmodum*. Dein *domino factus est* scribunt C et Bb. Statim *et* pro *ut* dat Mb. Verba mox sequentia *sanguinis sui gloria dominicam passionem* in eodem libro r. m. ita corrupit: *sanguine suo gloriam dominicae passionis*. *Gloriam* habent etiam Ma et Ba, dein *dominica* C et

pacem. Tales denique a domino coronantur, tales in die iudicii [6]) cum domino iudicabunt. Ceterum discordans et dissidens [7]) et pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus apostolus [8]) et scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternae poterit evadere, quia, sicut scriptum est: *Qui fratrem suum odit, homicida est, nec ad regnum caelorum pervenit, aut cum deo vivit homicida,* non potest esse cum Christo qui imitator Iudae maluit esse, quam Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis [9]) potest ablui; quale crimen est, quod martyrio non potest expiari?

Mcd. Ita primitus etiam Bc. Mox *domini* (*dei* scribit W) om. Bb et edd. Graviana antiquiores. *Et* al. m. supra addidit in Me. 6) *iudici* C et W. Deinde *iudicabunt* Bc et Mcdf, *iudicabuntur* Me, *vindicabunt* C, *vindicabuntur* ceteri libri scripti et editi praeter Morellianum et Baluzianum, in quibus est *iudicabunt.* Vide quae de hoc loco docte et accurate exposuit Baluzius. Ceterum de verbb. *iudicare* et *vindicare* eorumque permutatione sat frequenti dixi in Ephemeridibus litterariis Monacc. Tom. XXX. (1850). Nr. 52. p. 421. 7) *diffidens* Bc. 8) 1. Cor. 13, 3. Dein *et* *quod scriptura* (*et* a r. m. supra adiecto) Mb, *in* pro *et* Bb c. Morell. Proxime *pro* *dei* *nomine occisus* (e corr. r. m.) Ma. *Christi* om. C. W et Bab. Cuius loco in Bc et Mcde scribitur *domini*, in Ver. *eius.* Deest *fraternae* in edd. vett. et Erasm. Tum *evadere poterit* exhibent Bc et Mcd. Dein *quia sic scriptum est* dat Mb, *quia scriptum est* ed. Dav. Ceterum vid. 1. Ioann. 3, 15. *Suum* et proxima verba: *nec ad regnum caelorum — — homicida*, exciderunt in Bb, *ad regna* habet Ba, *caelorum* om. C. Dein *ut cum deo* (*domino* Bc et Mcd) *vivat homicida* scribit Mf, quibuscum faciunt edd. vett. et Erasm., *ut cum deo vivat. Homicida non potest* legitur in Morell. Eodem modo interpungit Mb. Tum *quia* pro *qui* habet Bb. 9) *nec baptismo nec sanguinis* Ma. In seqq. *quod nec martyrio potest* Bc et Mcd, *quod nec mart. non pot.* Ma.

XIX.

Illud quoque necessarie [1]) admonet dominus, ut in oratione dicamus: *Et ne patiaris induci nos* [2]) *in temptationem.* Qua in parte ostenditur nihil contra nos adversarium posse, nisi deus [3]) ante permiserit ut omnis timor noster et devotio atque observatio ad deum convertatur, quando in temptationibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur. Probat scriptura divina [4]), quae dicit [5]): *Venit Nabuchodonosor, rex Babyloniae* [6]), *in Hierusalem et expugnabat eam, et dedit eam dominus in manum eius.* Datur autem [7]) potestas adversum nos malo secundum nostra peccata, sicut scriptum est [8]): *Quis dedit in direptionem* [9]) *Iacob et Israel eis qui praeda-*

XIX. 1) *necessario* (*o* ex *e*, ut videtur, enato) Mb. Idem liber cum Bbc et Mcde *monet*, Mf *ammonet*. 2) Ita Mb c. ed. Morell. In Graeco est *μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς*. *Ne pat. duci nos* Mf, *ne pat. nos induci* C. W. Macde et Babc, ut edd. ante Manut, ubi est *ne nos inducas*. In recentioribus legitur *ne nos pat. induc.* Ver. habet *ne passus fueris induci nos*. Conf. cap. IV. in f. 3) *dominus* Bb. Dein *praemiserit* W et Ma. Mox *ad dominum* W. Bb. Dav. *Convertetur* pr. exhibebat Me. Omittunt *nostris* C et Bb. Ante *inde* Mb et Bb inferunt *a domino*. 4) *divina* om. C, *divina scriptura* habent Bc et Mcd. Vid. adnotata ad librum de cathol. eccles. unitat. p. 52. 5) Dan. 1, 1—2. 6) *Nabucodonosor* C, *Nabochodonosor* W. Mab et Bb, inverse *rex Nabuchodonosor Babyloniae* Ba. Tum *in Ierusalem* Bac et Mcdf. Pro *dedit* Mabcd et Bc *tradidit*. Dein vett. edd. c. Erasm. Manut. et Morell. *deus*. Statim *in manum* W. Ma. Ba editionesque Manut. Morell. Pamel. Rig. Oxon., *in manu* Bbc et Mdf, ut vett. edd. c. Baluz. atque Goldh. Est in Graeco *καὶ ἔδωκε κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ*. Mb habet *in manu*[s], Me *in manibus eius dominus*. 7) *enim* in ras. Mb. Dein *adversum nos* C. W. Bb et Me editionesque Dav. et Morell., *adversus nos* vulg, *adversa nos* Mf. Pronomen om. Bb. Tum *mala* exhibent Mab. 8) Iesai. 42, 24. 9) *in directionem* Me. Pro *eis* Mb ponit *his*. Dein

bantur illum? Nonne deus cui peccaverunt, et nolebant [10]) *in viis eius ambulare, neque audire legem eius? Et superduxit super eos* [11]) *iram animationis suae.* Et iterum Salomone [12]) peccante et a praeceptis atque a viis domini recedente positum est [13]): *Et* [14]) *excitavit dominus Satanan ipsi Salomoni.* Potestas vero dupliciter adversum nos datur [15]) vel ad paenam, cum delinquimus, vel ad gloriam, cum probamur, sicuti de Iob factum videmus manifestante domino et dicente: *Ecce omnia quaecumque habet in manus tuas* [16]) *do; sed ipsum cave ne tangas.* Et dominus in evangelio [17]) loquitur tempore passionis:

---

praedabantur scribunt Ver. C. Mbcd et Bc. Grav. Oxon. Ita et de Laps. p. 188 tam scripti, quam editi libri; *praedantur* W. Maef. Ba c. ceteris editis excepto Morell., qui, ut Bb, habet *depraedantur.* Pro *illum* Mb *illos.* 10) *noluerunt* Ver.; dein *eius*, quod om. Bb, in Me r. m. supra addidit. Mox *legem eius audire* Bc et Mcd. 11) *super eos deus* Bb. Pro *animationis* in Bc et Mcdf legitur *animadversionis.* 12) *Solomone* C, *Salemone* Bb. 13) 3. Reg. 11, 14. 14) *Et* om. C et Bb. Fluctuant deinde codd. et vulgati libri inter *Satan*, *Satanan* et *Satanam.* Tum *Salemoni*, ut supra, habet Bb. 15) *adversus nos dupliciter datur* W. Maf et Ba, qui *nos* om. Conspirant edd. vett. c. Erasm.; Grav. autem habet *diabolo adv. nos dupl. d.*, Bc et Mcd scribunt *adversum nos dupl. d.*, C. Mbe et Bb c. Morell. *dupl. adversum nos d.* Post *dupliciter* in Me expunctum est *malum*, pro quo potius scribi debebat *malo* (i. e. diabolo). Conf. supra paulo post initium. Primus dedit Manutius: *dupl. adversus nos d.* eumque secuti sunt recentiores. In seqq. pro *sicuti* (*sicut* est in ed. Dav.) Bc et Mcd exhibent *sic.* Proxime *domino* soli Mbd et Bc. Rell., ut vulg., *deo.* Vid. Iob 1, 12. 16) Post *ecce omnia quae* (sic) Bc et Mcd statim e cap. seq. adnectunt *loqueretur. Verbum*, *inquit*, *consummans et brevians.* Pro *in manus tuas* inverso ordine C. W. Mae et Ba scribunt *in tuas manus.* Proxime Me habet *ne attingas.* 17) *in evangelio suo* invitis codd. et edd praecedentibus Baluzius et Goldhornius. Cod. Mb ordinem sic invertit: *dominus quoque loquitur in evangelio tempore passionis.* Addidit Pamelius e cod. Cambr. *ad Pilatum,*

Nullam haberes, inquit [18]), *potestatem adversum me, nisi data esset tibi desuper.* Quando autem rogamus ne in templationem veniamus [19]), admonemur infirmitatis et inbecillitatis nostrae, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter aliquid adsumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat, cum dominus ipse humilitatem docens dixerit [20]): *Vigilate et orate ne veniatis in temptationem. Spiritus* [21]) *quidem promptus est, caro autem infirma,* ut dum praecedit humilis et submissa confessio et datur totum deo quidquid suppliciter cum timore et honore dei

---

quod merum est glossema. 18) Ap. Ioann. 19, 11. Abest *inquit* a Bb, *nullam, inquit, haberes potestatem adversum me* dat Mb, *null. hab. potest., inquid* (sic) *adv. me* Mf, *potest. adv. me* legitur etiam in C. W. Mae. Bab, *in me* in Ver. *Data* praestant libri scripti et editi omnes exceptis Baluz et Goldh., in quibus exstat *datum*, quod habent versiones Lat. Reperitur *data* item in Testim. III. 80. p. 325, ubi solus Me scribit *datum*. Conf. *Sabatier*. Dein *tibi esset* Bb et Mf, item edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell., ut editi in Testim Sed mei libri MSS. *esset tibi*. In superiore loco W *tibi data esset desuper*. 19) *incidamus* W. Maf editionesque vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *inducamur* Ba, *veniamus* C. Mbe et Bb, item S. *Augustinus* contr. duas epist. Pelag. IV. 9. §. 25. T. c. p. 484. B. Conf. *Marc.* loc. a Nostro paulo post citat. Mox *sic oramus* Mb. In seqq. idem liber *de superbia,* Me *superbiat*. Statim *adroganter* C. Mb. Ba. Post *ne quis* male repetitur *sibi* in edd. Baluz. et Goldh. Quod subsequitur *aut* om. C. Deinde *dicat* Bb, *dicat* Ver. et C. Proxime *docens humilitatem* C. 20) Marc. 14, 38. 21) *Sps scs* a m. pr. Me. Rec. tamen manus vocem *scs* expunxit. In seqq Ba *procedit,* Me *prodit* a m. pr., a s. *pre*^{ce}*dit*. Dein pro vulg. *summissa* Ma et *Augustin.* l. c. *submissa*. Mox *et* om. Ba. Tum *domino* pro *deo* exhibent Bb veteresque edd. c. Erasm. et Morell. Recte *quidquid* C et Mb, *quicquid* ceteri libri scripti et editi. Ante vocc. *cum timore* interponitur *et* in Ver. Deinde Mb

petitur, ipsius pietate praestetur. Post ista omnia in consummatione orationis venit clausula universas petitiones et preces nostras [22]) collecta brevitate concludens. In novissimo enim ponimus [23]): *Sed libera nos a malo,* conprehendentes adversa cuncta, quae contra nos in hoc mundo molitur inimicus, a quibus potest esse fida et firma tutela, si nos deus liberet, si deprecantibus atque inplorantibus opem suam praestet. Quando autem dicimus: *Libera nos a malo,* nihil remanet quod ultra adhuc [24]) debeat postulari, quando semel protectionem dei adversus malum petamus, qua inpetrata contra omnia quae diabolus et mundus operantur securi stamus et tuti. Quis enim ei [25]) de saeculo metus est, cui in saeculo deus tutor est?

XX.

Quid mirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est, quam [1]) deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breviavit? Hoc iam per Hesaiam [2]) prophetam fuerat ante praedictum, cum plenus spiritu sancto de dei maiestate ac pietate loqueretur.

---

a m. pr. habebat *protectione servetur.* Quibus vocabulis deletis r. m. superscripsit *pietate praestetur.* 22) In Mb m. pr. omiserat *et.* Unde recentior dedit *preces*^{que}, Ba habet *nostras preces.* 23) *dicimus* Ba. Infra *non potest* ed. Oxon.; *fide* Ma, *firma et fida tutela* C et Mf. Mox *et si depraecantibus* Mb, *nisi* pro *si* ed. Oxon., *si precantibus* Bb. 24) *adhuc ultra* Bb. Mox *protectione* W. Ma et Ba. Tum *domini* Bb. 25) *et* Mb, *vel* C.

XX. 1) *qualem* Ba. Tum *omne praeceptum nostrum* W, *omnem praeceptum nrm* (sic) Ma et Ba, *omnem pacem nostram* Bb c. ed. Manut. Dein *breviabit* Ba et pr. Me. 2) *Esaiam* W. Mab. Bab, *Eseiam* C, *Isaiam* Me, *Ysaiam* Mf. In seqq. *magestate* Ma, *ac pietate* om. Bb.

|*Verbum consummans,* inquit [3]), *et brevians in iustitia* [4]), 213
quoniam sermonem breviatum faciet deus in toto orbe terrae. Nam cum dei [5]) sermo dominus noster Iesus Christus omnibus venerit et colligens doctos pariter et indoctos omni sexui atque aetati praecepta salutis ediderit, praeceptorum suorum fecit grande conpendium, ut in disciplina caelesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium velociter disceret. Sic cum doceret quid sit vita aeterna, sacramentum vitae magna et divina brevitate conplexus [6]) est dicens [7]): *Haec* [8]) *est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum et verum deum et quem misisti Iesum Christum.* Item cum de lege et prophetis praecepta prima et maiora decerperet: *Audi,* inquit [9]), *Israel* [10]), *dominus deus tuus dominus unus est,* et [11]): *Diliges dominum deum tuum*

---

3) Hesai. 10, 22—23. 4) *iniustitia* W. Mabdf. Bac. Tum *quia* pro *quoniam* Mb. Mox *faciet dominus* Bc et Mcd. Deinceps *terrarum* Bbc et Mcd. 5) *deus* Bc et Md. Proxime *dñi nri ihu xpi* W et Ma. *Christus* et quod sequitur *et* om. Bc et Mcd. Pro *sexui* C scribit *sexu* (ita etiam Bb et pr. Me) *atque aetati,* Bc et Mcd exhibent *et aetati*, in Ma comparet *aetate*, in W *aetatę*, a Bb abest *aetati.* Mox *dederit* habet Ma, tum *fecit etiam* Mb. Male *et* a m. pr., a sec. *ut* Mb. Deinde *discentium* r. m. in Me correxit e *discentum.* In seqq. Bc et Mcd scribunt *fidei simplici.* 6) Ita C. W et Mbcf. Vulg. *complexus.* Conf. ad cap. XVI. not. 11. 7) Ioann. 17, 3. 8) *Hac* Ma, *autem*, quod deest in Bc et Mcd, al. m. supra adiecit in W. Post *solum* Bb om. *et.* 9) Deut. 6, 4. Marc. 12, 29. 10) *Israhel* Me, *Istrahel* C. Tum *dominus unus est* C. W. Mabf et Bb itemque edd. Manutiana antiquiores. Conveniunt haec cum Graeco κύριος εἷς ἐστί. In Me r. m. voc. *dominus* supra adiecit. Rell. autem libri et scripti et editi habent *deus unus est.* Vid. quae adnotavi ad librum de cathol. eccles. unitate cap. XIII. p. 33 sq. 11) Matth. 22, 37 sqq. Marc. 12, 30 sq.

de toto corde [12]) *tuo et de tota anima tua et de tota virtute tua. Hoc primum, et secundum simile huic* [13]): *Diliges proximum tuum tamquam te. In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* Et iterum [14]): *Quaecumque volueritis* [15]) *ut faciant vobis homines bona, ita et vos facite illis. Haec est enim lex* [16]) *et prophetae.*

XXI.

Nec verbis tantum, sed et factis dominus [1]) orare nos docuit, ipse orans frequenter et deprecans et quid nos facere oporteret exempli sui contestatione demonstrans, sicut scriptum est [2]): *Ipse autem fuit secedens in solitudinem* [3]) *et adorans.* Et iterum [4]): *Exivit in montem*

12) *ex toto corde* Ma. 13) Ita codd. C. W. Mabcd et Bac veteresque edd., *hoc est primum et secundum simile huic* Erasm. c. Grav., *hoc prim. et sec. sim. est huic* Mef et exemplar Morell., *hoc est prim. et sec. sim. est huic* Bb et ed. Manut., *hoc est prim. mandatum et sec. sim. est huic* Pamel. et recentiores. Sed voc. *mandatum*, quam e cod. Cambr. recepit Pamelius, ex glossemate fluxisse manifestum est. Ceterum conf. adnotat ad librum de cathol. eccles. unitate l. c. In seqq Ver. et Mb, ut edd Baluz. atque Goldh., exhibent *proximum tibi*; rell. autem libri scripti et editi *prox. tuum* excepto Mf, in quo legitur neque *tuum*, neque *tibi*. Dein *tanquam* Bb et vulgati libri. Post *te* Pamelius e codice Cambr. addidit *ipsum*, quod C. W. Macde et Babc non agnoscunt, Mb autem a r. m. inter versus habet. Unde vocem istam omittendam censui. 14) Matth. 7, 12. 15) *vultis* Ma. In seqq. idem liber om. *ita*. 16) *Haec enim est lex* Mb. Tum *prophetia* Bc et Mcd.

XXI. 1) *deus* C, inverso ordine *orare nos dominus docuit* Mb et Bb. Mox *quod* pro *quid* Bc et Mcd. Tum *nos facere* recepi ex codd. C. W. Macdef et Babc, quibuscum concordat etiam exemplar Morell., *facere nos* legitur vulg. Dein *oportet* scribunt Bc et Mcdf. 2) Luc. 5, 16. Verba seqq. usque ad *exivit* desunt in C. 3) *sedens in solitudine* Bc et Mcd, *secedens in solitudine* Mf,

orare, et fuit pernoctans [5]) *in oratione dei.* Quod si ille orabat qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem iugiter vigilans continuis precibus orabat, quanto nos [6]) magis in frequentanda oratione debemus nocte vigilare? Orabat autem dominus [7]) et rogabat non pro se (quid enim pro se innocens precaretur?), sed pro delictis nostris, sicut et ipse declarat, cum dicit ad Petrum [8]): *Ecce Satanas postulavit* [9]) *ut vos vexaret quomodo triticum; ego autem rogavi pro te ne deficiat fides tua.* Et postmodum pro omnibus patrem deprecatur [10]) dicens [11]): *Non pro his autem rogo solis* [12]), *sed et pro illis qui credituri sunt per verbum ipsorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in*

---

quocum faciunt edd. vett. c. Erasm et Grav., *seced. in solitudines* W et Ma. Ita etiam ed. Dav. Omittitur *et* in Ba. Tum *orans* habent Mb et edd. Grav. atque Morell. 4) Luc. 6, 12. Matth. 14, 23. Marc. 6, 46. 5) *et pernoctavit* Bc et Mcd. Tum *in orationem* C et W. 6) *nos* om. Bab et Me, *magis nos* exhibent Bc et Mcd. Dein *nocte* abest a Ba. 7) *dominum* Bc et Mcd. Paulo post *precatur* Me. Proxime *sicut ipse* C. Bc et Mcd. 8) Luc. 22, 31. 9) Confirmant hanc lectionem, quam pro vulg. *expetivit* restituit Baluzius, codd. mei omnes exceptis Ma, qui vitiose habet *postulabit*, et C atque Ba, in quibus est *postulabat.* Conf. Epist. VII. p. 14. Dein *vos ut* Bc et Mcd. Mox *sicut triticum* Bb, *velut triticum* Grav. In seqq. *ut non deficiat* Bc et Mcd c. ed. Grav. 10) *patrem depraecatur pro omnibus* C. *Patrem* ab al. m. inter lin. habet W. Tum *p̄catur* idem liber, *deprecabatur* Bc et Mcd. 11) Ioann 17, 20. 12) *non pro his autem solum rogo* (sic) e corr. r. m. Me, *solum rogo* etiam vett. edd. c. Erasm. et Morell., *tantum rogo* pr, e corr. eiusdem manus *autem rog.* C, *solis rogo* Mf. Part. *et* om. Mbcde et Bc. Dein *pro hiis* scribit Mf. Mox *illorum* pro *ipsorum* Ma. Verba seqq. *in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater* desiderantur in Bc et Mcd. Dein *sicut et tu* habet C. In clausula

nobis unum sint. Magna [13]) domini propter salutem nostram benignitas pariter et pietas, ut non contentus quod nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius et rogaret. Rogantis autem desiderium videte quod fuerit, ut quomodo unum sunt [14]) pater et filius, sic et nos in ipsa unitate maneamus, ut hinc quoque possit intelligi quantum delinquat qui unitatem scindit et pacem, cum pro hoc et rogaverit dominus volens scilicet plebem suam unanimiter vivere, cum sciret ad regnum dei discordiam non venire.

XXII.

Quando autem stamus ad orationem [1]), fratres dile-

---

unum expunctum est in Ma, in rell., ut in edd. vett. (excepta Dav.) et in Erasm. Grav. Manut. atque Morell., omissum. 13) *Magna autem* Me, *dei* C, *et pietas pariter* Mcd, *contemptus* Mc. Proxime *redemeret* C. Post *adhuc* insertum *et* in Bc. 14) *sunt* om. C. In seqq. *delinquit* habet ed. Dav., *scindat* Bb et mox *rogaverit dominum* scribunt Bc et Mcd. Legitur deinde *scilicet plebem suam vivere* in codd. C. W. Mabcde et Bbc, *scil. pleb. suam vivificare* scribitur in Ba, *scil. pleb. suam unire* exhibent edd. vett. c. Erasm. atque Manut., quibuscum conspirat Mf, idque probavit *Walkerus* l. c. p. 54, *scil. pl. s. salvam fieri et in pace vivere* ex coniectura dedit Morellius. Cuius vestigiis insistens post *scilicet* Pamelius addidit adv. *sic* eumque sine haesitatione secuti sunt editores recentiores omnes. Perplacuit mihi Gravii emendatio *unanimiter vivere*, quam egregie confirmat codex Voss 3. ap. Oxon. Similiter Cyprianus de cathol. eccles. unitate cap. X. p. 26 et cap. XI. p. 27 utitur locutione *unanimiter orare*, isque *unanimitatem*, *unanimes esse*, *unanimes habitare in domo* passim praecipit inculcatque. Vid. domin. Orat. cap. V., de cathol. eccles. unit. cap. X. p. 25. cap. XII. p. 29 et 31. cap. XXIII. p. 53 et epist. LXXVI. p. 153. Ad hoc lectio illa verbis praecedentibus et sequentibus optime respondet. Quocirca eam in textum recipere non dubitavi.

XXII. 1) *orationem* pr. m. omisit in Me. Pro *vigilare* recepi

ctissimi, invigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et saecularis [2]) abscedat, nec quicquam tunc animus, quam id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem praefatione praemissa parat fratrum mentes dicendo: *Susum* [3]) *corda,* ut, dum respondet plebs: *Habemus ad dominum,* admoneatur nihil aliud se, quam dominum cogitare debere. Cludatur [4]) contra adversarium pectus et soli deo pateat,

---

invigilare ex codd. C. W. Macde et Babc, quibuscum concordat editio quoque Morell. Inverso ordine *toto corde invigilare et incumbere ad preces debemus* scribit Bb. Part. *et* om. Bc et Mc. 2) *saecularis et carnalis* al. ord. exhibent edd. vett. c. Erasm., *et saecularis* om. Mbcd et Bc. Deest *tunc* in C. Perperam *quod cogitet et quod precatur* legitur in W, *et quod precatur* etiam in Ma. Coniunctione *et* erasa Mb habet *praecamur.* Tum idem liber *et ideo et sacerdos ante praefationem prece* (pr. *praecem*) *praemissa parat*, Mc *et praefatione*, W *promissa.* Deinde *parabit* dant Bc et Mcd. 3) Ita C et W, *su*^{r}*sum* (*r* ab al. m. superscr.) Mb, vulg. *sursum. Susum* legitur etiam ap. *Tertullian.* de praescriptione haereticorum cap. XXII. p. 563 ed. Oehler. „*Commodianus* instructione 76.: *Sacerdos domini cum susum corda praecipit.* Antiqui enim saepe scribebant *susum* pro *sursum*, uti diximus ad caput 19. libri *Lactantii* de mortibus persecutorum. Addo nunc *Vitruvium*, apud quem lib. 10. cap. 8 legitur *ab imo susum* in veteri codice MS. Petri Pithoei. Vide onomasticon Rosweydi ad vitas patrum et notationes eius ad martyrologium Adonis.“ *Baluzius.* Conf. adnot. ad librum de bono patient. c. XIV. nr. 7. Tum *et* pro *ut* W. Bc et Mcd, *ut autem respondit* Ma, *respondit* etiam C. W. Ba et pr. Mb, *pleps* Ma. Conf. cap. XVIII not. 2. Mox *ammoneatur nichil aliud*, *quam deum* a r. m. inter lin habet Mb, *admoneamur*, ut exstat in ed. Manut, scribunt Bbc, *admonetur* Mcd. Dein *nil* C. W. Bc et Mcd. Pron. *se* om. Bc et Mcd, sicut Mb. Tum iidem libri una cum Mb habent *deum.* 4) Ita C. W c. ed. Morell. et pr. Mb pro vulg. *claudatur.* De forma *cludere* vid. *Hildebrand.* ad Arnob. adv. nat. II. 66. p. 229 et *Oehler.* ad Tertullian. Apologet. cap. XI. p. 68. coll. Nostro ad Demetr. cap. VIII.

nec ad se hostem dei tempore orationis adire patiatur; obrepit enim frequenter et penetrat et subtiliter fallens preces nostras a deo avocat, ut aliud habeamus in corde, aliud in voce, quando intentione sincera dominum debeat non vocis sonus, sed animus et sensus orare. Quae autem segnitia est alienari [5]) et capi ineptis cogitationibus et profanis cum dominum de|precaris, quasi sit aliud 211
quod magis debeas cogitare, quam quod cum deo loqueris? Quomodo audiri te [6]) a deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse deum memorem [7]) tui cum rogas, quando tu ipse tui memor non sis? Hoc est ab hoste [8])

---

n. 4. Statim *cor* (ita ab r. m. Mb) *contra adversarium, pectus* (*et* in Mb eras.) *soli deo pateat* exhibent Mbcd et Bc. Pro *deo* in Bb est *domino*. Tum *nec ad se adire hostem* scribit C; W. Ma et Ba om. *adire*. Verba proxima: *obrepit* (*obripit* C. W. Ma et Bab, item pr. Mb) *enim — — — a deo avocat* desiderantur in Bc et Mcd. Part. *et* ante *penetrat* abest a Me. Mox *a domino* habet Bb, *avocat* correctum ex *advocat* in Mb, e *vocat* in Me. Deinceps in Ma est *habemus*. Post *corde* sine causa interponitur *et* in W. Mabcdef et Babc. Tum *intemptatione* (sic) scribit C, *sincere* (om. voce *dominum*) Ma. *Deum* exhibent Bbc et Mcde et pro *debeat*, quod ante *orare* ponit C, in Bc et Mcd legitur *debet*. 5) *est et alienari* Me, *abalienari* C. Pro *rapi*, quod e cod. Cambr. recepit Pamelius et editores posteriores probaverunt, e meis codd. et edd. superioribus restitui *capi*. Mox *deum debeas deprecari* Mb, *deum* etiam Bc et Mcdc. In seqq. *debetis cogitare* Bb, *debeamus cog.* Mf, *debeat excogitare* C. Omittitur *quam* in Ma, *quod* in Bb, *cum deo* in Bc et Mcd, *deo* in Me r. m supra addidit, *cum domino* habet Bb. 6) *audire te* W et Ma, item pr. Mbe, ex corr. tamen *audiri te*, quod tenent etiam ceteri codd. omnes. Quocirca ita scribendum putavi. *Te audiri* legitur vulgo. Dein *a domino* Bb. 7) *Vis enim dominum memorem* Bb, *dominum* item C. W. Mae et Ba, *memorem dominum* Mb. Statim *dum rogas* C et Ba. Deinceps *tui memor* pro *memor tui* praebuerunt codd. omnes. Ceterum in libro Parisino, a quo abest *tu*, haec ita collocantur: *quando tui memor ipse non sis*. Pro *sis* Bc et Mcd scribunt *es*. 8) *de hoste* A, *de eo*

in totum non cavere; hoc est, quando oras deum, maiestatem dei neglegentia orationis offendere; hoc est vigilare oculis et corde dormire, cum debeat Christianus, et cum dormit oculis, corde vigilare, sicut scriptum est ex persona Ecclesiae loquentis in cantico canticorum [9]): *Ego* [10]) *dormio, et cor meum vigilat.* Quapropter sollicite et caute [11]) apostolus admonet dicens [12]): *Instate* [13]) *orationi vigilantes in ea,* docens scilicet et ostendens eos inpetrare quod postulant de deo posse, quos deus videat in oratione vigilare.

XXIII.

Orantes autem [1]) non infructuosis, nec nudis precibus ad deum veniant. Inefficax petitio est [2]), cum precatur deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor non faciens fructum excidatur et in ignem [3]) mittatur, utique

---

hostem Mf. Tum *in toto* Ma et W, in quo praepositio superscripta est. Mox *deum oras* A Pro *deum,* quod om. Ba, C et Mb veteresque edd. c. Erasm. habent *dominum,* Mc dat *oras, domini maiestatem,* Ba *dei magestatem* (sic), *magestatem* etiam, ut alibi, Ma. *Dei* om. Bc et Md. Dein v. *orationis* excidit in Bb. Quod sequitur *offendere* in A corruptum est in *ostendere.* Paulo post idem liber *quō* (i. e. *quoniam*) pro *cum,* ut solet, bis scribit. Tum *debeas* C. In seqq. post *scriptum* Bb om. *est.* Statim *in persona* habet Mb. 9) 5, 2. 10) *Ego, inquit,* Mb. 11) *et caute* om. A. Deinceps *ammonet* legitur in Bb et in edd. SP. Venet Dav. atque Kunn., *monet* in Bc et Md, *opponit* in A. 12) Coloss. 4, 2. 13) *Instantes* A. Mox *de domino* (ita etiam C) *quod postulant posse* Bb, *postulent* Ma. Pro *quos* A *quod.* C *deus* om. Tum *in oratione videat* scribit Bb.

XXIII. 1) *aut* $^{\overline{ut}}$ Mb. Mox *ad dominum* C, *a domino* Bb, *veniamus* ed. Dav. 2) Desunt haec in C, qui deinde habet *praecatur dominum.* 3) *in igne* C. Vid. Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. Pro *utique*

et sermo non habens fructum promereri deum non potest, quia nulla est operatione fecundus. Et ideo [4]) scriptura divina instruit dicens [5]): *Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna.* Nam qui [6]) in die iudicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est. Sic denique [7]) Cornelius centurio cum oraret, meruit audiri; fuit enim faciens multas eleemosynas in plebe et semper orans deum. Huic [8]) circa horam nonam oranti adstitit angelus testimonium reddens sui operis et dicens [9]): *Corneli* [10]), *orationes tuae et eleemosynae tuae ascenderunt ad memoriam coram deo.* Cito orationes ad deum [11]) ascendunt, quas ad deum merita nostri operis inponunt. Sic et Raphaël [12]) angelus Tobiae oranti sem-

---

A *itaque.* Mox *promereri dominum* Ba, *mereri dominum* C. Tum *qui* pro *quia* codd. praeter A omnes et edd. ante Baluz. Deinde ordine inverso *nulla operatione fecundus est* libri mss. omnes editique Manutiano antiquiores cum Morelliano. 4) *Et idcirco* Bc. Mcd. A. Post *scriptura* Me infercit *de helimosina* (sic). 5) Tob. 12, 8. 6) *cum* pro *qui* Ba. Statim *in diem* pr. idem liber. Infra *venientibus dignus* A. 7) *undique* A. Tum *et Cornelius* Bc et Mcd, in Mb particulam *et* r. m. intrusit. *Cordelius* pr. C. Mox *cum* om. A. Dein *audire* habet Ma, *audire* (ita Bc. Md. A) a m. pr. etiam Mb. Coniunctio *enim* abest a meis libris; legitur tamen in Ver. et tribus Anglicis, item in edd. Grav. Morell. Baluz. atque Goldh. Proxime pro *in plebem* scripsi *in plebe* cum codd. Ver. W et Mabd, *in plebem semper* (om. vocc. *orans deum*) exhibet Bb, *dominum* C. Vid. Act. 10, 1. 8) *Hinc* Bc et Mcd. Tum *circa oram* Bc. Mox *adsistit* Ba, *asstitit* Bb, *astitit* Bc. Mcd. A, item edd. vett. et Erasm. Deinde *suis operibus* Ver. et A c. ed. Morell. 9) Act. 10, 4. 10) Additur *inquit* in Mb. Prius *tuae* om. Bbc et Mcd, alterum edd. vett. c. Erasm. Tum *in memoriam* scribunt Bb et A. Statim *coram domino* habet Bb. 11) *ad dominum* utroque loco C et Bb. Pro *quas* reperitur *quae* in W. Ma et Ba. Tum *ad dominum* habent Bab. 12) *Rafael* C, *Raphahel* Mabdf et Babc. Dein

per et semper operanti testis fuit dicens [13]): *Opera dei revelare* [14]) *et confiteri honorificum est; nam quando orabas* [15]) *tu et Sarra, ego optuli memoriam orationis vestrae in conspectu claritatis dei. Et cum sepelires tu mortuos simpliciter et quia non es cunctatus* [16]) *exsurgere et derelinquere prandium tuum, et abisti et condidisti mortuum, missus sum temptare te; et iterum me misit deus curare te et Sarram nurum tuam; ego enim Raphaël, unus ex septem angelis iustis, qui adsistimus et conversamur ante claritatem dei.*

Thobiae Bb. - Verba proxima *oranti semper et semper* desunt in Mb, *semper oranti* habent Bc et Mcd. Prius *semper* excidit in Bb, alterum in Ba et A; *operanti* correctum ex *oranti* in W. Pro *testis fuit* in C scribitur *astitit*. 13) Tob. 12, 11 seqq. 14) *relevare* C. 15) *nam cum orares* Mb. *Sara* Bbc et Mcde itemque edd vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *sacra* A. *Optuli* receptum e codd. Mb et Bb. De qua scriptura (vid. *Wagner.* de Orthograph. Vergil. p. 414) plura exempla dedi ad Ambros. de offic. p. 268 et 270. Vulg. legitur *obtuli*. Deinde *in conspectum* edd. Manut. Pamel. et Rig. c. Oxon. Correxit vir doct. in Gotting. Manut. ed. exemplari *in conspectu*. 16) *contatus* edd. SP. Venet. et Kunn. Tum *surgere* Ma et Bb c. ed. Dav. Deinde *relinquere* C. Bac et Mcd. Mox *et* pro *sed* ante *abisti* codd. et edd. Pamelianam antecedentes cum versione antiqua. Statim *abiisti* Bc et Mcd c. A. Tum *condisti* C. W. Maf. Ba et pr. Mb, *fodisti* Me. Dein *et missus sum* codd. mei omnes. Conspirant etiam edd. vett. c. Erasm. Manut. et Morell. concordante editione Dav. In seqq. *et nunc misit me deus*, quod convenit Graeco: *καὶ νῦν ἀπέστειλέ με ὁ θεός*, tacite dedit Morellius. *Misit me* item exhibent edd. vett. et Erasm. Dein *ut curem* Bb, *te* al. m. superscripsit in W. *Sarram* (*Sarra* Ba, *Saram* Bb. Me et A, item edd. vett, Erasm. Grav. Morell.) om. Bc et Mcd. Proxime v. *sum* om. Bc et Mcd. In C, ut supra, scribitur *Rafael*; in Mabc et Bac *Raphahel*. Dein *angelus unus ex septem angelis iustis* habet A, *angelis sanctis*, quod respondet Graeco, Mf et ita plerique libri veteres notante Baluzio Receperunt hanc lectionem

XXIV.

Per Hesaiam [1]) quoque dominus admonet et docet similia contestans: *Solve*, inquit [2]), *omnem nodum iniustitiae, resolve suffocationes inpotentium commerciorum. Dimitte quassatos* [3]) *in requiem et omnem consignationem iniustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam* [4]). *Si videris nudum, vesti, et domesticos seminis tui non despicies* [5]). *Tunc erumpet temporaneum* [6]) *lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et claritas dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et deus exaudiet te* [7]). *Dum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum.* Adesse se repromittit [8]), et audire ac pro-

---

Morellius et Oxonienses. *Adsistimus* pro *assistimus* scripsi cum codd. C. W. Mab et Ba, quibuscum facit ed. Morell., *absistimus* moxque *domini* habet A. De hoc loco conf. de mortalit. cap. VII.

XXIV. 1) *Hesaiam* edd. Venet. Dav. et Kunn., *Hysaiam* SP., *Esaiam* W. Ma. Bab editionesque Remb. et recentiores, *Eseiam* C et Mb, *Isaiam* Mce, *Ysaiam* Bc et Mdf; inepte *per claritatem quoque admonet* A, *ammonet* W et edd. vett. c. Erasm., *dicens* pro *contestans* Bb. 2) *Solus*, *inquit* A. Vid. Hes. 58, 6. Abest *omnem* a C. Tum *conmerciorum* Mc. 3) *cassatos* Bb et A. 4) Verba *et egenos sine tecto induc in domum tuam* om. A. Vocibus *sine tecto* r. m. praemisit *et* in Mb. 5) *non despicies* a m. pr., a sec. *non despicias* Mb, *ne despicias* Bc et Mcd. 6) *temporanum* (sic) W. Ma et pr. Mb, *temporaneum* Ba. Tum *non* pro *cito* A, *citius* Mcd. Dein *orietur* Bb, *operientur* Mbcd et Bc. Vid. de opere et eleemos. cap. IV. not. 9. Mox *te* om. C, *praeibit te iustitia tua* exhibent Bc et Mcd. 7) *exaudies*, *et* A. Coniunctionem *et* a Pamelio tacite illatam ceteri codd. mei omnes recte omittunt. Vid. Graecum textum. Tum *dicit* C. Mb et Ba. Verba seqq. usque ad *qui iniustitiae nodos* desiderantur in A. Dein *assum* Bbc et Mcd c. ed. Dav. 8) *et de se repromittet* scribit Ma,

tegere se eos dicit, qui iniustitiae nodos de corde solventes et eleemosynas circa domesticos dei secundum eius praecepta facientes, dum audiunt quod deus praecipit fieri, ipsi quoque a deo merentur audiri. Beatus apostolus Paulus in necessitate pressurae adiutus a fratribus opera [9]) quae fiunt sacrificia dei dixit esse. *Saturatus sum,* inquit [10]), *recipiens ab Epaphrodito ea quae a vobis missa sunt, odorem suavitatis, sacrificium acceptum et placitum deo.* Nam quando [11]) quis miseretur pauperis, deum faenerat; et qui dat minimis deo donat, spiritaliter deo suavitatis odorem sacrificat.

---

et sese repromittet W, *promittit* habent Bc et Mcd, item edd. Erasm. et recentiores exceptis Baluz. atque Goldh. Quod sequitur *et* al. m. supra addidit in W. Pro *ac* legitur *et* in libris ante Manut. editis. Proxime pron. *se* om. Mb, *eos se* habent Bc et Mcd, unde non immerito suspicari possis *se* ex glossemate fluxisse. In seqq. *ea praecepta* scribit A moxque *dominus* Bb. Tum *praecepit* exhibent C. Mb. Bab. A et omisso *fieri* Bb, in quo deinde est *merentur a domino.* Male *a deo memorantur* dat Ma et *audire* A. 9) *opera* om. A, *operae* habet C, *opere* Ba. Expunxi *bona*, quod tacite adiecerat Pamelius, quem secuti sunt editores recentiores, utpote omissum in codd. omnibus. Tum *dei sacrificia* legitur in A, *deo* in C. Bc et Mcd, *dicit* e corr. in Bb. 10) *Saturatus, inquit, sum* Bc. Vid. Philipp. 4, 18 Dein *percipiens* A, *suscipiens* Bb. Statim *ab Epafrodito* C. W. Macde et Bac, *ab Ephafrod.* Mb, *a Pafrod.* Bb. Proxime *a nobis* A. Tum *odore* W et Ma, *odores* C et Me, *receptum* Ba, *placentem* (sic) W et Mab, *placens* Bc et Mcd; *odorem suavitatis sacrificio accepto et placente deo* edd. Dav. et Erasm., *odore suav., sacrificio accepto et placente deo* Mf editionesque SP. Venet. Kunn. Remb. 11) *quando* om. Bc et Mcd. Tum *qui* habent codd. omnes praeter Ba et Me. Deinde *pauperi* C. Macde. Bc. A, *pauperibus* Mb et Ba. Statim *deo* codd. omnes excepto Bb, qui scribit *domino.* *Deo* item exhibent edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell., *deum* primus dederat Manutius eumque secuti sunt Pamelius et posteriores. Pro vulg. *fenerat* (*feneret* exstat in A, *feneratur* in ed. Remb.) recepi *faenerat* e Bb. De qua

XXV.

In orationibus vero [1]) celebrandis invenimus observasse cum Daniele tres pueros in fide fortes et in captivitate victores horam tertiam, sextam, | nonam sacramento 215
scilicet trinitatis quae in novissimis temporibus manifestari habebat. Nam et prima hora in tertiam [2]) veniens consummatum numerum trinitatis ostendit. Itemque [3]) ad sextam quarta procedens declarat alteram trinitatem. Et quando a septima nona conpletur [4]), per ternas horas trinitas perfecta numeratur. Quae horarum [5]) spatia iam pridem spiritaliter determinantes adoratores dei statis et

---

scriptura et de locutione *aliquem faenerare* vid. quae posui ad Nostrum de Lapsis cap. XXVIII. n. 12. et de habitu virginum cap VIII. n. 12. Conf. de op. et eleemos. cap. XIV. fin. et cap. XV. Tum *minimis his* Bc et Mcd. In Mb *his* a r. m. superscriptum legitur. Vocc. *deo donat* om. Mf. *Domino* pro *deo* utroque loco habet Bb. Dein *spiritualiter — odorem suavitatis* dant Bc et Mcd, *s. odore* C. W. Ma, *s. odores* scribit Me.

XXV. 1) *quoque* pro *vero* Bb. Mox *cum Danihele* W (a s. m.) et Ma, *cum Danihelo* a m. pr., a sec. *cum Danihele* Mb, *cum Danihel* Ba et pr. W. Dein *et tres pueros* C. Bbc et Mcd. Post *fortes* C. Bc et Md part. *et* om. Pro *victores* A habet *prudentes.* Tum *hora tertia, sextam, nonam* W et Ma, *hora tertia, sexta et nona* Ba, *et nonam* Bb. *Sacramentum* Ver. et Bb, *sacramenta* Me c. Vat. 2. Deest *scilicet* in A. In clausula *habeat* scribunt Bc et Mcd, *habebant* Me et Vat. 2. 2) *prima horam tertiam* (sic) A. Tum *venies* C. 3) *Idemque* Bb, *item quae* Ba et pr. Mb, in quo r. m delevit *quae*; *item* Bc et Mcd, *item* a m. pr., a sec. *itemque* Me. Mox *a quarta* Mb et Bb, *et quartam* Ba. Dein *precedens* A et pro *declarat* Bc et Md *dederat.* 4) Ita C et Mbc, *compl.* vulg. 5) *orarum* Ba. Tum *spacia* Bbc et A. Deinde *spiritualiter* Bc et Me. *Determinata* scripsit Gravius. Optime *statis* pro *statutis* habet Ba. Vid ad Donat. cap I. n. 2. ibique *Baluz.* Neque *statis*, neque *statutis* legitur in Bc et Mcd. Iidem libri dant *ac* pro *et.*

legitimis ad precem temporibus serviebant. Et manifestata [6]) postmodum res est sacramenta olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit [7]) spiritus sanctus, qui gratiam dominicae repromissionis inplevit. Item Petrus hora sexta [8]) in tectum superius ascendens signo pariter et voce dei monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentilibus ante dubitaret. Et dominus hora sexta crucifixus [9]) ad nonam peccata nostra sanguine suo abluit et ut redimere et vivificare nos posset, tunc victoriam suam passione perfecit.

XXVI.

Sed nobis, fratres dilectissimi [1]), praeter horas antiquitus observatas orandi nunc et spatia et sacramenta creverunt. Nam et mane orandum est [2]) ut resurrectio

---

Serviebant, quod tuentur codd. et edd., Gravius et Baluzius sine causa mutarunt in *servabant*. 6) *manifesta* Bc et Mcd, quibuscum conspirant edd. vett. Deinde *sacramentum* cod. Cambr. et edd. Erasm. Grav. atque Morell., *sacramento* Ma. 7) Ordine inverso *spiritus sanctus descendit* Bc et Mcd, v. *spiritus* bis scriptum est in Ba. Mox *promissionis* C. W. Mab. Ba, *passionis* Bc. Mcd. A et pr. Ma, *passionis dominicae* a m. pr., ex corr. *domin. pass.* Me. Tum *inplevit* C (*implevit* vulg.), *inplebit* W. 8) *per horam sextam* pro *Petrus hora sexta* Bc et Mcd. Mox *domini monentis* C et Bb. Ante *ut* Bb infercit part. *et*. Proxime *admittere quo* A. Praepositio *de* abest a Bb. Tum *gentibus* exhibent Ver. C. Bbc. Mcde et A. Adv. *ante* om. Bc et Mcd. 9) *crucifixus est* A. Deinceps *suo sanguine* Bb. Pro *et ut* Mb *ut et*. Tum *ut* (pro *et*) *iustificare* A. In seqq. *sua* pro *suam* C. Bc. Mcde. A. Dein *perficit* Me et pr. W.

XXVI. 1) *kmi* Bc et Mcd. Mox *observandas* W. Maf et Ba, *observandi* edd. SP. Venet. Kunn, *obsecrandi* Remb. Tum *spacia* Bbc. Ma. A et edd. vett. c. Erasm. 2) *est* om. Bb. Post *ut* interponitur *et* in Mb.

domini matutina oratione celebretur. Quod olim spiritus sanctus [3]) designabat in psalmis dicens: *Rex meus et deus meus, quoniam ad te orabo* [4]) *domine; mane exaudies vocem meam, mane adsistam tibi, et contemplabor te.* Et iterum per prophetam loquitur dominus [5]): *Diluculo vigilabunt ad me dicentes: Eamus et revertamur ad dominum deum nostrum.* Recedente item [6]) sole ac die cessante necessario rursus orandum est. Nam quia Christus sol verus est et dies verus [7]), sole ac die saeculi recedente, quando oramus et petimus ut super nos lux denuo veniat, Christi precamur adventum lucis aeternae gratiam praebiturum. Christum autem diem dictum declarat in psalmis spiritus sanctus [8]). *Lapidem* [9]),

---

3) Pro v. *sanctus* in Mb omissa ibidem r. m. perperam superscripsit *sps*, *designat* habet A, *signabat* Ma, *in psalmis designabat dicens* Mb, *dic. in psalm. designat* Me. Vid. Psalm. 5, 3. 4) *orabo ad te* A, *ad te adorabo* Ver., *orabo mane, et exaudies* Bb, *domine, mane, et exaud.* edd. vett. c. Erasm., *domine, et exaud.* C. Tum *adsistam* C. W. Mab. Ba et ed. Morell., *assistam* vulg. *Adstabo tibi et videbo te* C, *adstabo tibi et exaudies me* alii tres ap. Baluz., *et contemplabo te* Ma. 5) *loquitur*, *dñe* W, *dominus dicens* Mb. Vid. Osee. 6, 1. Dein *manet et diluculo* pr. Me. Postea autem correctum est *mane diluculo*, ut legitur in A. *Deluculo* C et pr. Mb. Tum *vigilabant* Me. 6) *iterum* Bb. Dein A *et* pro *ac*. Mox *rursum* Mf et edd. vett. c. Erasm. atque Grav. Post *orandum* W et Ma om. *est*, ut supra (vid. n. 2.) Bb. 7) Ita C. W. Mabcde. Bbc. A, *sol verus est et dies verus est* Ba, *sol verus et dies verus est* Mf, item edd. Manutianam antecedentes, *sol verus et dies est verus* Manut. et posteriores. Voc. *saeculi* om. A. Proxime verba *et petimus* in Mb eadem manus inter versus supplevit. Quod sequitur *ut* abest a Bc et Mcd. Tum *denuo lux* scribit Me et *veniet* A. In seqq. pro *gratiam* Bc et Mcd habent *adventum*. 8) *in psalmis declarat* Ba et Mf editionesque vett. c. Erasm. et Grav., *decl. spiritus sanctus in psalm.* Mb. 9) Scripsi *lapidem* (pro vulg. *lapis*), *inquit, quem reprobaverunt aedificantes hic factus*

inquit, quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli. A domino factus est iste, et est admirabilis [10]) *in oculis nostris. Iste* [11]) *est dies quem fecit dominus; ambulemus et iucundemur in eo.* Item quod sol appellatus sit [12]) Malachim propheta testatur dicens [13]): *Vobis autem, qui timetis nomen domini* [14]), *orietur sol iustitiae, et in alis eius curatio est.*

XXVII.

Quod si in scripturis sanctis sol verus et dies verus [1]) est Christus, hora nulla Christianis excipitur, quo minus

---

est, nixus auctoritate codicis Mb, quocum in Test. II. 16. p. 291 concordant Ba et Mc; legitur enim Psalm. 117, 22.: *Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.* Vid. ad cap. XIII. n. 8. Relat. *quem* a r. m. in mg. habet Me. 10) Ita Mabe. Ba et Test. l. c. Conspirant edd. Grav. Manut. Morell. et recentiores, *factus iste et est mirabilis* habet W, *et est mirabilis* etiam Bb, *factus est iste, et hic est mirabilis* C, *fact. iste* (sic a m. pr., a sec. *est* pro *iste*) *et est admirabilis* Me, *factus est, et est admir.* dant exemplaria vett. et Erasm., *factum est istud, et est admirabilis* (sic) scribit Mb, *factum est istud, et est mirabile* legitur in Mcd et A, *factum est istud, hoc est mirabile* in Bc. 11) *Ipse* Bc et Mc, *ista — quam* A, *hic* C. Tum *ambulemus et iocundemur* Babc. Macdef et A, *exultemus* (ita etiam Ver.) *et iocundemur* quattuor libri a Baluzio excussi et exemplar Morell., *exultemus et laetemur* Mb c. tribus vett. Baluzianis, *laetemur et epulemur in eum* C; *in ea* A. 12) *est* A. Dein *Malachim* tredecim codd. Baluziani, item Mel' et A editionesque Venet. Kunn. Remb. Erasm. Mannt., *Malachin* W. Mab et Ba c. ed. SP., *Malacin* C, *Malachiel* Ver., *Malachil* Fuxens., *Malachias* Vat. 1. Bbc et Mcd, quibuscum faciunt edd. Grav. Morell. atque recentiores. 13) Malach. 4, 2. 14) *denm* pro *nomen domini* A. Vitiose *in aliis* C et Mf. Tum *cura est* A.

XXVII. 1) Vocc. *et dies verus* pr. omissa ab r. m. in mg. habet Bc. Dein *Christus est* Mb. Mox *nulla hora excipitur Christianis* C. Ante *Christianis* praepositionem *a* omisi praeeuntibus

frequenter ac semper deus debeat adorari, ut qui in Christo, hoc est, in sole et in die vero sumus, insistamus per totum diem precibus et oremus, et quando mundi lege decurrens vicibus alternis nox revoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest, quia filiis lucis et noctibus dies est. Quando enim sine lumine est cui lumen in corde est? Aut quando [2]) sol ei et dies non est, cui sol et dies Christus est? Qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, nec [3]) noctibus ab oratione cessemus. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper et vigilans perseverabat in promerendo deo [4]), sicut in evangelio scriptum est: *Non recedebat,* inquit [5]), *de templo ieiuniis et*

---

libris mss omnibus praeter Mf. Proxime *et semper* pro *ac* (in Mb male scribitur *hac*) *semper* exhibent Bb et A. Ante *die vero* praepositionem in A omissam al. m. supra addidit in W, item *vero* in Me. Post *sumus* W. Ma et Ba interponunt *et. Instemus* dat C et *per totam diem* Ba, *diem* om. Bc et Mcd. Post *oremus* coniunct. *et* al. m. superscripsit in W, dein *legem* habent W. Ma et Ba, tum *decurrentis* Mbcd et Bc moxque *resoluta* W. Mab. Ba et Vat. 3. Item edd. vett. atque Erasm. Infra *dampnum* Bbc. Mcdf et A c. ed. Dav. Dein *qui* pro *quia* Bc et Mcd, *et* deſit in Mc et A, *et noctibus* praestant Ver. W. Macd. Bbc et Vat. 4. Concordant edd. vett. et Morell. Ita et Noster paulo post: *nec noctibus ab oratione cessemus. Et nocte* dederunt Erasmus et Gravius, *et in noctibus* Manutius, Pamelius ac recentiores. Cod. Me in contextu mendose habet *et innocentibus,* in mg. autem a r. m. *et noctibus*; Ba scribit *filius lucis et noctis.* 2) *quomodo* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *quando* ^{ei} *sol* (*ei* ab r. m. superscr.) Mb. Proxime part. *et* corr. m. inter lineas addidit in Me; *quando sol et dies Christus est?* intermediis omissis exhibent Bc. Mcd. A. 3) *ne* Bc et Mcd. Dein *ab* supra adiectum in Ba, *adoratione* pro *ab orat.* scribitur in W. 4) *deo* a corr. m. inter versus habet Me, *domino* Bb. Dein *sicut et* idem liber, *sicut scriptum est in evangelio* A, *dicitur* pro *scriptum est* Mb. 5) *inquit* om. C. Vid. Luc. 2, 37.

orationibus serviens nocte ac die [6]). Viderint [7]) vel gentiles, qui necdum inluminati sunt, vel Iudaei, qui deserto lumine in tenebris remanserunt. Nos [8]), fratres dilectissimi, qui in domini luce semper sumus, qui meminimus et tenemus quid esse accepta gratia coeperimus, conputemus noctem pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine [9]), non inpediamur a tenebris, quas evasimus. Nulla sint horis [10]) nocturnis precum damna, nulla orationum pigra et ignava dispendia. Per dei [11]) indulgentiam re|creati spiritaliter et renati imitemur quod 216
futuri sumus. Habituri [12]) in regno sine interventu noctis solum diem, sic nocte quasi in lumine vigilemus; oraturi semper et acturi gratias deo hic quoque orare et gratias agere non desinamus.

---

6) *die ac nocte* Bbc. Mcd. A, *nocte et die* C. W. Mab. Ba. 7) *Viderint* a m. pr.; *viderunt* a rec. Mb, *viderunt* Bbc et Md. Tum *inluminati* C. W. Mab et Bab, *illum.* vulg. Mox *deserto lumine* omnes fere libri mss. a Baluzio inspecti conspirantibus Mbf. Bab et edd. vett., Erasm. Grav. Morell. Baluz., *deserti lumine* C. W. Macde. Bc. A, item edd. Manut. Pamel. Rig. atque Oxon., *deserti a lumine* quattuor codd. Baluziani, alii tres *derelicti a lumine.* Deinde *in tenebras* (ab ead. m) W, *in tenebras* Ba et *permanserunt* Bb. 8) *Nos autem* Bb, *nos vero* A. Tum *fratres kmi* et *in domino luce* Bc et Mcd, *emimus et tenemus* A. Deest *accepta* in Bb. Male *coepimus* Me. 9) *in die* Bb. Statim *ne* pro *non* Bc et Mcd. Sed praestat vulgatum *non*, quod fortius negat, quam *ne.* Vid. *Ramshorn.* Grammat. Lat. §. 173. not. 1. Praepositionem ante *tenebris* al. m. inseruit in W. 10) *Nulla in thoris* Bb. Mox *damna precum* Bc, *dampna prec.* Mcd, *dampna* etiam Bb. A et ed. Dav. 11) *domini* Bb. Deinde *spiritualiter* Bc. Me. A. 12) Addunt *semper* Bc et Mcd. In Mb r. m. superscripsit *semper*, quod glossam sapit. Tum *in regno dei* exhibet Ver., mox idem liber *si in nocte*, deinceps *in luce ambulemus* A, *in lucem vigilemus* C. Proxime *et acturi* al. m. supra lin. adiecit in W, *gratias deo acturi* scribunt Bc et Mcd, *domino, huic quoque* habet Bb, *et gratias deo agere* A.

DE
MORTALITATE *).

I.

Etsi apud plurimos vestrum, fratres dilectissimi [1]), 229
mens solida est et fides firma et anima devota, quae ad praesentis mortalitatis copiam non movetur, sed tamquam petra fortis et stabilis turbidos impetus mundi et violentos saeculi fluctus frangit potius, ipsa nec frangitur et temptationibus non vincitur, sed probatur; tamen, quia [2]) animadverto in plebe quosdam vel inbecillitate animi, vel fidei parvitate, vel dulcedine saecularis vitae, vel sexus

*) Deest lemma in A.

I. 1) *carissimi* A. In seqq. *tanquam* Bb. Male; nam ante *q* requiritur *m*. Vid. *Wagner*. l. c. p. 453. Litt. *M*. Dein *stabilis et fortis* W. Similiter Noster infra cap. VII. *stabilis et firmus*. Sed *fortis et stabilis* constanter habet de bono patient. cap. V et VIII. Epist. 68. p. 120. Epist 81. p. 163. Epist. ad Fortunat. cap. XII. p. 273. Pro *et* A perperam scribit *est*. Mox *violentus* Mb. In hoc libro distingnitur post *frangit*, in Mc post *ipsa*, ut in edd. Manut. Pamel. Rig. atque Oxon., rectius ante *ipsa* in Dav. Grav. Morell. et Routh. Rell. libri tam scripti, quam editi comma omittunt; *pocius nec ipsa frangitur* exhibet A. Dein *nec* pro *et*, ante *vincitur* negatione omissa, ed. Dav. 2) *qui*^{a} (ex emend. r. m.) W, *quoniam* Ver. Mox *cum* pro *animi* A. Idem *pravitate*. Statim *et*

mollitie, vel, quod magis est, veritatis errore minus stare fortiter, nec pectoris sui divinum atque invictum robur exserere, dissimulanda res non fuit, nec tacenda, quo minus, quantum nostra mediocritas sufficit, vigore pleno et sermone de dominica lectione concepto delicatae mentis ignavia comprimatur et qui homo dei et Christi esse iam coepit deo et Christo dignus habeatur. Adgnoscere [3]) enim se debet, fratres dilectissimi, qui deo militat, qui positus in caelestibus castris divina iam spirat, ut ad pro-

---

dulcedine Mb. Al. ord. *vitae saecularis* A. Deinde *vel quod magis est veritatis, vel sexus mollitiae errore* (sic) Mb. *Quod magis est*, *was mehr der Fall ist* vel *was mehr Grund hat*, pro *quod maius est* (ita Mc et edd. Erasm. ac posteriores omnes) praestant etiam W. Mad. Bab. A itemque vett. edd., unde in textum recepi. Cum locutione *veritatis errore* apte comparat Routhius *Tacit.* Hist. II. 72., qui habet *errore veri* i. e. *ignorantia rei* vel *facti*. Mox pro *invictum* in duobus libris vett., quibus usus est Baluzius, legitur *incorruptum*. Deinde *robor exerere* scribit Mb, *exerere* item exhibent W. Ma et Bb c. edd. Manut. atque posterioribus praeter Morell. et Goldh, in quibus correctum est *exserere*; *exercere* Mcd et A veteresque edd., Erasm. et Grav. Vid. de zel. et liv. cap. II. not. 7. In seqq pro *nostra mediocritas* A habet *mea med.* *Sufficit*, quod pro vulg. *potest* ex optimis libris restituit Baluzius, confirmant codices mei omnes. Statim *vigore et sermone pleno* scribit Mb, *vig. atque serm.* A, *ignavia comprimatur* (pro *compr.*) Mb, *ignaviam comprimat* Md, *ignaviam comprimat* Morell. Tum *ut* pro *et* dant Ba et Md conspirante exemplari Morell. Paulo post *de deo et Christo* reperitur in Ma. 3) Ita W. De hac scriptura videndus est *Wagnerus* de Orthogr. Vergil. p. 407. Infra cap. II. idem liber exhibet *adgnovit* et cap. XI. una cum Ma *adgnoscimus*. De cathol. eccl. unit. cap. VIII not. 5. *adgnoscere* Ma, cap XXI. p. 49. not. 4. *adgnoscite* W et Ma. Ad Demetr. cap. VI. c. f. *adgnoscis* Ma. De opere et eleemos. cap. II. *adgnoscimus* W et Ma. Ibidem cap. XV. *adgnoverunt* uterque liber. In seqq. recepi *spirat* e codd. W. Macd et A, quibuscum concordant etiam Ver. Neap., quinque Anglici et duo Baluziani editionesque Morell. et Oxon. Ceteri libri

cellas et turbines mundi trepidatio nulla sit nobis, nulla turbatio, quando haec ventura praedixerit dominus providae vocis hortatu instruens et docens, et praeparans atque corroborans ecclesiae suae populum ad omnem tolerantiam futurorum, bella et fames et terrae motus et pestilentias per loca singula exsurgere praenuntiavit et cecinit. Et ne inopinatus [4]) nos et novus rerum infestantium metus quateret, magis ac magis in novissimis temporibus adversa crebrescere ante praemonuit. Fiunt ecce quae dicta sunt, et quando fiunt quae ante praedicta sunt [5]), sequentur et quaecumque promissa sunt domino

---

scripti et editi habent *sperat*. Similiter Noster Ep. XV. p. 24. ed. Baluz.: *Plus vos datis, quando nostri in oratione meministis, qui spirantes iam sola caelestia et tantum divina meditantes ad fastigia celsiora mora ipsa passionis ascenditis*. Fluctuat lectio etiam h. l.; codd. enim Mbcd. B (i. e. Ba) et A, in quibus solis insunt Cypriani epistolae, scribunt *sperantes*. Adstipulantur quattuor libri ap. Oxon. et Carnotensis ap. Baluz., nec discrepant edd. vett. c. Erasm. Grav. Morell. Pamel. Sed praeferendum *spirantes*, quod exhibent codd. Ver. Benevent. et Neap. cum Manut. Rig. ac recentioribus. Mox *nulla sit nobis* (vulgo *nulla sit in nobis*) scripsi praeeuntibus libris Ver. W. Mabd. Bab. A et septem Anglicis. Deinceps *nulla* om. A. Pro *turbatio*, quod restituit Baluzius, Bb et in mg. Ba habent *cunctatio*, ut ante legebatur. Tum *eventura* Ver. W et Ba. Proxime *hortator*, quod ex *hortatur* enatum est, Mb, *ornatu* Bb, mox *et corroborans* Mc. In seqq. *pestilentia exsurgent per loca singula* Mb. *Cecinit*, quod pro *docuit* primus e cod. ms. protulit probavitque *I. F. Gronovius* Observatt. III. 24. p. 323 et complurium codicum auctoritate firmavit Baluzius, agnoscunt etiam mei codd et Neap. De hoc usu verbi *canere* vid. *Gronov.* l. c. Adde Nostrum de opere et eleemos. cap. IV. not. 1, ad Demetrian. cap. XVIII. c. f. 4) *inopinatos* Mb. Perperam *sit* pro *nos* pr. Mc. Vocc. *novus rerum* ibidem r. m. addidit. Dein *motus quateret* scribitur in Bb Pro *temporibus* Mb habet *diebus*. Tum *crebrescerent* Mc. 5) Verba *et quando fiunt quae ante praedicta sunt* om. Mb, proxima *sequentur et quaecumque promissunt* desiderantur in A. *Se-*

ipso pollicente et dicente [6]): *Cum autem videritis haec omnia* [7]) *fieri, scitote quoniam in proximo est regnum dei.*

II.

Regnum dei [1]), fratres dilectissimi, esse coepit in proximo. Praemium [2]) vitae et gaudium salutis aeternae, et perpetua laetitia, et possessio paradisi nuper amissa mundo transeunte iam veniunt; iam terrenis caelestia, et magna parvis et caducis aeterna succedunt. Quis hic anxietatis et sollicitudinis locus est [3])? quis inter haec trepidus et maestus [4]) est, nisi cui spes et fides deest? Eius est enim [5]) mortem timere, qui ad Christum nolit

---

cuntur dant Mb et Bb, in Mc *sequentur* correctum est e *sequuntur*. 6) Luc. 21, 31. 7) *omnia haec* A. Tum *quia* pro *quoniam* Bb.

II. 1) Vocc. *regnum dei*, utpote primo praetermissa, corr. m. ad mg. adscripsit in Mc. Statim *in proximo esse coepit* habet A. *Esse* om. ed. Dav. 2) *Praecatum* Ma et *celestis* pro *salutis* A. Mox ed. Baluz. *perpetua securitas* Unde vero vir doct. hanc lectionem sumpserit, incompertum habeo. Similiter quidem Noster cap III. init.: *stabilis et firma et perpetua securitas* et paulo ante (cap. II. c. f.): *quando de istis mundi turbinibus extracti sedis et securitatis aeternae portum petimus.* Verumtamen h. l. auctoribus libris manu exaratis, quotquot innotuerunt, omnibus ceterisque editis scribendum *perpetua laetitia*, ut legitur etiam ap. S. *Augustinum* contra duas epist. Pelag. IV. 8. §. 22. T. X. p. 481. B., ubi laudatur hic locus. Vitiose *modo transeunt* Ma, *transeunti* Ba. Pro altero *iam*, quod deest in A, W et Ma scribunt *et*. 3) *est locus* pr. Ma. 4) *inter est haec trepidus metus* a m. pr., a sec. *inter haec trep.* *et* *mestus* Mc, *mestus* etiam W. Bab. Md. A editionesque SP. Dav. et Kunn., recte *maestus* Mab et exemplaria Venet. Remb. Manut. Pamel. Rig., *moestus* ceteri editores. Vid. *Cellar.* Orthograph. Lat. v. *maereo* et *Wagner.* l. c. p. 453. v. *maerere.* Dein *est* om. W. Mox *fides* *fideles* A. 5) *Eius enim est* A. Verba proxima *eius* (*cuius* W) *est ad Christum nolle ire*, quae

ire; eius est ad Christum nolle ire, qui se non credat cum Christo incipere regnare. Scriptum est [6]) *iustum fide vivere.* Si [7]) iustus es et fide vivis, si vere in Christum credis, cur non cum Christo futurus et de domini pollicitatione securus quod ad Christum voceris amplecteris et quod diabolo careas gratularis? Symeon [8]) denique ille iustus, qui vere iustus fuit, qui fide plena dei praecepta servavit, cum ei divinitus responsum fuisset quod non ante moreretur, quam Christum vidisset et Christus infans in templum cum matre venisset, adgnovit in spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante praedictum; quo viso scivit se cito esse moriturum. Laetus

---

in Mb et A desunt, ab al. m. inter lin. habet W. Tum *credat* W et Mb, *credit* Mc et A, item edd. Manutianam antecedentes. Deinde *in perpetuum* pro *incipere* A, *in perpetuo* cod. Sorbonicus ap. Baluz., *perpetuo regnaturum* margo editionis Lugdunensis anni 1544, ut refert idem Baluzius. Adnotavit *I. F. Gronovius* Observatt. p. 627 sq.: „Membranae: *qui se non credat cum Christo in perpetuo regnare.* Quod credo mutasse quibus videbatur incommode positum solum *regnare*, quasi iam nunc regnent. At optimis auctoribus praesens infinitivi pro futuro usitatum", idque probavit vir doct. exemplis e Cicerone, Livio et Plauto adlatis. 6) Ita codd. Ver. Neap. et mei omnes. Vulg. additur *enim.* Tum *ex fide* Mb et ed. Dav. Vid. Habac. 2, 4 et Rom. 1, 17. 7) Deest *si* in W. Mox *in deum credis* W. Mabc. Ba. A et libri ante Baluz. editi, *in domino cr.* Bb, *in Christum cr.* solus Md. Post *Christo* Bb addit *zabulo domino.* Dein *sollicitudine* pro *pollicitatione* scribit A. Mox *diabolo* (*zabulo*, quod exstat in edd. vett., Erasm. atque Grav., ab r. m. supra adiecto) legitur in Mc. 8) *Simeon* W. Ma. Bb, item edd. Grav. et Morell., *denique* om. Bb. In seqq. *praecepta dei* habet A, *dominicus* pro *divinitus* Ma, *ante non* Bb. Paulo post *infans* om. A, *cum matre in templum* dat Mb, *adgnovit* (vid. ad cap. I. n. 3) pro vulg. *agnovit* W, *ac novit* Ba, *cognovit* Md. Tum *natum fuisse iam* Mc, *natum iam fuisse* A. Mox *sibi* om. Ba. Dein *ante fuerat praedictum* ponit A. Idem liber ante *moriturum* om. *esse.*

itaque de morte iam proxima et de vicina [9]) arcessitione securus accepit in manus pue|rum et benedicens dominum 230
exclamavit et dixit: *Nunc dimittis servum tuum, domine* [10]), *secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum,* probans scilicet atque contestans tunc esse servis dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de istis mundi turbinibus extracti sedis et securitatis aeternae portum petimus, quando expuncta hac morte ad immortalitatem venimus.

III.

Illa est enim [1]) nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis et firma et perpetua securitas. Ceterum quid aliud in mundo, quam pugna [2]) adversus diabolum cotidie ge-

---

9) *divina* Mb et pr. W, *vic* (excurrente linea) *et divina* Ma. Pro *accersitione* (ita W. Ma, Mb (a m. pr.), Ba c. edd. Manut. et recentioribus; *accersione* exhibent Mb (a sec. m.). Bb. Mcd. A veteresque edd. et Erasm.) cum Gravio emendavi *arcessitione*. Ita cap. XII. codd. Neap. et Ba pro vulgat. *accersit* optime scribunt *arcessit*. Cap. XIII. Bb habet *arcessione* (scr. *arcessitione*). De forma *arcessere* vid. *Moser.* ad Cic. de divinat. I. 17. p. 86 et II. 4. p. 309. *Wagner.* l. c. p. 417. Proxime *dns* (sic) *exclamavit dicens* A, *deum* W. Macd editique ante Baluzium, concordantes cum Graeco εὐλόγησεν τὸν θεόν, dein *clamavit* Ma. Vid. Luc. 2, 29.

10) *servum tuum*, *dne*, *servum tuum* A. Mox *quia viderunt* Bb et A. Tum *et contestans* edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. Grav. In seqq. *de istius mundi turbinibus* Bb et A c. ed. Morell. Paulo post *expetimus* Mb. *Expuncta* confirmant codd. mei omnes. Dein *hinc* pro *hac* A.

III. 1) *Illa enim est* Bb et pr. Mc. Tum *nostra pax* codd. W. Mabc. Bab. A et edd. ante Baluzium omnes praeter Morell., in qua, ut in cod. Mf, legitur *pax nostra*. Baluzius tacite scripserat *vera pax* eumque secutus est Routhius. 2) *et quam magna pugna* Mb. Dein *adversum diabolum* Bb. Statim *quando* pro *quam* habet

ritur, quam adversus iacula eius et tela conflictationibus adsiduis dimicatur? Cum avaritia [3]) nobis, cum inpudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est; cum carnalibus vitiis, cum inlecebris saecularibus adsidua et molesta luctatio est; obsessa mens hominis et undique diaboli infestatione vallata vix occurrit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est [4]), exsurgit libido; si libido compressa est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscindit. Cogeris maledicere [5]), quod divina lex prohibet; compelleris iurare, quod non licet. Tot persecutiones animus cotidie patitur, tot periculis pectus urgetur [6]); et delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendum sit et

A, *adversum iacula* Bb. 3) Laudat h. l. S. *Augustinus* contra duas epist. Pelag. L. IV. c. 10. §. 27. T. X. p. 486. AB. et contra Iulian. Pelag. L. II. c. 8. §. 25. T. c. p. 542. C. Vocc. seqq. *nobis, cum inpudicitia* om. A. Pro *ira* Ma pr. exhibebat *iracundia*. Proxime post *vitiis* ed. Dav. addit *cum concupiscentiis carnis*. Dein *assidua et iugis et molesta* habent edd. vett., Erasm. atque Grav., septem codd. Baluz. et quattuor Anglici. Sed multo plures libri a Baluzio excussi vocc. *et iugis* non agnoscunt. Exstant eadem neque in meis codd., neque ap. S. Augustin. locc. citt. Deinde *mens hominum* scribit Bb et *nudi quia* pro *undique* A. Statim *zabuli* dant edd. vett. c. Erasm. et Grav. Pro *vix* perperam *via* Ba, tum *in singulis* (a m. pr.) Bb. 4) *et* pro *est* A. Vocc. *si libido* om. A. *Conpressa* pro *compressa* exhibent Mbcd, *oppressa* scribit Bb. Mox *et inflat* Mb, tum *vinulentia* W. Ma, item pr. Mbc. Pro *invitat* Routhius coni. *irritat*. Dein *abscidit* W. Macd. Ba. A. 5) *male dicere* A, *mala dicere* Md. Tum *diva lex* Ma. Vid. Rom. 12, 14. Dein *conpelleris* Mb. Retinui *compelleris*. Vid. *Wagner*. l. c. p. 412. Vitiose *compellitis* A, *amplecteris* Bb. De re adi Matth. 5, 34. 6) *urguetur* Ma et Ba, *urget* W. Mendose *gladio vis diu stare* Ma. Idem liber *obtandum*, dein *subvenientem* Mb,

optandum ad Christum subveniente velocius morte properare ipso instruente nos et dicente: *Amen amen* [7]) *dico vobis, quoniam vos plorabitis et plangetis, saeculum autem gaudebit; vos tristes eritis, sed tristitia vestra in laetitiam veniet.* Quis non tristitia carere optet? quis non ad laetitiam venire festinet [8])? Quando autem in laetitiam veniat [9]) nostra tristitia, dominus denuo ipse declarat dicens [10]): *Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferet* [11]) *a vobis.* Cum [12]) ergo Christum videre gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum nisi quis viderit Christum, quae caecitas animi, quaeve dementia est amare pressuras et paenas, et lacrimas mundi, et non festinare potius ad gaudium, quod numquam possit auferri?

---

veloci A, *mortem* Ma, *xpo* bis pro *ipso* A. Omittunt *nos* Ma et Bb. Ceterum vid. Ioann. 16, 20. 7) Alterum *amen* deest in Ba. Post *quoniam* pron *vos* r. m. supra addidit in W. In seqq. *vos autem tristes* habet Bb. Mox *in laetitia* (*in* a r. m. superscr.) W, *inveniet in gaudium* A, *in gaudium* etiam Bb. 8) *Quis non ad laetitiam venire festinet? quis non tristitia carere optet?* inverso ordine exhibent cdd. Manutiana antiquiores; *optat* scribit W. 9) *in laetitia* (*in* a corr. m. superscr.) W, tum *veniet* A, *laetitia* pro *tristitia* Bb. Tum *ipse denuo* Mb. 10) Ioann. 16, 22. 11) *aufert* W et Ba, *tollet* Ma veteresque edd. c. Erasm. et Grav. 12) *Quoniam* (sine compendio *quo*, ut ubique fere) pro *cum* A. Inverso ordine *videre Christum* libri ante Manut. editi. Post *videre* ita pergit A: *sic non possit. Videri autem esse gaudium nostrum.* Scripsi deinde *nisi quis viderit* auctoribus libris Ver. Neap. 4. W. Mabc. Bab et septem Anglicis, *nisi qui viderit* habet A, *nisi quis* vel *qui viderit* in viginti sex antiquis codicibus reperit Baluzius, in aliis autem quattuordecim *credendi*, vel *credere*; *nisi cum viderimus* legitur in Md et in vulgatis libris. Mox *quae clemencia* (sic) A. Tum *mundi pressuras* Bb et A. Posterior *ac penas*, Bb *pugnas* pro *paenas et mundi lacrimas* A. Statim *non potius festinare* Ma. Is postea male *nunquam*, ut editiones aliquot, etiam recentiores.

IV.

Hoc autem fit [1]), fratres dilectissimi, quia fides deest, quia nemo credit vera esse quae promittit deus, qui verax est, cuius sermo credentibus aeternus et firmus est. Si tibi vir gravis et [2]) laudabilis aliquid polliceretur, haberes pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem stare in sermonibus atque in actibus suis scires. Deus [3]) tecum loquitur, et tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus de hoc mundo recedenti [4]) immortalitatem atque aeternitatem pollicetur, et dubitas? Hoc est deum omnino non nosse [5]), hoc est Christum credendi magistrum

---

IV. 1) *fit,* quod om. Bb, r. m. supra adiecit in W. Pro *vera esse* invitis libris scriptis *Manutius* (non *Remboltus*, ut ait Pamelius) edidit *futura esse.* Tum *promisit* A. 2) *atque* Bb et A. Omisi post *haberes* quod vulgo additur adv. *utique* praeeuntibus mss. Ver. W. Mabcd. Neap. Bb et A, item editione Morell.; sapit enim meram glossam. Conf. infra not. 8. Ante *falli* abest *te* a Ba. Dein *ac decipi* habent edd. vett. et Erasm. Pro *sermonibus* A pessime scribit *arboribus.* 3) Vulg. *nunc deus.* Sed *nunc* om. codd. Ver. W. Mabcd. Neap. Bab. A. Mox *in mente* pro *tu mente* A. Tum *per fidem* Md et *fluctuaris* Mb. 4) Ita codd. W. Mabd. Ba A. *Tibi*, quod Mc (supra lin.) veteresque edd., Erasm. Grav. Morell. et Baluz. post *deus*; cetera autem exemplaria typis descripta, quibuscum facit cod. Bb, post *recedenti* inserunt, e glossemate fluxisse ego nullus dubito. *Recedentibus* legitur in A. Dein veteres editiones et Erasm. ordinem sic invertunt: *immortalitatem pollicetur atque aeternitatem.* Vocc. *atque aeternitatem* om. Ma. Tum *et dubitas?* pro *et tu dubitas?* (*et dubites?* exhibet A) recepi ex codd. Ver. W. Mabcd. Neap. Bab et undecim ab Oxoniensibus excussis. 5) *posse* A. *Credendi magistrum*, quod receperat iam Manutius probante Rigaltio in Observatt., praestant codd. Ver. Benev. W (e corr.). Mad. Ba A et decem Anglici; *credendi magisterium* scribit Mb, *credentium magistrum* exhibent Bb et Mc editionesque Manutianam antecedentes c. Morell. Routh. et Goldh.; *credentium domi-*

peccato incredulitatis offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fidei non habere. Quantum prosit exire de saeculo Christus ipse [6]) salutis atque utilitatis nostrae magister ostendit, qui cum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos dicens [7]): *Si me dilexissetis, gauderetis* [8]) *quoniam vado ad patrem,* docens et ostendens, cum cari, quos diligimus, de saeculo exeunt, gaudendum potius, quam dolendum. Cuius rei memor beatus [9]) apostolus Paulus in epistula sua ponit et dicit [10]): *Mihi vivere Christus est* [11]), *et mori lucrum,* lucrum maximum computans iam saeculi laqueis non teneri, iam nullis peccatis et vitiis carnis obnoxium fieri, exemptum pressuris angentibus, et venenatis diaboli faucibus liberatum, ad laetitiam salutis aeternae Christo vocante proficisci.

---

num et magistrum e quattuor codd. invexit Pamelius, quem Rigalt. (in contextu), Oxon. et Baluzius sequi non debebant. 6) *quem* A. Idem proxime *quoniam* pro *cum*, ut supra. 7) Ioann. 14, 28. 8) *gauderetis utique* Baluzius, Routhius et Goldhornius. Sed adv. *utique*, quod glossam redolet, codd. mei omnes et ceteri editi merito omittunt, neque habet epistola ad Turasium p. 169. Conf. supra not. 2. Dein *quia vado* A, *ad patrem vado* edd. Manutiana antiquiores. Omisi *scilicet*, quod post *docens* primus addidit Manutius, praeeuntibus libris W. Macd. Ba. A et decem Anglicis atque ed. Routh. Tum *kari* scribit Ma. 9) *beatissimus* A. *Paulus* omittitur in Ba. 10) Philipp. 1, 21. 11) *Christus vivere est* A, *est* a r. m. supra lin. habet Mc. Dein *se iam secularibus* A, *secularibus* etiam Bb et Augustinus l. c., *saecularibus* Mb. Mox *vitiis carnalibus* Ver. et novem Anglici. Deest *exemptum* in Bb, *exem*^{p}*tum* (*p* a r. m. superscr.) habet W, *exemtum* Ma. Tum *evenenatis* pro *et venenatis* Bb, *et* a r. m. additum in Mc. Adnotat *Morellius:* „Optimus liber vetustus *venantis.*“ Mb *venenatis a diaboli faucibus,* Ba *fraudibus.* Deinde *eterno* A.

V.

At enim | quosdam movet [1]) quod aequaliter cum 231
gentilibus nostros morbi istius valitudo corripiat, quasi ad hoc crediderit Christianus, ut immunis a contactu malorum mundo et saeculo feliciter perfruatur et non omnia hic adversa perpessus ad futuram laetitiam reservetur; movet [2]) quosdam quod sit nobis cum ceteris mortalitas ista communis; quid enim nobis in hoc mundo non commune cum ceteris, quamdiu adhuc secundum legem primae nativitatis manet caro ista communis? Quoadusque [3]) istic in mundo sumus, cum genere humano carnis aequalitate coniungimur, spiritu separamur. Itaque donec corruptivum istud induat incorruptionem [4]), et mortale hoc accipiat inmortalitatem,

---

V. 1) *movet quosdam* edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. et Grav., *monet* Bb c. A. Quorum hic deinceps *gentibus*, quod reperitur etiam in Erasmi, Gravii et Morellii exemplaribus. Tum *nros* a m. pr., a sec. per ras. *nos* Mb, *nos* A. Statim *valetudo* Mb, *valetudo* Erasm. Grav. Oxon., *valitudo* ceteri libri scripti et editi. Ita et infra c. fin. huius capitis. Mox *ut et* edd. vett., Erasm. atque Grav., *et* a r. m. superscriptum in Mc. Pro *immunis* scribunt *inmunis* Ma. Bb. A. Sed praeferenda altera forma. Vid. *Wagner.* l. c. p. 410, 12. Dein *contagione* A. 2) Ita h. l. etiam Bb, *monet* A. Tum *et nobis* Mb. In seqq. *quamdiu* plerique codd. et editi, *quam diu* W. Mcd et Ba c. ed. Pamel., *quandiu* Ma editionesque Grav. Morell. Baluz. et Routh. Dein *ad* pro *adhuc* A. Proxime pro *caro ista* in Ma scribitur *carcer iste*, quae locutio, utpote mere Platonica (vid. *Ast.* ad Plat. Phaedr. p. 443 et ad Phaedon. p. 518 seqq.), in Cyprianum non quadrat. Conf. Noster in fin. huius capitis. 3) *Quousque* Bb, *quod usque* pr. W. Pro *istic in mundo* A *in hoc mundo*, Bb *istic cum mundo.* Abest *sumus* a Bb et quod sequitur *cum* a Mb. Deinceps *in equalitate* (sic) Ma. 4) *inducit incorruptionem* A. Tum *inducat* pro *accipiat* A. Vid. 1. Cor. 15, 53. Deinde pro lectione *Christus* a Baluzio

et spiritus nos perducat ad deum patrem, quaecumque sunt carnis incommoda sunt nobis cum humano genere communia. Sic cum fetu [5]) sterili terra iciuna est, neminem fames separat: sic cum inruptione hostili civitas aliqua possessa est, omnes simul captivitas vastat. Et quando imbrem [6]) nubila serena suspendunt, omnibus siccitas una est. Et cum navem [7]) scopulosa saxa confringunt, navigantibus naufragium sine exceptione com-

---

ex quattuor codicibus invecta praeeuntibus Routhio et Goldhornio restitui veterem scripturam *spiritus*, quae codicibus meis omnibus et verbis praegressis confirmatur. Ceterum $\overline{xpf}$ et $\overline{fpf}$, ut vocc. *Christus* et *spiritus* in codicibus per compendium scribi solent, passim permutantur. Cf. de opere et eleemos. cap. VII. not. 9. Statim *ad dominum* habent Bb et A. Tum *quaecunque* minus accurate Mac; retinetur enim littera *m* constanter ante *q* in codicibus vetustissimis et optimis. Vid. *Wagner.* l. c. p. 453. Quod sequitur *sunt* r. m. supra lin. addidit in Mc. Mox *nobiscum humano generi* male scribunt A et Mb, in quo *generi* enatum est e *genere*, *nobiscum hum. genere* habet Md, *cum hum. genere sunt nobis communia* Bb. 5) *faetu* Mb et Ba, *foetu* Ma. Grav. Oxon. Baluz. Routh. Goldhorn. Sed vid. *Cellar.* Orthogr. Lat. v. *fetus* et *Wagner.* l. c. p. 437. *Fletu* dant edd. SP. Venet. Kunn., *flatu* Remb. et Erasm. Ceteri libri scripti et editi recte *fetu* (a *feo*). Dein *stereli* et *terra* (ex corr. r. m.) W, *est* om. Ma, *sperat* pro *separat* scribit A. Statim *inruptione* W. Mb. Ba, *incorruptione* Bb, *incorruptionē* a m. pr., e corr. *irruptione* Ma, *incorruptione* (superscr. a r. m. *incursione*) Mc, *incursione* edd. ante Manutium, qui primus dedit *irruptione*. Tum *ab aliquo* Ma et *obsessa* Morell., *professa* A. 6) *ymbrem* Bb, *hymbrem* Mc et edd. vett., *hymbres* Erasm., *imbres* Grav. et Morell. Post *serena* Erasm. Grav. et Morell. addunt *longa*. 7) *navim* Mc, dein *scopula* (sic) Mb. Pro *constringunt* (ita Mc et A, Manut. atque recentiores) veterem reduxi lectionem *confringunt*, quam firmant W. Mbd. Bab et octo Anglici, quibus adstipulatur ed. Morelliana. Ita correctum est etiam in Gottingensi Manutianae exemplari. *Confregerint* (ultimis syllabis ab al. m. additis) habet Ma. Vitiose deinde *expectitione* (sic) a m. pr., a r. (supra lin.) *exceptione* Mc.

mune est. Et [8]) oculorum dolor, et impetus febrium, et omnium valitudo membrorum cum ceteris communis est nobis, quamdiu portatur in saeculo caro ista communis.

VI.

Quin immo [1]) si qua conditione, qua lege crediderit Christianus noscat et teneat, sciet plus sibi, quam ceteris in saeculo laborandum, cui magis sit cum diaboli inpugnatione luctandum. Docet et praemonet [2]) scriptura divina dicens: *Fili* [3]), *accedens ad servitutem dei, sta in iustitia et timore, et praepara animam tuam ad temptationem.* Et iterum [4]): *In dolore sustine* [5]), *et in humi-*

---

8) *Et* om. Ma. Tum *valetudo* Mb, ut supra (vid. not. 1.), *valetudo* Erasm. Grav. Oxon. Mox *caeteris* Ba. Mc et aliquot veteres edd. c. Rig. Baluz. Routh. Goldh. Sed vid. *Cellar.* Orthogr. Lat. v. *ceteri* et *Wagner.* l. c. p. 421. Corrupte *nobiscum humano generi* (pr. *genere*), ut supra (vid. not. 4.), Mb, *quandiu* Grav. Morell. Baluz Routh., *quamdiu* ceteri editi, modo *quamdiu*, modo *quam diu* codd. Conf. supra not. 2.

VI. 1) *Quin immo* W. Mab. Bab. Morell., *quin ymmo* Md, *quinimo* Mc et aliquot editi, alii *quinimmo*. Scribendum esse *immo*, non *imo* docent *Cellar.* l. c. v. *immo* et *Wagner.* l. c. p. 443. Tum *conditione* W et Mab c. omnibus fere editis, *condictione* Mc, *condicione* ceteri codd. et ed. Manut. Vid. ad domin. orat. cap. XVII. not. 1. Dein *si qua lege* Neap. 4. Bb. Md. Morell. Ceterum Bb ordinem verborum sic invertit: *si qua lege*, *si qua conditione*. Pro *noscat* A *agnoscat*. Statim *sciet* Mb, *sciat* Bb. Md et a corr. m. Mc, *plus sciet* A. Tum alio ordine *in seculo quam caeteris* Bb, *caeteris*, ut supra, etiam Ba et Mc. Proxime *cum diabulo inpugnatione laborandum* (pro *luctandum*) Bb. 2) *promonet* A. Pro *dicens* Ver. et Mb *quae dicit*. Vid. Ecclesiast. 2, 1. 3) *Fili*, *inquit* legitur in Mb. Dein *et timore* om. Bb, *et timore dei* habet Mc. 4) Ecclesiast. 2, 4. 5) Addit *et in timore* Neap. 3. Conspirant edd. vett., Erasm. Grav. et Morell. Ante *humilitate* Mb et ed. Dav. praepositionem omittunt, Ma autem ab ead. m. super-

litate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum. Sic Iob post rerum damna [6]), post pignorum funera, vulneribus quoque et vermibus graviter adflictus, non victus est, sed probatus, qui in ipsis conflictationibus et doloribus suis patientiam religiosae mentis ostendens ait [7]): *Nudus exivi de matris utero* [8]), *nudus etiam ibo sub terram. Dominus dedit* [9]), *dominus abstulit. Sicut domino visum est* [10]), *ita factum est. Sit nomen domini benedictum.* Et cum eum uxor [11]) quoque compelleret, ut vi doloris inpatiens aliquid adversus deum

---

scriptam habet; *tua* abest a Neap. 3., item *in* ante *igne* ab edd. vett. et Erasm. Typis minutulis expressa comparet haec vocula in Grav. Post *aurum* Erasmus intrusit *similiter* idque habent etiam Gravius et Morellius, minut. tamen litteris Gravius dedit. Verba proxima: *homines vero receptibiles in camino humiliationis*, quae Pamelius e duobus codd. Morellii recepit et editores posteriores non addubitarunt, sine haesitatione exterminavi, utpote omissa in codd. W. Mabcd. Ba. A et novem Anglicis. Silet, quod miror, de h. l. Baluzius. 6) *dampna* Bab. Mcd. A. Tum *pignerum* Ba, *faenora* pro *funera* Bb, *quoque* om. A. *Adflictus* (vulg. legitur *afflictus*) recepi e W et Mb, *adflictū* male scribit Ma. Pro *sed* A perperam *non*. Idem *confluctuationibus*; *conflictationibus suis et doloribus pat.* exhibent edd. ante Manut. 7) Iob. 1, 21. 8) Ita W. Macd. Bab et ed. SP, *de utero matris* edd. Venet. et posteriores. Additur *meae* in Mb et A, ut in Graeco est *μητρός μου*. Deinde *ad terram* A. 9) *et* ab al. m. superscriptum in W, *et dominus abstulit* dant etiam Mab et Ba editionesque Manutianam antecedentes c. Morelliana; praeferenda tamen vulgata. Legitur etiam apud LXX: *ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφεῖλατο.* 10) *placuit* Ver. Sic est in Testim. III. 6. et in Epist. ad Turas. p. 168. Tum *ita et factum est* Neap. 4. Md et libri ante Manut. editi, *ita* *et* *factum* *est* (*et* et *est* a r. m. superscr.) Mc; sed particula *et* opus non est. Conf. Testimon. et Epist. ad Turas. l. c.; *quoque* pro *et* Morell., *est* om. A. 11) *Et quo uxor* A, *uxor sua* Mb editionesque vett. c. Erasm. Grav. et Morell., deleto *quoque* supra additum *sua* in Mc, *quoque eius* habet A. Dein *compelleret* W et Mbd, *compleret* pr., e corr. *compelleret* Mc, *ut*

querula et invidiosa voce loqueretur, respondit et dixit [12]): *Tamquam* [13]) *una ex ineptis mulieribus locuta es. Si* [14]) *bona excepimus de manu domini, mala non tolerabimus? In his* [15]) *omnibus, quae contigerunt ei, nihil peccavit Iob labiis suis in conspectu domini.* Itaque illi [16]) dominus deus perhibet testimonium dicens: *Animadvertisti puerum* [17]) *meum Iob? Non enim* [18]) *est similis illi quisquam in terris, homo sine querela, verus dei cultor.*

---

vim doloris Mb, *ut doloribus impatiens* Mc. Tum *adversus dominum* scribitur in Bb et A, mendose *querela et iniuriosa* in A, *loquetur* in Mb. 12) Iob. 2, 10. 13) *Tamquam* recte codd. excepto A, in quo est *tanquam*, ut in editis praeter Oxon. omnibus. Vid. ad cap. V. not. 4. Emendationem Baluzianam *ineptis* confirmant codd. mei omnes; in Mc a r. m. superscriptum est *insipientibus*, ut antea legebatur. 14) *Si enim* editt. Manutianam antecedentes c. Erasmiana, Graviana et Morelliana. *Excepimus* tacite scripsit Baluzius pro *suscepimus*. Conspirant codd. Ver. W. Mad. Bab. Neap. A, *excipimus* (superscr. a r. m. *suscepimus*) habet Mc, *suscepimus* Mb. Quod post *mala* insertum est adv. *cur* iure om. W. Ma et Bab; sapit enim meram glossam. Legitur in Graeco: *εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν*; *quare mala non tollerabimus* (*quare* ab r. m. superscr.) dat Mc, *mala quare non tolerabimus* Md, *quare non et mala tolleremus* A, *quare mala non toleramus* exhibent editiones vett., *quare mala non toleremus* Erasm. et Grav., *mala quare non toleremus* scripsit Morellius 15) *In hiis* Md. Dav., *in iis* edd. SP. Venet. Kunn., *in his autem* Mc, *in omnibus his* Morell. Dein *contigerunt Iob labiis suis nihil peccavit* edd. SP. Venet. Dav. Kunn. Erasm. Ita et Remb., in qua post *Iob* distinctionis est nota, *contigerunt Iob, nihil pecc. lab. s.* Grav., *in labiis* Bb. Vid. Iob. 1, 22. 16) *ei* Bb. Inverso verborum ordine *testimonium perhibet* (ita etiam W et Bb) *dominus dicens* legitur in edd. vett., Erasm. et Grav. Vid. Iob. 1, 8. 17) *ad puerum* A. 18) Omittitur *enim* in edd. vett. et Erasm., *non enim est illi similis* habent Bb et Grav., *non enim ei similis* (sine *est*) scribit A, *non est enim* Md.

VII.

Et Tobias post opera magnifica [1]), post misericordiae suae multa et gloriosa praeconia caecitatem luminum passus, timens et benedicens in adversis deum per ipsam corporis sui cladem crevit ad laudem; quem et ipsum uxor sua depravare temptavit dicens [2]): *Ubi sunt iustitiae tuae* [3])? *Ecce quae pateris.* At ille circa timorem dei stabilis et firmus [4]) et ad omnem tolerantiam passionis fide religionis armatus temptationi uxoris invalidae in dolore non cessit, sed magis deum patientia maiore promeruit; quem postmodum Raphaël angelus conlaudat et dicit [5]): *Opera dei* [6]) *revelare et confiteri honorificum est; nam quando orabas tu et Sarra, ego optuli memoriam orationis*

VII. 1) *post operum magnifica* ^{preconia} (sic, v. *preconia* ab al. m. supra addito) Mb. Pro *gloriosa* Bb et Manut. *religiosa*, Mb *gloriā praeconia*. Sed v. *praeconia* linea infra ducta deletum est. Mox *deum in adversis* edd. ante Manut., *in advers. dominum* A, *dominum in advers.* Mb et Bb. In seqq. *quem et ipsa* A. 2) Tob. 2, 16. 3) Addit *et eleemosynae* A. 4) Vid. Tob. 2, 14. Alio ordine *passionis tolerantiam* A. Tum *relegionis* Mb. Proxime *temptationis* Md., Deinde *magis dominum* Ver. et Bb, *magis dns* A. Inverso ordine *maiore patientia* Md editionesque vett., Erasm. et Grav. Omittunt *maiore* Ver. et Neap. In seqq. scribitur *Raphahel* in W. Mb et Bab. Abest *angelus* a libris ante Manut. editis. Tum *dicet* Mb. 5) Tob. 12, 11 sqq. 6) Ba praemittit: *Secretum dei celare bonum est*, ed. Dav. *sacramentum regis bonum est abscondere*. Vid. *Baluz.* not. — *revelari* mendose A. In seqq. *Sara* Bb et A c. libris ante Rigalt. editis, *Sarra* Ver. et Neap. constanter. Ita a m. pr. etiam Mc, per ras. autem *Sara*. Quae vulgo, in Ba et in mg. codicis Mc adduntur voces *nurus tua* desunt in ceteris codd. meis, in Ver. et Neap., in novendecim Baluzianis et undecim Anglicis, neque habentur in libri de dominica oratione cap. XXIII. Idcirco eas expunxi. Deinde recepi etiam h. l. rariorem scripturam

vestrae in conspectu claritatis dei. Et cum sepelires tu [7]) *mortuos simpliciter, et quia non es cunctatus exsurgere et derelinquere prandium tuum, et abisti et condidisti mortuum, missus sum temptare te; et iterum me* 232
misit deus curare te et Sarram nurum tuam; ego enim sum Raphaël, unus ex septem angelis sanctis, qui adsistimus et conversamur ante claritatem dei.

VIII.

Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, hanc apostoli disciplinam de domini lege [1]) tenuerunt, non mussitare in adversis, sed quaecumque in saeculo accidunt, fortiter et patienter excipere, cum Iudaeorum populus hinc semper offenderit, quod adversus deum frequentius mur-

---

optuli, quam solus servavit cod. Md. Statim *memoriam vestram* habet Bb. 7) *tu* in libris ante Manut. editis omissum, in Mc deletum est. Mox *contatus* exhibent Mc editionesque SP. Venet. et Kunn. Tum *relinquere* dat Bb, *et* ante *abisti* (*habisti* scribit Ma) tenent codices et editiones omnes. Vid. ad libr. de domin. orat. l. c. Dein *condisti* W. Mabd et Bab. Statim *et missus sum* W. Mad. Bab. A itemque edd. ante Pamel., in Mb *et* erasum est. Post *iterum* distinguit Bb itemque Erasmus, quem secuti sunt Gravius, Manutius, Pamelius, Rigaltius, *et nunc*, *Misit me* edidit Morellius, *misit me* scribunt etiam Bb. Md et A, quorum hic pro *deus* habet *dominus*. *Sarram*, quod abest a Bb, in Mc r. m. mutavit in *Saram*, quae lectio reperitur in edd. supra memoratis. Tum *Raphahel* Ma et Ba. Pro *assistimus* recepi *adsistimus* e codd. W. Mab et Ba.

VIII. 1) *de lege domini* Bb, *de* om. A. Statim *musitare* Mad. Ba. A editionesque vett. Ita et W c. Mb e *mussitare*. Tum *accidunt in saeculo* Bb. Idem *ac patienter*. Pro *accipere*, quod tacite invexerat Pamelius, quem secuti sunt recentiores, scripsi *excipere* cum codd. W. Mabd. Bab. A et quinque Anglicis. Mox Mc habet *hostenderit* (superscr. *offenderit*), Ba *offenderint*. Tum *adversus dominum* Mb. Bb. A, *murmurarent* W et Ma. Dein hic

muraret, sicut testatur in Numeris dominus deus dicens [2]): *Desinat murmuratio eorum a me, et non morientur.* Murmurandum non est in adversis [3]), fratres dilectissimi, sed patienter et fortiter quidquid acciderit sustinendum, cum scriptum sit [4]): *Sacrificium deo* [5]) *spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non despiciet*; in Deuteronomio quoque moneat per Moysen spiritus sanctus et dicat [6]): *Dominus deus tuus* [7]) *vexabit te, et famem iniciet tibi, et cognoscetur in corde tuo, si bene custodieris praecepta eius, sive non.* Et iterum [8]): *Temptat vos dominus deus vester* [9]), *ut sciat si diligitis dominum deum vestrum ex toto corde vestro et ex tota*

---

liber vocc. *in Numeris* omittit. Statim *dominus* pro *deus*, ut solet, scribit Bb. 2) Num. 17, 10. 3) Vocc. *in adversis* om. A. Pro *dilectissimi* est *kmi* in Ba, tum *ac fortiter* in Bb. Plures codd. et edd. male exhibent *quicquid*. 4) Psalm. 50, 19. 5) *domino* Bb et A. Dein *cor contribulatum* Mb. Paulo post *despiciet*, quod convenit c. Graeco, in quo legitur ἐξουδενώσει. praebuerunt edd. vett. et Morell. Tum *monet* Bab, *per Moysem* A, alio verborum ordine *spiritus sanctus per Moysen* Bb et edd. ante Manut. Dein *dicit* Bab. *Monet* et *dicit* e tribus codd. recepit Routhius, quia non vidit ante vocc. *in Deuteronomio* pro puncto distinguendum esse semicolo. 6) Deut. 8, 2. 7) *tunc* pro *tuus* A. Male *vexavit* Mb. Mox *iniciet* scripsi cum W. Mabd. Bb. A editionibusque Venet. Dav. et Kunn., levi errore *initiet* habent Ba et Mc. De antiqua scribendi ratione *inicere*, *conicere*, *reicere* pro *iniicere*, *coniicere*, *reiicere* vid. *Wagner.* l. c. p. 445. Dein *cognoscentur* W, *cognoscent* A, *ut cognuscatur* (sic) Mb. Pro *bene* Neap. *vere*. 8) Deut. 13, 3. 9) *Temptavit* exhibent Bb et Mc, tum *dominus deus vester vos* W. Mac. Bab et pr. Mb, qui verborum ordo convenit Graeco ap. LXX.: πειράζει κύριος ὁ θεός σου ὑμᾶς. Md scribit *dominus deus noster nos* (*noster* etiam A), *dominus vos deus vester* legitur ap. Morell. *Diligatis* dant Ma et A, *deum vestrum* ille omittit, *deum* in W r. m. inter lin. supplevit. Dein expuncto v. *vestra* cod. A addit *tua*.

anima vestra. Sic [10]) Abraham deo placuit, quia, ut placeret deo, nec amittere filium timuit, nec gerere parricidium recusavit. Qui filium non potes lege et sorte mortalitatis amittere, quid [11]) faceres, si filium iubereris occidere?

IX.

Ad omnia te paratum facere [1]) timor dei et fides debet. Sit [2]) licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis adsidua membrorum et cruenta vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus caris funebris et tristis avulsio, non sint tibi scandala ista, sed proelia, nec debilitent aut frangant Christiani fidem, sed potius ostendant in conluctatione virtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum praesentium fiducia futurorum bo-

---

10) *Sic et* Ba c. ed. Dav., *Habraham* Ma, *Habraam* Mc, *Abraam* A. Hic liber et Bb *domino placuit.* Tum *quia* pro *qui* recepi ex codd. Ba et Mc. Concordant edd. Manut. Pamel. Rig. et Oxon. Neutrum habet Morell. Alio ordine deinceps legitur *deo placeret* in libris ante Manut. editis. Voc. *deo* abest a Bb et A. Tum *filium amittere* scribit Bb moxque *geri patricidium* A. Pro *recusavit* Ma habet *recussavit.* De qua scriptura vid. quae adnotavi ad Ambros. de offic. I. 29. §. 142, 2. 11) *quod* pr. W. Dein *iuberis* Ma et pr. W, *iuberes* A.

IX. 1) *facere paratum* edd. vett. Vox *dei* superscripta ab r. m. in Mc ibidemque correctum *debet* supra $\overline{ht}$ (i. e. *habet*). 2) *Sic* idque h. l. constanter A, qui v. *licet* om. Vocc. *de liberis* absunt ab A. Tum *excidentibus* habet Bb itemque pr. legebatur in Mb. Vox *avulsio* (*aubulsio* scribit Ma) ex *amissio* correctum est in Bb. *Offendicula* pro *scandala* exhibet Mc, in cuius mg. ab r. m. est „al. *scandala*“, et exemplar Morell. Proxime *debilitant aut frangunt* A. *Christiani fidem*, quod Routhius mutavit in *Christianam fidem*, tuentur mei codd. omnes. Mox *contempnenda* habent Bab. Md et ed. Dav. Tum ^{pro} *fiducia* (*pro* ab r. m. supra

norum. Nisi praecesserit pugna, non potest esse victoria. Cum fuerit in pugnae congressione victoria [3]), tunc datur vincentibus et corona. Gubernator [4]) in tempestate dinoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non est; conflictatio in adversis probatio est virtutis [5]). Arbor, quae alta radice fundata est [6]), ventis incumbentibus non movetur; et navis, quae forti conpage solidata est, pulsatur fluctibus, nec foratur; et quando area fruges terit, ventos grana fortia et robusta contemnunt, inanes paleae flatu portante rapiuntur. Sic et apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis et corporis multa et [7]) gravia tormenta non vexari, sed emendari se dicit adversis, ut, dum gravius adfligitur,

---

addit.) exstat in Mb. 3) *Cum fuerit pugna congressionem* *sequitur* *victoria* (v. *sequitur* a r. m. superscr.), *tunc dabitur vincentibus corona* exhibet Mb, *et vincentibus corona* ponitur in Bab. 4) Praemittitur *nam* in edd. vett., in Erasm. Grav. Morell. et Goldh. Pro *nam* e duobus codd. Baluzius dedit *navis* eumque secutus est Routhius. Sed neutrum habent mei codd. et edd. Manut. Pamel. Rig. atque Oxon. idque recte; omissa enim coniunctionis particula oratio gravius sonat ac sollemnius, voce autem *navis* bene carere possumus. Deinde *tempestate* corruptum in *temptatione* in A. Formam *dinoscitur* pro *dignoscitur* praebuerunt codd. omnes, neque aliter legitur in exemplaribus Erasmi, Manutii, Morellii, Pamelii, Rigaltii. 5) Ita pro vulg. *veritatis* e tribus mss. Routhius conspirante editione Dav. Item Grav. in Castigatt. 6) *alta est radice fundata* A. In seqq. *solidata* (*solida* male Rigaltius, Oxonienses et Baluzius) e pluribus codd. et superioribus editis restituit iam Routhius, quem secutus est Goldh. Concordant etiam mei libri. Metaphorice utitur Noster verbo *solidare* Ep. XV. p. 26 et de cathol. eccl. unit. cap. I. p. 6. Ante *pulsatur* r. m. in Mc supra addidit *cum*. Proxime *ventos — contemnunt* imperita manus depravavit in *vento — continentur* in cod. Mb, *contempnunt* dant Bb. Md. A et ed. Dav. Tum *et flatu* pro *vento* Ma. 7) *et* r. m. superscripsit in Mb. Dein *non vexari se* habet Ba. Statim *emundari* A. Omisi *in* ante *adversis* prae-

verius comprobetur. *Datus est mihi*, inquit [8]), *stimulus carnis meae, angelus Satanae, qui me colaphizet, ut non extollar. Propter quod ter dominum rogavi* [9]), *ut discederet a me, et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Quando ergo infirmitas et [10]) inbecillitas et vastitas aliqua grassatur, tunc virtus nostra perficitur, tunc fides, si temptata perstiterit, coronatur, sicut scriptum est [11]): *Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis* [12]).

X.

Hoc denique inter nos et ceteros interest, qui [1]) deum nesciunt, quod illi in adversis queruntur et murmurant, nos adversa non avocant a virtutis et fidei veritate, sed comprobant in dolore. Hoc, quod nunc corporis

---

euntibus libris W. Mabcd et A, quibuscum conspirant edd. Manut. et recentiores excepta Baluziana omnes. Mox *adfigitur*, quod in Mb ex *adfigitur* correctum est, pro vulgat. *affligitur* recepi ex W. Ma et ed. Morell., dein *comprobetur* ex Benev., duobus Neap. et exemplaribus Erasmi et Gravii; codd. autem W. Mad. Bab et A cum ceteris editis male exhibent *probaretur*, quod in Mb mutatum est in *probatur*. Contra Mc habet *roboretur*. 8) 2. Cor. 12, 7.; *inquit mihi* scribit Mb. Mox *Sathanae* Ba. Md et A veteresque edd. c. Erasm. Tum *ut* pro *qui* Bb. Deinde *colaficet* W, *colaphicet* Ma, *colaphiset* Md et A, *collaphizet* edd. vett. Verba proxima: *ut non extollar*, desunt in Bb, *ut ne ext.* scribitur in Mb. 9) *dominum ter rogavi* edd. vett. et Erasm. V. *rogavi* r. m. supra addidit in W. Post *dixit* A om. *mihi*. 10) *vel* edd. vett. c. Erasm. Tum *crassatur* vitio frequenti Ba et A. In seqq. *si fides initētata prestiterit* (sic) A. Proxime *cum scriptum sit* Mb. 11) Eccl. 27, 6. 12) *et tribulationes* Ba.

X. 1) *quia* A, *dominum* Bb. A, *conqueruntur* A. Mox perperam *aversa* Ma. Pro *corroborant* dedi *comprobant* (*comprobant* scribunt W et Mb) auctoribus codd. meis, Italicis et Morellianis

vires solutus [2]) in fluxum venter eviscerat, quod in faucium vulnera conceptus medullitus ignis exaestuat, quod adsiduo vomitu intestina quatiuntur, quod oculi vi sanguinis inardescunt, quod quorundam vel pedes vel aliquae membrorum partes contagio morbidae putredinis amputantur, quod per iacturas et damna corporum prorumpente languore vel debilitatur incessus, vel auditus | obstruitur, 233
vel caecatur aspectus, ad documentum proficit fidei. Contra tot impetus vastitatis [3]) et mortis inconcussis animi

omnibus idque receperat iam Morellius. In Mc r. m. alteram lectionem superscripsit, quam in Gottingensi Manutianae editionis exemplari vir doct. mutavit in *comprobant*. 2) *corpore suo resolutus* in ras. ab r. m. Mb, *solutos* Bb. Tum *influxum* Mad et A, *in fluxu* Mbc. Proxime *infancium* Md c. A. In seqq. *ad auxilii vomitum* mendose Mc. Deinde *oculi in sanguinis speciem* A, *oculi* (*oculis* pr.) *suo sanguine* Mb, *in* pro *vi* Md, *tui* Erasm., *vi vel calore* Grav., ubi vocc. *vel calore* minutioribus litteris sunt expressae. Pro *inardescunt* edd. vett. habent *exardescunt*. Omisso *vel* ante *pedes* in iisdem libris exstat *aliquas* (ita etiam Erasm.) *membrorum partes contagia — — amputarunt*. Contra Grav. *pedes* (*vel* item eiecto) *vel aliqua membra seu membrorum partes contagio — — amputantur*. Mox *per iacturam* Mb, dein *dampna* Bb. Md. A et ed. Dav. Tum *labore langore* A, *langore* item Md, statim *debilitate — — destruitur vel caecatus aspectus* Mb, *creatur* pro *caecatur* A. Idem *vel* (pro *ad*) *documentum*. 3) Ita codd. mei omnes, sedecim Baluziani et octo Anglici, quibuscum faciunt edd. Erasm. Grav. Manut. Morell. Baluz. atque recentiores, *vastationis* exhibent septem libri mss. ap. Baluz., item edd. vett. c. Pamel., quam secuti sunt Rig. et Oxon. Alteram lectionem restituendam monuerat iam *Io. Fred. Gronovius* Observatt. III. 24. p. 324 et Observatt. in Scriptt. eccl. cap. 12. p. 615. Voce *vastitas* utitur Noster etiam supra cap. IX. c. f, Ep. 7. p. 13 et 14, de laps. cap. XIV. p. 82 et de bono patientiae cap. X. Tum *inconcussis* recte legitur in codd. meis praeter Bb, qui inepte habet *inconcessi*, itemque in exemplaribus Manutii ceterorumque editorum posteriorum excepto Baluz., qui veterem scripturam *inconcussi* reduxit assentientibus Routhio

virtutibus congredi quanta pectoris magnitudo est et quanta sublimitas inter ruinas humani generis stare rectum, nec cum eis quibus spes in deum nulla est, iacere prostratum, gratulari magis et temporis munus amplecti, quod dum nostram fidem firmiter promimus et labore tolerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus, praemium vitae et fidei ipso iudicante capiamus. Mori plane

---

et Goldhornio. Inserui *et*, quod deest ante *quanta sublimitas* apud Baluzium, Routhium et Goldhornium, flagitantibus libris scriptis et editis superioribus. Sic Noster Epist. ad Fortunat. cap. XII. p. 273 sub fin.: *Quanta est dignitas et quanta securitas!* Ep. LVI. p. 93: *Quanta est gloriae dignitas et quanta felicitas!* P. 94: *Quae erit gloria et quanta laetitia!* Cf. Epist. LVII. p. 94. Inverso ordine W. Mabcd. Bab et A cum edd. ante Manutium habent *humani generis* pro *generis hum. Stare rectum* praestant codd. Ver. et mei omnes veteresque edd. Ita emendavit iam *Gronovius* (Observatt. in Scriptt. eccl. cap. 3. p. 570) e membranis, laudans *Senecam* de Providentia [cap. II. §. 6.]: *Catonem iam partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum*, quem locum Cyprianus haud dubie ob oculos habuit. *Erectum* primus dederat Erasmus, quem secuti sunt posteriores excepto Goldhornio. Cf. de laps. cap. XVIII. p. 93. Dein $\overline{tu}$ (i. e. *tamen*) pro *cum* A. Proxime *in dominum* edd. ante Manut., *in domino* Bb et A. Tum *gloriari*, in mg. ab r. m. *gratulari* Mc. Quod post *magis* vulgo additur *oportet* mei codd. non agnoscunt, et quod eodem loco in Ba ponitur *debes* ferendum non est. Expuncto igitur verbo *oportet* ante *gratulari* pro puncto cum Goldhornio commate distinxi (Mb a m. pr. habebat semicolon), vocc. *gratulari magis* cum praecedentibus iungens. Cod. Tewateranus ap. Routhium scribit *gratulari magis et temporis munus debemus amplecti.* Retento v. *oportet* etiam Grav. habet *debemus amplecti.* Sed *debemus*, sicuti *magis est*, quod in aliquot libris Anglicis reperitur, mera sunt glossemata in textum illata. Ceterum ante *temporis munus* Ba infercit *libertatis.* Male Mb *nostra fide.* Pro *firmiter* codd. Benev. et Neap. dant *fortiter*, quod tacite recepit Baluzius. Tum *in* (pro *et*) *labore* Mb. Post *vitae* (*viae* habent Bb. Mc et e quattuor codd. Routhius) exterminavi *eius*, quod in Mb ab al. m. superscriptum, in W et Mad, ut in edd. vett.,

timeat, sed qui ex aqua et spiritu [4]) non renatus gehennae ignibus mancipatur, mori timeat qui non Christi cruce et passione censetur, mori timeat qui ad secundam mortem de hac morte transibit, mori timeat quem de saeculo recedentem perennibus paenis aeterna flamma torquebit, mori timeat cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus eius et gemitus interim differatur.

XI.

Multi ex nostris in hac mortalitate [1]) moriuntur, hoc est, multi ex nostris de saeculo liberantur. Mortalitas ista Iudaeis [2]) et gentilibus et Christi hostibus pestis est, dei servis salutaris excessus est. Hoc [3]) quod sine ullo discrimine generis humani cum iniustis moriuntur et iusti, non est quod putetis malis et bonis interitum esse communem. Ad refrigerium iusti vocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti. Datur velocius tutela fidentibus, perfidis paena. Inprovidi et ingrati sumus, fratres dilectis-

---

item in Erasm. et Grav. omissum est. Mox *fidei* excidit in A. 4) Additur *sancto* in Ba. Tum *gehennae ignis* scribit Bb. In seqq. verba: *mori timeat qui ad secundam mortem — — — transibit* a r. m. in mg. habet Mc. Tum corruptissime *qui se seculo — — — torquebat — timebat* A. Statim *haec* (*hec* A) *mora longior* (*e* abraso) Mb.

XI. 1) *hac in mortalitate* Mc. Mox *de hoc saeculo* Bb et A. 2) *ut Iudaeis — ita dei servis* Marte suo scripserat Erasmus. Absunt particulae comparativae a codd. Ver. Neap. et meis omnibus. Erasmum secuti sunt editores posteriores praeter Morellium omnes. Pro *gentilibus* codd. Mb et A editionesque Erasm. Grav. atque Manut. exhibent *gentibus* 3) *Hoc enim* Mb. Paulo post *et iusti moriuntur* libri ante Manutium editi. Tum *non enim quod* A, *non computetis* Md. Dein *malis et bonis*, quod pro *bonis et malis* recepi, W. Macd et Bab cum Neap.

simi, ad beneficia divina [4]), nec quid nobis conferatur adgnoscimus. Excedunt [5]) ecce in pace tutae cum gloria sua virgines, venientis antichristi minas et corruptelas et lupanaria non timentes, pueri periculum lubricae aetatis evadunt, ad continentiae atque innocentiae praemium feliciter veniunt, tormenta iam non timet delicata matrona, metum persecutionis et manus cruciatusque carnificis moriendi celeritate lucrata. Pavore mortalitatis et temporis [6]) accenduntur tepidi, constringuntur remissi, excitantur ignavi; desertores compelluntur, ut redeant; gentiles coguntur, ut credant; vetus fidelium populus ad quietem vocatur; ad aciem recens et copiosus exercitus robore fortiore colligitur pugnaturus sine metu mortis, cum proelium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit. Quid deinde illud [7]), fratres dilectissimi, quale est, quam

---

4) Ita pro *ad div. benef.* W. Mabcd. Bab. A c. ed. Morell. Tum *ne quid* Bab et Md, *adgnoscimus* (*agnoscimus* legitur vulgo) optime W et Ma. Vid. supra ad cap. I. not. 3. 5) *Excedent* Ba, *recedunt* A, *secedunt*, tum *itaque* pro *ecce* ab r. m. in ras. Mb, *in pacem* Ba et pr. Mb. Deinde *venientes virgines* Bb, *virgine* (sic) *venientes* A, *virgines venientes* Mb et Ba, *p̄venientes* (i. e. *praev.*) Mc, *ante* χρι *minas* ineptissime A. Vitiose *corruptellas* (geminata *l*) Mc. Idem supra *tutella.* Conf. *Wagner.* l. c. voc. *querella* p. 467. In seqq. *fideliter* pro *feliciter* habet A. Pro *perveniunt* scripsi *veniunt* praeeuntibus codd. Ver. Neap. et meis omnibus. Concordat etiam Morellius. Infra pro *manus* repetitur *metu* (pr. *metus*) in Mb. 6) Routhius particulam *et*, cum paulo post sequatur *tempore mortalitatis*, delendam arbitrabatur. Sed refragantur libri scripti omnes. Pro *tepidi* Ver. Neap. et Mb exhibent *trepidi*; *ignavi* ab al. m. superscriptum in W. Verba seqq.: *desertores compelluntur*, *ut redeant* r. m. ad mg. adiecit in Mc; *conpelluntur* dant W et Mb. Tum *credentium populus* Bab et Mc. Pro *vocatur* Md habet *vocantur.* Paulo post v. *proelium* om. Mb. In eodem *qui* erasum. Post *militiam* in Bb infertur *venerit.* 7) *illud* om. A. In seqq.

pertinens, quam necessarium, quod pestis ista et lues, quae horribilis et feralis videtur, explorat iustitiam singulorum et mentes humani generis examinat, an infirmis serviant sani, an propinqui cognatos pie diligant, an misereantur servorum languentium domini, an deprecantes aegros non deserant medici, an feroces violentiam suam comprimant, an rapaces avaritiae furentis insatiabilem semper ardorem vel metu mortis exstinguant, an cervicem flectant superbi, an audaciam leniant inprobi, an pereuntibus caris vel sic aliquid divites largiantur et donent sine herede morituri? Ut nihil alind mortalitas ista contulerit, hoc Christianis et dei servis plurimum praestitit, quod martyrium coepimus libenter adpetere, dum mortem discimus non timere. Excercitia sunt nobis ista, non funera [8]); dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis praeparant ad coronam.

XII.

Sed fortasse aliquis opponat [1]) et dicat: Hoc me

---

relat. *quae* ante *horribilis* omissum in Bb, enatum e *quam* in Mc; Mb autem, in quo pr. legebatur *quaeque*, a sec. m. habet *quamque*. Vocc. *et feralis* om. W. Tum *explorat iustitias* exstat in edd. vett., Erasm. et Grav. Infra Mbd scribunt *violentiam suam comprimant*. Vocc. *an rapaces avaritiae furentis* in Mb sec. m. supra addidit. In seqq. pro *leniant* A exhibet *comprimunt*. *Pereuntibus* in A corruptum in *parentibus*, item in Ba *caris* in *carnis*. Mox *indigentibus*, quod ed. Dav. ante *divites* inserit, cod. autem Ba et edd. Grav. Baluz. atque Routh post *divites* interponunt, merito delevit Goldhornius. Vocc. proxima *et donent* (Md perperam habet *donentur*) om. Neap. 8) *ista funera* A, *non dant funera animo, fortitudinis gloria contemptu mortis praeparat ad coronam* (sic) Mb, *contemptum* Mc et A, *conceptu* Bb.

XII. 1) *apponat* Mb. Deest *ergo* in A. Tum *mortalitas ista*

ergo in praesenti mortalitate contristat, quod qui paratus ad confessionem fueram et ad tolerantiam passionis toto me corde et plena virtute devoveram, martyrio meo privor, dum morte praevenior. Primo in loco non est in tua potestate, sed in dei dignatione martyrium, nec [2]) potes te dicere perdidisse quod nescis an merearis acci|pere. 234
Tunc deinde deus [3]), scrutator renis et cordis et occultorum contemplator et cognitor, videt te et laudat et comprobat, et qui perspicit apud te paratam fuisse virtutem, reddet pro virtute mercedem. Num quid [4]) Cain, cum deo munus offerret, iam peremerat fratrem? Et tamen parricidium mente conceptum deus providus ante [5]) damnavit. Ut [6]) illic cogitatio mala et perniciosa conceptio deo providente prospecta est, ita et in dei servis, apud quos

---

scribit Ba. Deinde *prius fueram* Mb; *passionis* om. Ma. Statim *toto meo corde* dat Ba. In Mc *devoveram* correctum est e *devocaveram*. Post *martyrio* in A excidit *meo*. 2) *non* Bb. *Perdidisse* a corr. m. in mg. habet Ma. Tum *nescias* A. 3) *dein* pr. W, *deus deinde* A, *deinde renis et cordis scrutator deus* Md, *scrutator est* W. Mabc. Bb. A (ante *renis* in Ma expunctum *et*), *et renis* Ba, *renum* Erasm. Grav. et Morell. Dein *est contemplator est* Ma, *contempl. est* scribit etiam W. *Te* om. A, Bb autem ab al. m. inter versus habet. Pro *comprobat* Mbd habent *conprobat*. Male *perficit* A moxque *reddit pro mercede virtutem, reddit pro virtute mercedem* idem liber; *reddit* etiam Macd et Bab c. ed. Manut., ceteri tamen et Neap. 2. *reddet*. 4) Ita W. Ba. Pamel. et Rig., *numquid* rell. scripti et editi exceptis Grav. et Morell., in quibus legitur *nunquid*. Dein *domino* (ita et Ba) *munus offeret* A. Statim v. *peremerat* correctoris manus in Mb corrupit in *perimerat*, quod reperitur etiam in W. 5) *ante* deest in A. Idem et Bb scribunt *dampnavit*. 6) Omissa partic. *ut* Mb habet *illi*. Tum *periculosa conceptio* cod. Seguierianus ap. Baluz. Statim *domino providente* A, *praevidente* Mac, *providente perspecta* Goldhornius ex uno Voss. 3. ap. Oxon. Praepositionem *in* ante *dei servis* om. A. In seqq. idem liber ex-

confessio cogitatur et martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus deo iudice coronatur. Aliud est [7]) martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium. Qualem te invenit [8]) dominus, cum vocat, talem pariter et iudicat, quando ipse testetur et dicat [9]): *Et scient* [10]) *omnes ecclesiae quia ego sum scrutator renis et cordis.* Nec enim sanguinem deus nostrum, sed fidem quaerit [11]). Nam nec Abraham [12]), nec Isaac, nec Iacob occisi sunt, et tamen fidei ac iustitiae meritis honorati inter patriarchas

---

hibet *domino iudice.* 7) *Aliud est enim* ediderunt Manutius, Pamelius, Rigaltius et Oxonienses. Ita etiam Baluzius in Notis, in contextu vero coniunctionem omisit idque recte; non reperitur enim hoc additamentum in edd. rell., neque in meis codd., neque in novem Anglicis. Pro *deesse* exstat *defuisse* in Ver. Adnotat *Baluzius:* „Ioannes Picus Mirandula aliter legebat in suo codice. Scripsit enim: *Aliud est enim martyrium deesse animo, aliud animum deesse martyrio.* Ita in apologia.“ 8) *invenerit* habet cod. Ver. Tum *deus* W et libri ante Manut. editi, *evocat* pro *vocat* Grav. *Talem* al. m. inter lin. addidit in W; *quales nos — — tales* per ras. dat Mb. Dein *testatur et dicit* W. Ma et ed. Dav. Cetera exemplaria vetustiora perperam exhibent *testatur et dicat.* Ita etiam codd. W et Mc. *Contestetur et dicat* scripsit Gravius. 9) Apoc. 2, 23. 10) *Ut sciant* A, *sciant* item Bb. Tum *quod* pro *quia* edd. Dav. Remb. Erasm. Grav. Inverso ordine *cordis et renis* Bb. 11) Ita W. Macd et A, *non enim sanguinem deus nostrum, sed fidem quaerit* Ba, *nec enim deus sang. nostr., sed fidem quaerit* Bb et edd. Manut. Pam Rig. atque Oxon., *nec enim sang. nostr. deus quaerit, sed fidem* Mb, *nec enim sang. nostr. quaer. deus, sed fid.* Routh., *nec enim deus sang. nostr. quaer., sed fid.* Goldhorn., *nec enim sang. vestr. quaer. deus, sed fid.* edd. vett. c. Erasm., *nec enim sang. vestr. deus quaer., sed fid.* Morell., *nec enim sang. nostr. desiderat deus, sed fid. quaer.* Grav., *nec enim deus sang. nostr. desiderat, sed fid. quaer.* Baluz. 12) *Habraham* Ma, *Habraam* Mc, *Abraam* A, tum *Ysaac* Ba. Md et A. Mox *et* om. ed. Dav. Dein *fide ac iustitiae* scribit Ma, *et* pro *ac* exhibent edd. Venet. Dav. Kunn. atque Remb., *ornati* pro *honorati* dat Mc.

primi esse meruerunt, ad quorum convivium congregatur quisquis fidelis et iustus et laudabilis invenitur. Meminisse [13]) debemus voluntatem nos non nostram, sed dei facere debere secundum quod nos dominus cotidie iussit orare. Quam praeposterum est [14]) quamque perversum, ut, cum dei voluntatem fieri postulemus, quando evocat nos et arcessit de hoc mundo deus, non statim voluntatis eius inperio pareamus?

XIII.

Obnitimur et reluctamur, et [1]) pervicacium more servorum ad conspectum domini cum tristitia et maerore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis; et volumus ab eo praemiis caelestibus honorari, ad quem venimus inviti. Quid ergo oramus [2]) et petimus ut adveniat regnum caelorum, si captivitas terrena delectat? Quid precibus [3]) frequenter iteratis rogamus et poscimus ut adceleret dies regni, si maiora

---

In seqq. pro *quisquis* W. Mabcd. Bb et A *quisque* frequenti confusione. Tum *ac iustus* Ma. 13) *Meminisse enim* Ba. Pron. *nos* om. Bb. Paulo post *sed secundum* scribit Ba, pro *dominus* exstat *deus* in edd. vett., in Erasm. Grav. et Morell. 14) *est* om. Bb et Md. Pro *ut* in priore libro legitur *et*. Seq. *cum* in W ab al. superscriptum. *Voluntatem dei* inverso ordine habet A. Tum *postulamus* Mb. Pro vulg. *accersit* e codd. Ba et Neap., quibuscum facit ed. Grav., recepi *arcessit*. Vid. ad cap. II. not. 9. In fin. *paremus* A.

XIII. 1) *et* om. A. Tum ante *perducimur* insertum *redeuntes* in Mb. In seqq. *volemus* e corr. r. m. habet Ma. Statim *a deo* Mb, *ab eis* A. Dein *praemiis honorari caelestibus* Bb. 2) *rogamus* edd. vett. c. Erasm., *petimus* minutioribus typis expressum in Grav. Perperam *delectatur* A et pr. Mb. 3) *et frequenter iteratis* A. Idem post *rogamus* habet *et petimus ac poscimus*. Optime

desideria et vota potiora sunt servire istic diabolo, quam regnare cum Christo? Denique ut manifestius divinae providentiae indicia [4]) clarescerent, quod dominus praescius futurorum suis consulat ad veram salutem, cum quidam de collegis et consacerdotibus nostris infirmitate defessus et de adpropinquante morte sollicitus commeatum sibi precaretur, adstitit deprecanti et iam paene morienti iuvenis honore et maiestate venerabilis, statu celsus et clarus aspectu et quem adsistentem sibi vix possit hu-

---

adceleret (*acceleret* vulg.) scribunt Mabc (vid. *Wagner.* l. c. p. 107), *adceleres* legitur in Bb, *celerat* in W. Post *regni* Bb addit *veniamus*. Mox pro *istic* in A invenitur *istis* (ita primo exhibebat etiam Ma), *hic* in Md et ed. Morell. 4) *iudicia* Md et Neap. 3. conspirantibus edd. Dav. et Grav. Tum *quomodo* pro *quod* Ba. Proxime *suis* deest in A. Deinde *ad salutem veram* habet Bb. Male *de collegiis* Mb. Adv. *iam*, quod ante *infirmitate* interponitur in libris ante Baluz. editis, om. codd. Ver. Neap., mei omnes et decem Anglici. Pro *defessus*, quod excidit in edd. SP. Venet. Kunn. et Remb., in Dav. est *depressus*. Idem liber om. *et de*. *Adpropinquante* praebuerunt W et Mab pro vulg. *approq*. Addiderat etiam h. l. Morellius *iam*, idque receperunt Baluzius et posteriores. Sed refragantur codd. mei, si excipias Md. Quare expunxi hoc additamentum, quod pro glossa habendum est. Vocem *commeatum* ita egregie illustrat *Latinius* (Bibliotheca sacr. p. 179. col. 2.): „Commeatus facultas est imperatoris, qua licet militi a castris ad certum tempus abesse. Ita hic pro facultate accipitur, ut a congressione et proelio mortis abesse liceat ad aliquod tempus. Qua in significatione eleganti metaphora saepissime a Tertull. et Cypriano usurpatur.“ Tum *astitit* Ba. Mcd et A, ut maxima ex parte libri editi, *asstitit* Bb, *iam* in Mc a r. m. superscriptum, *etiam* habent W et Md. Recte *paene* (vid. *Cellar.* Orthogr. Lat. s. v.) Mbc et Ba c. edd. Mannt. Pamel Goldh., *pene* ceteri libri scripti et editi. Deest *iuvenis* in Ba De locutione *statu celsus* vid. *Gronov* Observatt. in Scriptoribus eccles. cap. III. p. 570 seq. *Aspectu* moxque *aspectus* dant codd. omnes. Pro *et quem* Ba scribit *ad quem*. Dein *adsistentem* exhibent W. Mab et Ba c. ed. Morell., *assistentem* ceteri

manus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quod talem videre iam poterat de saeculo recessurus. Atque ille non [5]) sine quadam animi et vocis indignatione infremuit et dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Increpantis vox est [6]) et monentis, qui de persecutione sollicitis, de arcessitione securis non consentit ad praesens desiderium, sed consulit in futurum. Audivit frater noster et [7]) collega moriturus quod ceteris diceret. Nam qui moriturus audivit, ad hoc [8]) audivit, ut diceret; audivit non sibi ille, sed nobis. Nam quid disceret [9]) iam recessurus? Didicit immo [10]) remanentibus, ut dum sacerdotem, qui commeatum petebat, increpitum esse conperimus, quid cunctis expediat nosceremus.

---

libri vulgati. Statim *via* pro *vix* Ba, *possit* (vulg. *posset*) receptum e W. Mabd et Ba. Deinde *potuerat* Mb. 5) *non* om. A. Post *infremuit* in Mb additur *quoque*. 6) *est*, quod a r. m. superscriptum habet Mc, omittunt W. Ma et Bb, Md autem et A post *monentis* interponunt, ut edd. Manut. Pamel. Rig. et Oxon., unde hoc vocabulum e glossemate fluxisse non immerito suspicari possis. Tum male *sollicitus — securus* W. Mab. Bab et A, item pr. Mc, *et de arcessione* Bb, *de accersitione* W. Mab. Ba editionesque Grav. Morell. et recentiores, *accersione* Md et A una cum edd. vett., quibus adstipulantur Erasm. et Manut., *acersione* (sic) Mc. Scripsi *arcessitione*. Vid. ad cap. II. not. 9. Deinde *consuluit* Ba. 7) *et* om. A. 8) Desunt vocc. *audivit, ad hoc* in Ba et A. Pro *diceret* ed. Remb. habet *disceret*. Quod sequitur v. *audivit* om. Mb. 9) *sibi disceret* Baluzius et recentiores invitis libris scriptis et editis superioribus, *diceret* Mad et Bb, *iam* ab eadem manu supra additum est in Ma. 10) *immo nobis remanentibus* edd. Routhianam antecedentes. Sed *nobis* omittunt non solum duodecim codd Anglici, sed etiam Ver. Vat. et mei omnes Idcirco merito expunxit Routhius. Tum *sacerdotem dei* scribit Ba. Et ita olim ediderat Gravius et codice quodam Morellii nixus Pamelius, quem secuti sunt Rigaltius et, quod mireris, Oxonienses, quamquam novem libri Anglici voc. *dei* non agnoscunt. Post *qui* in ed. Dav. male insertum *sibi*. Deinde *in-*

XIV.

Nobis quoque ipsis [1]), minimis et extremis, quotiens revelatum est, quam frequenter atque manifeste de dei dignatione praeceptum est, ut contestarer adsidue, ut publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos arcessitione dominica de saeculo liberatos, cum sciamus non amitti, sed praemitti, recedentes praecedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent, desiderari eos debere, non plangi, nec accipiendas esse hic atras ve|stes, quando 235
illi ibi indumenta alba iam sumpserint, occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant,

---

crepatum habent Bb et Mc, pro *conperimus* in A perperam scribitur *ceperimus*. Verbum *nosceremus* commode praebuerunt codd. Ver. W. Mbcd. Bab. A et septem Anglici; vulg. enim legitur *agnosceremus*, in Ma *noscere curamus*.

XIV. 1) *ipsis* om. Bb. Pro *quoties* Mab. Bab editionesque vett. c. Erasm. optime exhibent *quotiens* (vid. *Wagner*. l. c. p. 457), *quociens* Mcd. A. Mox *de indignacione praeceptum*, *ut contristaret* (sic) A. Dein *ut* pro *et* recepi ex codd. Ver. W. Mabd. Bab et Neap., *puplice* scribit W. Proxime codd. et edd. fluctuant inter *accersitione* (ita habet etiam Ver.) et *accersione*, ut cap. XVII. Conf. supra cap. II. not. 9 et cap. praeced. not. 6. Correxi igitur *arcessitione*. Pro *sciamus* in edd. Dav. Remb. et Erasm. legitur *sciam*. Quod post *non* vulg. infertur pronomen *eos* omisi cum codd. W. Mabc. Bab. Neap. et A; est enim merum glossema. Suspectum fuit iam Gravio, qui hanc voculam minutioribus typis exprimendam curavit. Cod. Md exhibet *eos non admitti*. Mox ed. Grav. *aut navigantes*, in exemplaribus autem praecedentibus et Morell. exstat *et navigantes*. Verb. *solent* deest in Erasm. Post *accipiendas* Bb om. *esse*, et mox adv. *ibi*. Tum idem liber dat *iam alba sumpserunt* Pro *iam*, quod om. Mab, A ponit *non*. Indicativus *sumpserunt* reperitur etiam in Mb et A Deinde *occassionem* (conf. *Wagner*. l. c. p 469) scribit Ma, *occansionem* Mb, eraso v *esse* post *occasionem* Mc *dandam gentilibus non esse*, A

quod quos vivere apud deum dicimus, ut exstinctos et perditos lugeamus et fidem, quam sermone et voce depromimus, cordis et pectoris testimonio non probemus? Spei nostrae et [2]) fidei praevaricatores sumus; simulata, ficta, fucata videntur esse quae dicimus. Nihil prodest verbis praeferre [3]) virtutem et factis destruere veritatem. Inprobat [4]) denique apostolus Paulus et obiurgat et culpat, si qui contristentur in excessu suorum. *Nolumus* [5]), inquit [6]), *ignorare vos, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui non habent spem. Si enim credimus quia* [7]) *Iesus mortuus est et resurrexit,*

---

gentibus et mox *quociens* pro *quos*; idem c. Bb *apud dominum*. Pro *ut* Mb habet *tamquam*. Paulo post *non probemus* in Ba corruptum in *comprobemus*. 2) Ita codd. omnes et ed. Morell., vulg. *ac*. Tum *simus* pro *sumus* Mb. Deinde *si simulata fiducia, ficta* A, *si simulata* item Bb et duo Anglici editionesque Dav. et Grav., in qua posteriore coni. *si* minutioribus typis expressa est. 3) Male *proferre* W. Md. Bb et A c. libris ante Morell. editis; *praeferre*, quod ceteri codd. et Vatic 3. recte habent, significat nostrum *zur Schau tragen*. Cf. de bono pat. cap. II. ibique adnotat. 1. Verba seqq. *et factis destruere veritatem*, utpote a m. pr. praetermissa, in Mb r. m. ad mg. addidit. Part. *et* om. Manut. Pamel. Rig. et Oxon. invitis libris mss. 4) Ita W, *improbat* rell. libri scripti et editi praeter Baluz., ubi legitur *increpat*, quod illatum videtur e duobus codd. Anglicis. Editores autem Oxonienses in adnotatt coniecerunt legendum esse *improperat*. Falso. Mox *contristetur* A. Ante *excessu* (*excussu* typothetae incuria irrepsit in exemplar Manutianum) omittunt quidem praepositionem non solum mei libri, sed etiam Ver. et Neap.; verumtamen, cum infra codd. omnes praeter Ver. exhibeant *in excessu*, vulgatam lectionem retinendam putavi. 5) *Nolumus* a m. pr., a s. *nolimus* W, *nolimus* etiam Ma, *nolo* Bb. 6) 1. Thessal. 4, 13. Dein *vos ignorare* Bab, *vos, fratres* om. Md. Pro *ut non* in Ver. W. Bab. Neap. et Med scribitur *ne*, in Mb et A *nec*. Statim *sic et* Bb, *et* om. Ba. Neap. et A. Tum *qui non habent spem*, quae verba absunt a Md, recepi e codd. W. Mabc et Bab pro *qui spem non habent*. Congruit versio antiqua. 7) *quod*

sic et deus eos qui dormierunt in Iesu adducet cum eo. Eos contristari dicit in [8]) excessu suorum qui spem non habent.

XV.

Qui autem spe vivimus et in deum [1]) credimus et Christum passum esse pro nobis et resurrexisse confidimus in Christo manentes et per ipsum atque in ipso resurgentes quid aut ipsi recedere istinc de saeculo nolumus aut nostros recedentes quasi perditos plangimus ac dolemus? ipso Christo domino et deo nostro monente et dicente: *Ego sum resurrectio et vita* [2]). *Qui credit in me, licet moriatur, vivet* [3]), *et omnis qui vivit et credit*

W et Md. Proxime *in ihm* Mad et Ba; *per ihm*, quod convenit Graeco διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Mb, *in Xpo* edd. vett c. Erasm. Dein *cum eo* codd. mei et ed. Morell. Vulg. *cum illo*. 8) *in* om. Ver. Tum *eorum* pro *suorum* A moxque *habeant* Bb.

XV. 1) *in domino* Bb c. A. In seqq. *et in ipso* A. Tum *resurgente* Md, *cur* pro *quid* Bb, *qui* Mb et *autem ipsi* c. A, *nolumus* a m. pr., a s. *nolimus* W, *nolimus* etiam Ma, *volumus* A. Idem liber *ut* pro *aut*, Bb autem *ac*. *Plangimus* in A corruptum in *perdimus*. Dein *et* pro *ac* Bb Ante *deo* idem om *et*, cuius loco in Ma legitur *ac*, ut in edd. Erasm. et Grav. Tum *manente* perperam Bb, *et dicente* praestant codd. omnes, quibuscum faciunt edd. vett., Erasm et Grav. idque flagitat Cypriani loquendi usus, *ac dicente* primus scripserat Manutius. Ceterum vid. Ioann. 11, 25. 2) Vocabula *et vita* ab Morellio unde nescimus addita et a Pamelio ex codd. suis mei libri non agnoscunt excepto uno Bb. Ea item a codd. Italicis abfuisse inde patet, quod in ed. Manut. non habentur et in lectionibus variis Gottingensi exemplari insertis nihil adnotatum legitur. Baluzium autem, penes quem amplissimus codicum mss. apparatus fuerat, de h. l. in adnotationibus silere mirum est. 3) Ita c. vulgatis libris codices W. Mabcd et Ba (conf. Epist. ad Turas. p. 170), *vivit* Ver. Neap. et Bb, *vivat* A.

in me non morietur in aeternum. Si in Christum [4]) credimus, fidem verbis et promissis eius habeamus, et non moriemur in aeternum; ad Christum, cum quo et victuri et regnaturi semper sumus, laeta securitate veniamus. Quod interim morimur [5]), ad inmortalitatem morte transgredimur, nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire. Non est exitus iste [6]), sed transitus et temporali itinere decurso ad aeterna transgressus. Quis non ad meliora [7]) festinet; quis non mutari et reformari ad Christi speciem et ad caelestis gloriae dignitatem citius exoptet. Paulo apostolo praedicante: *Nostra autem conversatio*, inquit [8]), *in caelis est, unde et dominum ex-*

---

4) *in* $\overline{xpo}$ Ma. In seqq. Baluzius auctoritatem sex veterum codicum secutus ita scripsit: *si fidem — habemus et non morimur —, ad Chr.* etc. Sed mei codd., ut edd. antecedentes om. *si.* Cuius loco in Mb supra notatum est *ff* i. e. *fratres.* Pro *habemus* W. Mabcd et Bb praestant *habeamus*, dein W et Mab *moriemur*, quod e *morimur* correctum est in Mc, Ba autem, Md et A dant *morituri. Habeamus* et *moriemur* item testantur edd. SP. Venet. Kunn. Remb. et Erasm. c. Morell., *habeamus* et *morituri* exhibent Dav. Grav. Manut. Pamel. Rig. et Oxon, ad quos accedunt Routh. atque Goldh. Ceterum Routhius edidit et distinxit: *habeamus, non morituri in aeternum; ad Chr.* Post vocc. *in aeternum* Ma interponit *si.* Tum prius *et* om. W. Fortius Mb scribit *regnaturi sumus semper.* 5) *morimur* a m. pr., a s. *moramur* Mb, tum *transimus* A. Deinde *hi*^{n}*c conti*^{n}*gerit* Ma, *contingerit* W et Mc, *cogerint* A. 6) *iste exitus iste* (sic) Ba. 7) *venire* tacite addidit Baluzius invitis libris scriptis et editis. Tum *qui* pr. Mb. *Reformari* pro *transformari* (ita Baluzius) restitui e codd. et ceteris editis; *gloriae* exhibent W et Bb c. edd. Baluz. Routh. atque Goldh., *gratiae* codd. et edd. rell. Quod post *dignitatem* vulgo infertur *venire* iure om. Ver. W. Mabcd. Bb et A. Dein *exobtet* scribit Ma, *apostolo quoque* habet Mb. Vocc. *et dicente* post *praedicante* a Baluzio, unde nescio, adiecta omisi praeeuntibus libris meis omnibus, si excipias A. Vid. Philipp. 3, 20. 8) *inquit* in Bb deest. Mox *dominum*

spectamus Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae? Tales nos [9]) futuros et Christus dominus pollicetur, quando, ut cum illo simus et cum illo in aeternis sedibus atque in regnis caelestibus gaudeamus, patrem pro nobis precatur dicens: *Pater, quos mihi dedisti* [10]), *volo ut ubi ego fuero et ipsi sint mecum, et videant claritatem, quam mihi dedisti prius quam mundus fieret.*

XVI.

Venturus ad Christi sedem, ad regnorum caelestium claritatem lugere non debet et plangere [1]), sed potius

Iesum Christum expectamus habet Mb, *Christum Iesum* A, in Testim. autem L. III. c. 11. legitur: *salvatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum.* Omittunt tamen *nostrum* codd. W et Ba conspirantes cum Graeco: σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Dein *transformavit* permutatione frequenti exhibent W. Ma et Bab itemque in Testim. l. c. W. Mbc et Ba. Lectionem *conformatum* a Baluzio restitutam praestant etiam Ver. Neap. W. Bab et Mcd, *confirmatum* perperam dant Mb et A, *configuratum* Ma editionesque vett. c. Erasm. Manut. Pamel. Rig. et Oxon. Tum *corporis* Ba et pr. Mb. 9) Abest *nos* a Bab, item proxime absunt vocc. *et Christus* a Ba; inverso ordine *et pollicetur dominus Iesus Christus* habet A. Statim in eodem libro pro *ut,* quod defit, superscriptum legitur *et.* Quod mox sequitur *et* significat nostrum *und zwar* idque ponitur, si quid cum vi effertur, ut h. l. *cum illo* (conf. de op. et eleemos. cap. XIV. not. 14.), unde non est opus verbo *vivamus,* quod vulgati libri post *sedibus* addunt, codd. autem Ver. Neap. et mei omnes merito non agnoscunt. Paulo post *precatur pro nobis dicens* exstat in ed. Dav. Ita legitur etiam in ceteris exemplaribus vetustioribus et in Erasm., a quibus tamen abest *dicens*; *deprecatur* habet A. Vid. Ioann. 17, 24. 10) *dedisti mihi* Mb et Bb. Mox *et ipsi* al. m. adiecit in W. Tum *ut videant* scribit Mb, *videam* A.

XVI. 1) Ita W. Mabcd. Ba et edd. Manut. Pamel. Rigalt. at-

secundum pollicitationem domini, secundum fidem veri in profectione hac sua et translatione gaudere. Sic denique invenimus et [2]) Enoch translatum esse, qui deo placuit, sicut in Genesi testatur et loquitur scriptura divina: *Et placuit Enoch* [3]) *deo, et non est inventus postmodum, quia deus illum transtulit.* Hoc fuit placuisse in conspectu dei [4]), de hoc contagio saeculi meruisse transferri. Sic et per Salomonem [5]) docet spiritus sanctus eos qui deo placeant maturius istinc eximi et citius liberari, ne, dum in isto mundo diutius inmorantur, mundi contactibus polluantur. *Raptus est,* inquit [6]), *ne malitia mutaret intellectum illius; placita enim erat deo anima eius. Propter hoc* [7]) *properavit educere eum de media iniquitate.* Sic et in [8]) psalmis ad dominum properat spiritali

---

que Oxon., *lugere et plangere non debet* Bb, *nec plangere* A et Neap. pluresque Anglici c. ceteris editis. Perperam *sollicitationem* A. *Veri* recte scribunt etiam W. Mab. Bab et A, e *veri* in Mc enatum est *veritatis* (ita cod. Beccens. et libri ante Baluz. editi), *verbi* habet Md. Idem *protectione*, A *perfectione.* Defit *hac* in edd. vett. et in Erasm. atque Morell., *ac* prim. exhibebat Mb. Proxime *et* om. A. 2) Etiam h. l. A om. particulam *et.* Pro *deo* idem scribit *domino.* Mox *divina* om. Mb. Vid. Gen. 5, 24. 3) *Enoc* Md. Deinde *qui — istum* A. 4) *placuisse deo* Bb. Statim *de hac contagione* Neap., ut edd. ante Manut. Tum *meruisset* Mb. 5) *per Salemonem* Bb. Pronom. *eos* om. edd. Manutianam antecedentes c. Morell., *domino* pro *deo* scribit A, *hinc eximi* legebatur ante Manutium, *nec dum* est in A, *ne cum* in edd. vett. Dein *morantur* habet Bb, *et mundi* Mb, *contagionibus* dant W et Ma. 6) *inquit* mei codd. om. Ceterum vid. Sap. 4, 11. Verb. *mutaret* deest in A. Pro *illius* edd. Manut. antecedentes et Morell. exhibent *eius.* Proxime *domino* pro *deo* scribit A. 7) *Propterea hoc* (sic) Ma. 8) *in* om. A. Pro *ad dominum* W. Mabcd et Bb praebuerunt *ad deum.* Tum *properans* habet A, *spirituali* Mc, *speciali* Grav., *domino* pro *deo*, ut solet, dein *dicit* A; *dicens, sicut scriptum est* Ba, *sicut scriptum est* pro *dicens* legitur in W. Mabd et in libris

fide deo suo anima devota dicens: *Quam dilectissimae* [9]) *habitationes tuae, deus virtutum. Desiderat et properat anima mea ad atria dei* [10]). Eius est in mundo diu velle remanere [11]), quem mundus oblectat, quem saeculum blandiens atque decipiens inlecebris terrenae voluptatis invitat.

XVII.

Porro cum mundus oderit Chri|stianum, quid amas 236
eum [1]), qui te odit, et non magis sequeris Christum, qui te et redemit et diligit? Ioannes in epistula [2]) sua clamat et loquitur et ne carnalia desideria sectantes mundum diligamus, hortatur: *Nolite*, inquit [3]), *diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si qui* [4]) *dilexerit mundum, non est caritas patris in illo, quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed*

ante Mannt. editis atque in Morell. Exstant verba seqq. in Psalm. 83, 1. 9) *Quam amabiles sunt* Mb. 10) *ad atria tua, deus* Ver., *domini* pro *dei* Mcd et A. 11) *remanere velle* A, *manere* Mb. Neap. editionesque vett. c. Erasm. Statim *delectat* Bb, *oblectet* Mb. Post *decipiens* A exhibet *impedit et*, ut codex iste, quo usus est *Gronovius* (Observatt. in Scriptt. eccl. cap. XIV. p. 628), qui huic lectioni calculum album adiecit.

XVII. 1) *eum* om. A. Mox *te oderit* habet Mb. Deinde *te redemit* Bb, quocum faciunt edd. vett. et Erasm.; *redimit* Mc et pr. Ma. 2) Ita W et Mb. 3) 1. Ioann 2, 15. 4) Ita W et Ba, *si quis* vulg. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 1. Ante *illo* praepositionem om. W et Ma, *in eo* habent Bb et A. Tum *est in mundo* A, *carnalis* pro *carnis* Md, *ambitio mundi* W. Macd. Bab et vett. edd. c. Morell.; exstat tamen *saeculi*, quod pro *mundi* primus recepit Erasm., in cod. Mb idque reperitur etiam de habit. virg. cap. VI. p. 133 ed. Tubing., de domin. Orat. cap. XI. et in Test.

ex concupiscentia mundi, et mundus transibit et concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei [5]), *manet in aeternum, quomodo et deus manet in aeternum.* Potius [6]), fratres dilectissimi, mente integra, fide firma, virtute robusta parati ad omnem voluntatem dei simus, pavore mortis excluso inmortalitatem, quae sequitur, cogitemus. Hoc [7]) nos ostendamus esse quod credimus, ut nec carorum lugeamus excessum et cum arcessitionis propriae dies venerit incunctanter et libenter ad dominum ipso vocante veniamus. Quod cum semper faciendum fuerit [8]) dei servis, nunc fieri multo magis debet corruente iam mundo et malorum infestantium turbinibus obsesso, ut qui cernimus coepisse iam gravia et scimus

---

III. 11. p. 308. Dein *qui* et *ex patre* A. Pro *concupiscentia mundi* in Test. l. c. libri tam scripti, quam editi habent *ex concupiscentia saeculi.* Ita et de domin. orat. l c. codd. W. Ma et Ba, neque aliter ante legebatur de habit. virg. l. c., ubi nuper e cod. Ver. restitui ex *conçup. mundi*; est enim in Graeco ἐκ τοῦ κόσμου. Utrumque vocabulum inter se permutari satis inde patet. Post *mundi* additur *est* in A. 5) Pro *dei* in A scribitur *patris mei*, statim *manebit* in W. Ba et Md, item in aliquot libris de habit. virg. l. c. Verba proxima: *quomodo et deus manet in aeternum*, om. Md et A. Pro *quomodo* Erasmus dedit *sicut.* Part. *et* defit in Test. l. c. 6) Mc „al. (*i.* e. edd. vett. c. Erasm. et Grav.) *porro.*“ Tum *et fide firma* moxque *ad omnem dei voluntatem dei* habet W. 7) *Hoc* in W ab al. m. superscriptum. In seqq. *nec* ante *carorum* recepi e codd. W. Mabc. Bab et A, quibuscum facit ed. Morell., *ne* exhibent edd. vett., *neque* Erasm. et posteriores, excepta tamen Morell., ut iam monui, *nunc* scribit Md. Proxime codd. et editi fluctuant inter *accersitionis* et *accersionis*, ut passim. Dedi *arcessitionis.* Vid. ad cap. II. not. 9., ad cap. XIII. not. 6 , ad cap. XIV. not. 1. *Propriae* om. Bb. Idem habet *advenerit.* Tum *ac libenter* A, statim *ad deum* Mb et Ba. 8) *fuerit faciendum* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Perperam *fidei* pro *fieri* A. Idem in seqq. *iam cepisse.* Mox *scimus* deest in Bb, *inminere* pro *imminere* dant W

imminere graviora, lucrum maximum computemus, si istinc velocius recedamus. Si in habitaculo tuo parietes vetustate nutarent, tecta [9]) desuper tremerent, domus iam fatigata, iam lassa aedificiis senectute labentibus ruinam proximam minaretur, nonne omni celeritate migrares? Si navigante te [10]) turbida et procellosa tempestas fluctibus violentius excitatis praenuntiaret futura naufragia, nonne portum velociter peteres? Mundus ecce nutat et labitur, et ruinam sui [11]) non iam senectute rerum, sed fine testatur; et tu non deo gratias agis, non tibi gratularis quod exitu maturiore subtractus ruinis et naufragiis et plagis imminentibus exsuaris?

---

et Mab, item Mab c. Bb in fin. huius capitis *inminentibus* pro *imminentibus*; retinui tamen vulgatam, cum in Virgilii codice Mediceo, ut in Voll. Herculanens. P. II. col. I. l. 7., constanter scribatur *imminere*. Dein pro *computemus* Bb habet *reputemus*. 9) *et tecta* Mb. Proxime *lapsa* A. Deinde *ruinam iam proximam* Bb. 10) *te navigante* exhibent edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *navigante te* codd. Mbcd. Bab et A, W autem et Ma pronomen omittunt. Mox *violentibus* perperam Ba, *videntis* edd. SP. Venet. et Kunn., *vi venti* Remb. et Erasm., *violentis* Morell. Tum *pronunciaret* A. In seqq. *velocius* Ver. et Bb. 11) *ruinam suam* male Bb. De usu genitivi *sui* vid. *Ramshorn*. Grammat. Lat. §. 157, 2. p. 531 et quae adnotavi ad Paulin. de vit. S. Ambros. p. 255 (§. 54. p. 28). Ita Noster et in libro ad Demetr. cap. I. c. fin. *radicis et originis tui* et cap. II. *mundus — occasum sui rerum labentium probatione testatur*. Deest *iam* in A. Idem deinde habet *domino gratias agas*. In seqq. Mb *naufragiis tuis*, tum *plagiis* Ba. Pro *exuaris* (ita codd. et edd.) scripsi *exsuaris*, quod a m. pr. exhibebat Ba; *eximaris* sine causa dederat Routhius. Vid. *Gronov*. Observatt. in Scriptt. eccl. cap. XIV. p. 627 coll. Nostri Ep. 60. p. 100.

XVIII.

Considerandum est, fratres dilectissimi, et identidem [1]) cogitandum renuntiasse nos mundo et tamquam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui adsignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos [2]) et laqueis saecularibus exsolutos paradiso restituit et regno. Quis [3]) non peregre constitutus properet in patriam regredi; quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optet, ut velociter caros liceat amplecti? Patriam nostram [4]) paradisum conputamus, parentes patriarchas habere iam coepimus; quid non properamus et currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus exspectat,

---

XVIII. 1) *itidem* Bb. Mox *tanquam* Bb et A, ut libri editi praeter Manut. Sed vid. ad cap. I. not. 1., ad cap. V. not. 4. et ad cap. VI. not. 13. Tum *hic* receptum e codd. W. Mabd. Bab et sex Anglicis, quibuscum concordant edd. Pamel. antecedentes et Routh.; *hic* in Mc correctum est ex *hinc*, quod exstat in A; *isthic* invexerat Pamelius eumque secuti sunt Rig. et Oxon., *istic* dederunt Baluzius et Goldhornius. Statim *degere manere* habet Bb, *tegere* W. 2) *ereptos istinc* A. Pro *exsolutos* in edd. vett. et Erasm. legitur *exutos*. Tum *restituit* om. A, *restitui* perperam scribit Ma, *restituet*, quod in Mb enatum est e *restituit*, habet Md, *restituat Augustinus* contra duas epist. Pelag. IV. 8. Tom. X. p. 481. C. Voc. *caelesti* post *regno* adiectum iure expunxit Baluzius, cuius vid. Adnot. 3) *Qui* A, *quis non* om. Mc. Statim *properet* (vulgo legitur *properaret*) recepi ex codd. Ma et Bb, quibuscum faciunt edd. veteres et Erasm. Grav. atque Morell., *properat* scribitur in A. Idem liber et Mb dant *in patriam suam*. Paulo post solus Bb praebuit *optet ut — liceat* pro vulg. *optaret ut — liceret*. 4) *Patriam nos nostram* W. Mad et Ba c. ed. Morell. Deest *paradisum* in A, in quo deinde reperitur *computemus*. Tum *parentes nostros patriarchas* habent edd. vett., Erasm. Mor. et minut. litt. Grav. In seqq. *et* (pro *ut*) *parentes* Bb.

parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate [5]) secura, adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum [6]) venire quanta et illis et nobis in commune laetitia est; qualis illic caelestium regnorum voluptas sine timore moriendi et cum aeternitate vivendi; quam summa et perpetua felicitas! Illic apostolorum gloriosus chorus, illic [7]) prophetarum exsultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis victoriam coronatus, triumphantes virgines, quae concupiscentiam carnis et corporis continentiae robore subegerunt, remunerati misericordes, qui alimentis et largitionibus pauperum iustitiae opera fecerunt, qui dominica praecepta servantes

---

Addit *nostros* A. Idem liber dat *possumus*. 5) Hanc lectionem pro *de sua immortalitate* a Baluzio restitutam praestant etiam libri Ver. et Neap. itemque W. Mb. Ba. A, *de sua incolomitate* scribunt Macd et Bb. Ante *adhuc* particulam *et*, quam expunxit iam Routhius, recte om. codd. Ver et mei omnes, neque agnoscit *Augustinus* de praedest. Sanctorum C. XIV. §. 28. Tom. X. p. 809. A. Mox *salute* r. m. supra adiecit in Mc. 6) Ita Mab (vulg. *complexum*), *amplexum* Bb, *anplexum* A. Statim *quanta ex nobis et illis* idem liber. Praepositionem *in* ante *commune* al. m. superscripsit in Mb. Tum *ille* loco adverbii *illic* pr. legebatur in Mc, *gaudiorum* pro *regnorum* exhibet exemplar Dav. Dein *voluptas* moxque *veniendi* pro *vivendi* Mb, *firma* pro *perpetua* A. 7) *illinc* edd. SP. Venet. Dav. Kunn. In seqq. *illic triumphantes virgines* habent cod. Tewater. ap. Routh. et ed. Dav., *triumph. illic virg.* Erasm., cui adstipulantur recentiores excepta Routhiana. Sed *illic* recte om. codd. Ver. Neap. et mei omnes itemque vett. editiones rell. c. Morell. et Routh. Proxime *pectoris* pro *corporis* A. Tum *illic remunerati* cod. Tewater. et exemplar Dav. Post *largitionibus* a r. m. superscriptum *eleemosynis* in Mb. Dein *iusta opera* W et Ma. Statim *domini praecepta* A. Sed locutionibus *scriptura dominica*, *castra dominica*, *passio dominica*, *hostia dominica* etc. in Nostri operibus nihil frequentius est. Vid. *Gronov.* libr. cit. p. 626. *Thensauros* exhibet Ma, *thessauros* (*n*

ad caelestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate properemus, ut cum his [8]) cito esse, ut cito ad Christum venire contingat optemus. Hanc cogitationem nostram deus videat, hoc propositum mentis et fidei Christus [9]) aspiciat daturus eis claritatis suae ampliora praemia, quorum circa se fuerint desideria maiora.

---

ab al. m. supra addit.) W. De qua scriptura vid. *Wagner.* l. c. p. 458. Tum *contulerunt* Bb. 8) *hiis* Md c. ed. Dav., *istis* A. Pro *cito esse ut* in Mb reperitur *quoque*; post *esse* codd. Ba et quattuor Neap. veteresque edd. c. Erasm. Grav. Mor. et Routh. addunt *possimus*, quod glossam redolet et merito suspectum fuit iam Gravio, cum vocem istam minutioribus typis excudendam curaverit. 9) *dominus Christus* vulg. Sed voc. *dominus* om. codd. omnes. Mox *claritatis* firmant W. Mabd et Ba, *caritatis* exhibent Bb. Mc. A. In seqq. pron. *se* om. Bb. Idem liber c. A habet *fuerunt*. Tum A *desiderata*. Post *maiora* in Mb a m. divers. additum *amen*, quod legitur etiam in edd. vett., in Erasm. Grav. et Morell.

AD

DEMETRIANUM *).

I.

Oblatrantem te et [1]) adversus deum, qui unus et 216
verus est, ore sacrilego et verbis impiis obstrepentem frequenter, Demetriane, contempseram, verecundius et melius existimans errantis inperitiam silentio spernere, quam loquendo dementis insaniam provocare. Nec hoc [2]) sine magisterii divini auctoritate faciebam, cum scriptum sit [3]): *In aures inprudentis noli quicquam dicere, ne, quando audierit, inrideat sensatos* [4]) *sermones tuos.* Et iterum [5]): *Noli respondere inprudenti ad inprudentiam* [6]) *eius, ne similis fias illi.* Et sanctum quoque iubeamur

*) Legitur in cod. Vindob.: *Incipit liber adversus Demetrianum.*

I. 1) *et* Mbc om., habet a s. m. W. Tum *adversum eum* dant edd. vett., *adversum deum* Erasm. et Grav., *adversum dominum* scribit Md. Post *obstrepentem* in Mb male repetitur *te.* Dein *contempsi* e *contempsere* ab r. m. correctum in Ba. Statim *et melius* pro *ac melius* praebuerunt codd. omnes c. edd. vett. et Morell. Tum *silentiis* pr. videtur habuisse Mb. 2) *hoc* ab al m. supra scriptum in Mb, ubi deinde legitur *sine magisterio divinae auctoritatis.* Vid *Baluz.* not. p. 560. 3) Prov. 23, 9. 4) *insensatos* Ba. 5) Prov. 26, 4. In Mb additur *dicit.* 6) *improvidentiam* Ba. Tum *illi fias* W et Ma.

intra conscientiam nostram tenere, nec inculcandum [7]) porcis et canibus exponere loquente domino et dicente [8]): *Ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos, ne* [9]) *inculcent eas pedibus suis.* Nam cum ad me saepe studio magis contradicendi, quam voto discendi venires [10]) et clamosis vocibus personans malles tua inpudenter ingerere, quam nostra patienter audire, ineptum videbatur congredi tecum, quando facilius esset et levius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quam tuam rabiem tractatibus coercere. Certe et labor inritus et nullus effectus [11]) offerre lumen caeco, sermonem surdo, sapientiam bruto, cum nec

---

7) *inculcandum* a m. pr., a s. *conculcandum* Mc, et ita Erasm. et Grav., *inconculcandum* (sic) Md, *inculcantibus* edd. vett. Dein *monente domino* A. 8) Matth. 7, 6. 9) *ne* correctum e *nec* in Mb. Baluzii emendationem *inculcent* firmant codd. Ver. Mbcd. Bab et A, *conculcent* exhibent W et Ma, ut edd. Erasm. Grav. Manut. Pamel. Rigalt., nec non in Testim. III. 50. W et Mb, quibuscum faciunt Erasm. Grav. et Manut., *ea* dant Mc veteresque edd. c. Erasm. Manut. Pamel. Rigalt. atque Oxon. Adstipulantur in Test. l. c. Ba editique excepto Oxon. Codex Mc habet *eā* (sic). Tum *pedibus suis* praestant codd. omnes praeter Md, item edd. Grav. et Morell., nec discrepant in Test. libri scripti et editi. Legitur etiam in Graeco *ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν*. Addidi igitur *suis*. Verba proxima: *et conversi elidant vos*, utpote omissa in meis codicibus et Italicis omnibus, si excipias Md et Vat. 1., exterminanda censui. Adnotaverat iam *Baluzius*: „Quamvis ista exstent in omnibus editionibus et in quinque antiquis exemplaribus, facile delerem, cum desint in quindecim libris nostris et quattuor Anglicanis, tum etiam, quia nullius momenti sunt ad instruendum id quod Cyprianus insinuare volebat.“ 10) *venire* A. Tum *insonans* Md et edd. vett., *perstrepens* cod. Ver. Dein *modesta impudenter ingereres, quam nostra impudenter audires* a m. pr. Mc, *inprudenter* Ba, *imprudenter* A et pro *ingerere* W et Ma *gerere*. Mox *ineptum mihi videbatur* Bb. 11) *affectus efferre* W, *offero* A. Tum *surdo sermonem* A. Deinde *brutus*

sentire brutus possit, nec caecus lumen admittere, nec surdus audire. Haec considerans saepe conticui et inpatientem patientia vici, cum nec docere indocilem possem [12]), nec impium religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere. Sed enim cum dicas plurimos conqueri quod [13]) bella crebrius surgant, quod lues, quod fames saeviant quodque imbres et pluvias serena longa suspendant nobis inputari, tacere ultra non oportet, ne iam non verecundiae, sed diffidentiae esse incipiat quod tacemus et dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen adgnoscere. Respondeo [14]) igitur et tibi, Demetriane, pariter et ceteris, quos tu forsitan concitasti et adversum nos odia tuis maledicis vocibus seminando comites tibi plures radicis atque originis tui pullulatione fecisti, quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem. Nam qui ad malum motus est [15]) mendacio fallente multo magis ad bonum movebitur veritate cogente.

---

sentire possit idem liber, *sentire possit brutus* Mb, *posset* Bab et pr. W, *videre* pro *lumen admittere* Mb. 12) *posse* A. Dein *conprimere* Mb, *conprimerem — cohiberem* W, *comprimere — cohiberem* Ma. 13) *et quod* W. Macd. Ba et A, item edd. vett., *crebra* A, *saeviunt* W et Ma. Omisso *quodque* (*quotque* scribit Ba) post *imbres* Mb addit *quoque*. Tum *pluviae* Mb. In seqq. *taceamus* et *cum* pro *dum* exstat in Md. Proxime Bab. Md. A et edd. vett. exhibent *contempnimus*. Statim *videamus* Ma, *videantur* A. Dein *adgnoscere* optime Ma. Vid. quae adnotavi ad librum de mortal. cap. I. not. 3. 14) *Respondemus* cod. S. Arnulphi ap. Baluz. et Md veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. Part. *et* om. Ma, pronom. *tibi* Mc. Mox *adversus nos* exhibent Md et A. Tum *maledictis tuis vocibus* ordine inverso scribit A. Correxi deinde ex codd. Mbd *radicis et originis tui* (pro *tuae*). Cf. ad libr. de mortalit. cap. XVII. not. 11. 15) *est* om. A. Statim *fallente mendacio* legitur in ed. Manut. Sed refragantur codd. omnes et edd. rell. et ipse Noster cap. XI., ubi itidem scripsit *mendacio fallente*.

II.

Dixisti per nos fieri et [1]) quod nobis debeant inputari omnia ista, quibus nunc mundus quatitur et urgetur, quod dii vestri a nobis non colantur. Qua in parte qui [2]) ignarus divinae cognitionis et veritatis alienus es, illud primo in loco scire debes, senuisse iam mundum, non illis viribus stare, quibus prius steterat, nec vigore et robore eo valere, quo | antea praevalebat. Hoc [3]) etiam 217
nobis tacentibus et nulla de scripturis sanctis praedicationibusque divinis documenta promentibus mundus ipse iam loquitur et occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non [4]) hieme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est, non frugibus aestate torrendis solis tanta flagrantia est, nec sic verna de temperie sua laeta sunt,

---

Cogente soli agnoscunt codd. Md et Vat. 1. Simili homoeoteleuto utitur Epist. LIX. p. 97: *nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente.* Cf. infr. c. IX. circa fin.

II. 1) *et* a corr. m. habet W. Mox *non* pro *nunc,* in mg. a r. m. „al. *nunc*“ Mc. Tum *mundus ipse* Ba, deinde *urguetur* Mc, *arguitur* Mb. 2) Ita libri Italici omnes praeter Vat. 1. conspirantibus Mb. Ba et A, *quis* Ma, *quisi*^{c} (*i*^{c} a r. m. illato) W, *quia* Md et Vat. 1., ut vulg., neque *qui*, neque *quia* Bb et Mc. Dein *cogitationis* Bb. In seqq. *et non illis viribus* ed. Dav., *non in illis viribus* Mb, *illic* A. Tum *nec robore* Mc, *ipso* pro *eo* mei et Italici libri exceptis Md et Vat. 1., *quo* enatum e *quod* in Mb. Pro *antea* W. Mab et Bab exhibent *ante.* 3) *Haec* Ba. Dein *nullam* Mb, *documentis* Ba, *iam non loquitur* Ma et pr. W, *occasui* pro *occasum sui* Ma, *sine* pro *sui* A. 4) *Non* r. m. supplevit in Mc, *nam* male scribit A, tum *hiemi* Ba. Pro *solis tanta flagrantia,* quod e quinque codd. primus recepit Pamelius, mei libri et octo apud Oxonienses exhibent *solita flagrantia*, ut antea legebatur. *Fraglantia* errore non insolito scribitur in W et Ma. Dein *verna de temperie sua laeta sunt* praestant codd. Ver. W. Mab. Bab.

nec adeo arboreis fetibus autumna fecunda sunt. Minus de effossis [5]) et fatigatis montibus eruuntur marmorum crustae, minus argenti et auri opes suggerunt exhausta iam metalla et pauperes venae breviantur in dies singulos et decrescunt, deficit in arvis agricola, in mari nauta,

---

Vind. A et novem Anglici c. Thuan. *Verna* et in seqq. *autumna* (i. e. tempora) nominativi neutrius generis pluralis numeri sunt. Ita exquisitius et gravius dixit pro *ver, autumnus*, respiciens magistrum suum de resurrect. carnis cap. XII.: *Revolvuntur hiemes et aestates, verna et autumna cum suis viribus, moribus, fructibus.* Similiter Epist. XV. p. 25: *Per vicissitudines mensium transmeavit hibernum.* Vid. *Gronov.* Observatt. III. 24. p. 324. ed. Frotsch. Praepositionem *de* more Afrorum positam (vid. ad Donat. cap. XIV. not. 13.) male omisit Morellius. Pro *sata*, ut perperam legitur in edd. vett. et in Erasm. Grav. atque Morell., veram lectionem *sua* e codd. restituerunt Manutius, Rigaltius in Observatt. p. 170, Gronovius l. c., Fellus et nuper M. Denisius l. c. Sed loci sensum non capiens Pamelius rursus post *sua* addidit *sata*. Baluzius autem e quattuor libris mss, quibus adstipulatur Md, invexit *vernante temperie sata laeta sunt* sicque hunc locum a viris doctissimis egregie emendatum mirifice depravavit, eumque secutus est, quod miror, ipse novissimus editor. *Sua laetantur* scribit Mc. Mox *foetibus* Bb, dein *autumpna* A et ed. Dav., *sunt* om. A. 5) *ecfossis* W (vid. *Wagner.* l. c. p. 433. v. *ecfari*), *haecfossis* Ma, *effussis* Ba. Pro *eruuntur* W et Ma *fruuntur*. Dein *exhausti* A. Post *venae* puncto distinguunt cod. Md et vett. edd. c. Erasm. Pergunt deinde: *Breviatur — et decrescit ac deficit in agris agricola.* Gravius dedit: *pauperes venae abbreviantur — et decrescit ac deficit* etc., Morellius: *p. v. breviantur — et decrescit in arvis agric.*, W. Mab et Bb scribunt: *p. v. breviantur* (*depantur*, sic, Bb) *— et decrescit ac deficit in arvis agric.*, item *et decrescit ac def. in arvis* (in Ba est *agris*) *agric.* Ba et Md, *p. v. breviantur* (pr. *breviatur*) *et decrescit et deficit in agris agric.* habet Mc, *p. venie breviantur — et decrescit magis agric.* (sic) A. Pro *arvis*, quod testantur etiam codd. Ver., quindecim Baluziani et quattuor Bodleiani, in edd. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. legitur *agris*. Vocc. *in mari nauta* desunt in W et Mac. Mox *in toro* scribit Ba, *in foris*

miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Putasne tu [6]) tantam posse substantiam rei senescentis exsistere, quantum prius potuit novella adhuc et vegeta iuventa pollere? Minuatur necesse est quidquid [7]) fine iam proximo in occidua et extrema devergit. Sic sol in occasu [8]) suo radios minus claro et igneo splendore iaculatur, sic declinante iam cursu exoletis cornibus luna tenuatur, et arbor, quae fuerat ante viridis et fertilis, arescentibus ramis fit postmodum sterili senectute deformis, et fons, qui exundantibus prius venis largiter profluebat, senectute deficiens vix modico sudore destillat. Haec sententia mundo data est, haec dei lex est, ut [9]) omnia orta occidant et aucta senescant, et infirmentur fortia et magna minuantur, et cum infirmata et deminuta fuerint, finiantur.

Md. Tum *in amicis* Ma. Bb et pr. Mb. 6) *Petasne* pr. W, *in* pro *tu* habet A. Dein *tantum* Md. In seqq. *quanta* idem liber et vett. edd. c. Erasm. Grav. atque Morell. Proxime *vegetata iuventa* Md et A. Verb. *pollere* correctum e *pollicere* in Ma, *pollicere* habet W. 7) Ita Mb editionesque Manut. et Pamel., vulg. *quicquid*. Statim *iam primo* A, tum *in occiduo* Ba, *et occidua* Bb, *et in extrema* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. 8) *occaso* (sic) Ma. Deest *radios* in A, *claros et igneos* scribit Mb, *claros ex igneo* Bb. Dein *sic* in W correctum e *si*. *Et* ante *arbor* om. A, *antea viridis* exhibet W et in seqq. cum Ma et Bab *sterilis*. Tum *exhundantibus* Ma. Paulo post *vix* in A deest. Pro *distillat* recte *destillat* scribunt W et Mac (Ba habet *destillati*). Concordant edd. Manut. et Pamel. 9) *et ut* a m. pr. Mb. Vitiose *horta* Ma, dein *occident* A. Hausit haec ex *Sallust.* Iugurth cap. II. Tum *ut infirmentur* moxque *ut cum — — finiantur* edd. vett., Erasm. Grav. et Morell. Post *magna* omnia desunt in A usque ad *minuantur singula* (cap. seq.). *Deminuta* pro *diminuta* recte codd. Ma et Bb

III.

Christianis [1]) inputas quod minuantur singula mundo senescente, quid si et senes inputent Christianis quod minus valeant in senectute, quod non perinde ut prius vigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, virium robore, suco viscerum, mole membrorum et cum olim ultra octingentos et nongentos annos vita hominum longaeva procederet, vix nunc possit ad centenarium numerum pervenire? Canos videmus in pueris, capilli deficiunt ante quam crescunt [2]), nec aetas in senectutem desinit, sed incipit a senectute. Sic in ortu [3]) adhuc suo ad finem nativitas ipsa properat, sic quodcumque nascitur mundi ipsius senectute degenerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo coepisse deficere, quando totus ipse iam mundus in defectione sit et in fine. Quod autem crebrius bella [4]) continuant, quod sterilitas et fames solli-

---

una cum ed. Manut. Itidem a m. pr., a rec. *diminuta* Mbc. Tum *fuerunt* ed. Oxon.

III. 1) *Haec Christianis* edd. vett., Erasm. Grav. et Mor., *diminuantur* Mc. Negationem ante *perinde* om. Ma, *proinde* habet A. Pro vulg. *succo* recte W. Mb et Bb *suco*, Ba *sucu*. Tum *membrorum* Ma. Deleto quod sequitur *et* r. m. in Mb superscripsit *ut*. Deinde *ultra DCCCC et XC annos* exhibet Ba. Proxime *et vix* Ma, *nunc vix nunc* Mc. Postea vero prius *nunc* deletum est; *via* pro *vix* scribit Ba. Statim *posset* A. Tum *perveniri* W. Ma et pr. Mbc. 2) Ita W. Mac. A et pr. Mb editionesque Manut. et Pamel., *crescant* ceteri libri scripti et editi. Pro *in senectute* recepi *in senectutem* e codd. W. Ma. Ba. A et duobus Bodl., quibuscum faciunt edd. Erasm. Grav. atque Morell., *incipit* enatum ex *incepit* in W, *in senectute* habet Ba. 3) *hortu* Ma. Cf. Cap. II. not. 9. Vitiose *nativitatis* Mb, *ipsa* addidi e W et Ma et ante *nascitur* praeeuntibus iisdem libris delevi *nunc*, quod glossam sapit. W pr. *generat*. In seqq. A om. *ipse*. 4) *bella crebrius* Mb, *con-*

citudinem cumulant, quod saevientibus morbis valitudo frangitur, quod humanum genus luis populatione vastatur, et hoc scias esse praedictum, in novissimis temporibus multiplicari mala, et adversa variari et adpropinquante iam iudicii die magis ac magis in plagas generis humani censuram dei indignantis accendi.

IV.

Non enim, sicut tua falsa querimonia et inperitia [1]) veritatis ignara iactat et clamitat, ista accidunt quod dii vestri a nobis non colantur, sed quod a vobis non colatur deus. Nam cum ipse sit mundi dominus [2]) et rector et cuncta arbitrio eius et nutu gerantur, nec quicquam fieri possit, nisi quod aut fecerit aut fieri ipse permiserit, utique quando ea fiunt, quae iram dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt, a quibus deus colitur, sed delictis et meritis vestris inrogantur, a quibus deus omnino nec quaeritur, nec timetur, nec relictis vanis superstitio-

---

tinuant correctum e *contineant* in W, *continuantur* scribit Bb. Mox *sterilitates* Md. Tum *sollicitudine* W et Ba, *sollicitatem* (sic) Md, *solitudinem* (pr. *sollit.*) Mc et A. Deinde *valitudo* W. Bab. Mcd. A, item edd. vett. c. Erasm. et Manut., *valetudo* Mb, *valetudo* Ma c. ceteris editis. Sub fin. *adpropinqua* (sic) Ma. Ante *plagas* (*plagis* habet Bb) praepositionem om. Mc.

IV. 1) *et imperitia* al. m. superscripsit in Bb. In seqq. *dii nostri* perperam exhibet A. Dein vocc.: *sed quod a vobis* (*a nobis*, sic, A) *non colatur*, utpote pr. omissa, in Mc r. m. ad mg. adiecit. 2) *dominus cognitor* edd. vett. et Erasm., *dominus conditor* Gravius. Tum *ac nutu* Ba. Abest *ipse* ante *permiserit* (*promis.* pr. Mc) ab A. Mox in eodem libro legitur *offendunt*. Tum praepositionem ante *quibus* corr. m. dedit codici W, *et meritis* om. Bb, *meritis nostris* solito more scribit A. Idem deinde habet *non*

nibus religio vera cognoscitur, ut qui deus unus est omnibus, unus colatur ab omnibus et rogetur. Ipsum [3]) denique audi loquentem, ipsum voce divina instruentem nos et monentem: *Dominum deum tuum* [4]) *adorabis*, inquit, *et ipsi soli servies.* Et iterum: *Non erunt tibi dii alii absque me.* Et iterum [5]): *Nolite* [6]) *ambulare* 218
post deos alienos, ut serviatis eis, et ne adoraveritis eos, et ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos. Propheta item [7]) spiritu sancto plenus contestatur et denuntiat iram dei dicens [8]): *Haec dicit dominus* [9]) *omnipotens: Eo quod domus mea deserta est, vos autem sectamini unusquisque in domum suam, propterea abstinebit caelum a rore, et terra subtrahet procreationes suas; et inducam* [10]) *gladium super terram, et super frumentum, et super vinum, et super*

---

quaeritur, in seqq. *ut quia* et mox *colitur*; *et rogetur* om. Ma. 3) *Et ipsum* A. Proxime *instruentem nos et monentem* praestant codd. omnes et edd. vett., *nos pariter ac monentem* invexit Erasmus. De re vid. Deut. 6, 13 et 10, 20. Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. 4) *tuum* r. m. supra addidit in Mc. Verbum *inquit*, quod omittunt cod. Md et edd. vett. c. Erasm., in Mb a r. m. ante *adorabis* superscriptum legitur, post *adorabis* id recte habent codd. et edd. rell.; *ipsi* pro *illi* receptum e codd. W. Mabc. Bab et A. Concordat etiam Manut. Verba seqq: *Et iterum: Non erunt tibi dii alii absque me* desiderantur in A; *dii tibi alii* pr. exhibebat W, *alii* om. Mc, *alieni* dant exemplaria vett., item Erasm. et Morell., *alii dii* scribit Md, *alieni dii* Bb. Vid. Exod. 20, 3. 5) *Et* om. Md. Sumpsit loc. seq. ex Hierem. 25, 6. 6) *Noli* A. Idem liber *serviatis illis.* Verba seqq.: *et ne adoraveritis eos*, ibidem desunt. Deinde *ad dispergendos* habet ed. Dav., *suos* pro *vos* A. 7) *iterum* Mb. Tum *sancto spiritu* W. Mac et Bb. Pro *denuntiat* A *denumerat.* 8) Aggae. 1, 9. 9) *dominus deus* Md et Manut. 10) *inducat* Bb. Copula post *terram* deleta *super frumentum* [et] *oleum* (*et* a r. m. superscr.) exhibet Mc. Vocc. *et super oleum* om. A.

oleum, et super homines, et super pecora, et super omnes labores manuum eorum. Item propheta alius repetit et dicit [11]): *Et pluam super unam civitatem et super unam* [12]) *non pluam. Pars una conpluetur et pars, super quam non pluero, arefiet. Et congregabuntur duae et tres civitates in unam civitatem potandae aquae causa, nec satiabuntur, et non convertimini ad me, dicit dominus.*

V.

Indignatur ecce dominus et irascitur et quod ad eum non convertamini [1]) comminatur; et tu miraris aut quereris in hac obstinatione et contemptu vestro, si rara desuper pluvia descendat, si terra situ pulveris squaleat, si vix ieiunas et pallidas herbas sterilis gleba producat, si vineam debilitet grando caedens, si oleam detruncet turbo subvertens, si fontem siccitas statuat, aërem pestilens aura corrumpat, hominem morbida valitudo consumat, cum omnia ista peccatis provocantibus veniant et plus exacerbetur deus, quando nihil talia et tanta proficiant? Fieri enim ista vel ad disciplinam contumacium vel ad paenam ma-

---

11) Amos. 4, 7. 12) Ita codd. W. Mabc. Bab. A et decem Anglici, ita legitur et in Graeco. *Unam* pro *aliam*, ut in Md et in vulgatis libris est, itidem correxit docta illa manus in Gottingensi Manut. ed. exemplari.

V. 1) *convertimini* Ma. Ba et A c. ed. Dav. Dein *tu minaris* Bb. Pro *quaereris* A *quaerens*. Mox *vestro* (Bb habet *tuo*) corr. m. supra addidit in W. Idem liber habet *discendat*, tum *siti* pro *si terra situ* A, *pulveris situ* et mox *steretis* Mb. Voc. *sterilis* om. A. Proxime idem scribit *debilitat*. Dein *cedens* edd. vett., *cadens* Erasmus, item Gravius; hic tamen *caedens* in mg. Statim *oleum* Bb. Pro *hominem* Erasmus et Gravius *homines*. Ante *morbida* deletum *valida* in Mc, *valitudo* pro *valetudo* exhibent W. Macd. Bab et e corr. Mb, item edd. vett. c. Erasm. et Manut.

lorum declarat in scripturis sanctis idem deus dicens [2]): *Sine causa percussi* [3]) *filios vestros, disciplinam non exceperunt.* Et [4]) propheta devotus ac dicatus deo ad haec eadem respondet et dicit [5]): *Verberasti eos, nec doluerunt; flagellasti eos, nec voluerunt accipere* [6]) *disciplinam.* Ecce inrogantur divinitus plagae [7]), et nullus dei metus est. Ecce verbera desuper et flagella non desunt, et trepidatio nulla, nulla [8]) formido est. Quid [9]) si non intercederet rebus humanis vel ista censura, quanto adhuc maior in hominibus esset audacia, facinorum impunitate secura?

VI.

Quereris quod minus nunc tibi uberes fontes, et aurae [1]) salubres, et frequens pluvia et fertilis terra obsequium praebeant, quod non ita utilitatibus tuis et vo-

---

2) Hierem. 2, 30. 3) *non percussi* A. Tum *receperunt* Ba, *acceperunt* Bb et A. 4) *Ac* A. Vocc. *ad haec eadem* om. Ba. Dein *respondit et dicit* dant codd. W. Mabc et Ba una cum edd. Ven. Dav. Kunn. Remb. atque Erasm., *respondet dicens* Md, *respondit dicens* A. 5) Hierem. 5, 3. 6) *credere nec accipere* exstat in edd. vett. et in Erasm. Grav. Manut. atque Morell. Sed vocc. *credere nec* suspecta iam Gravio merito delevit vir doct. in Gottingensi Manut. ed. exemplari. 7) *inrogatur — plaga* scribit Mb. 8) *trepidatio nulla, nulla cunctatio, formido nulla est* habet ed. Dav., indeque Grav. *trepidatio nulla, nulla cunctatio* (posteriora autem duo vocabula minut. typis sunt excusa), *nulla formido est.* Post *trepidatio nulla* W et Mac addunt *est.* Alterum *nulla* om. Bb et A, item quod post *formido* sequitur *est* codices W et Mac. 9) *Quod* Bb. Tum *vel rebus* Mb, *humanis rebus* Ba, *ista* ab r. m. inter vers. habet W. Dein male *quanta* A et *in omnibus* edd. vett. c. Erasm.

VI. 1) *auras* Bb, *aures* (littera *a* ab r. m. superscr.) Md. Tum *sterilis* pro *fertilis* et mox *voluntatibus* pro *voluptatibus* A.

luptatibus elementa deserviant. Tu enim deo servis [2]), per quem tibi cuncta deserviunt; famularis illi cuius nutu tibi universa famulantur. Ipse de servo [3]) tuo exigis servitutem et homo hominem parere tibi et obedire compellis, et cum sit vobis eadem sors nascendi, conditio una moriendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, aequali iure et pari lege vel veniatur in istum mundum vel de mundo postmodum recedatur, tamen nisi tibi pro arbitrio tuo serviatur, nisi ad voluntatis obsequium pareatur, inperiosus et nimius servitutis exactor flagellas,

2) *servis deo* Bb, *deo non servis* edd. vett., *deo* $\overline{n}$ *servis* ($\overline{n}$ a s. m. supra addit.) Mbc, $\overline{dno}$ *non servis* Md, *deo servis* primus edidit Erasmus hancque emendationem ab editoribus posterioribus probatam rell. libri mei et tredecim veteres Baluziani egregie confirmant. *Cuncta* corr. m. superscripsit in W, *deserviant* habet A. Deinde *tu non famularis* legitur in edd. vett. et in quinque codd. Baluz., *tu famularis* dederunt Erasm. Grav. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. Sed *tu* om. codd. mei, Italici omnes et novendecim veteres Baluziani, item edd. Mor. Baluz. et Goldh. In Mb r. m. inseruit *nec*, in Mc supra addidit *non*. Interrogationis signo distinguitur post *deserviunt* et post *famulantur* ab Erasm. Grav. Morell. Pamel. Rigalt. et Oxon., post *famulantur* a Goldh. *Familiaris* pro *famularis* reperitur in A, *cuncta* pro *universa* scribit Mb. 3) *desiderio* perperam Ba. Dein *servitium* edd. vett. c. Erasm. et Grav., inverse *tibi parere* Bb, mox *compellis* Md, *compelles* Mb. Post *nascendi* A infercit *et*. Tum *condicio* exhibent Ba et Mcd, item edd. Dav. Manut. Pamel. atque Rigalt., *conditio* ceteri libri scripti et editi. Vid. ad domin. orat. cap. XVII. not. 1. coll. de mortalit. cap. VI. not. 1. Statim *et moriendi* dat Mb et paulo post *vite* pro *iure* Bb. Proximum *vel*, quod abest a cod. Ma, in Mc r. m. supra adiecit. Mox *de isto mundo* habent edd. vett., *de hoc mundo* Erasm. Grav. et Morell. Dein *post modum* Ma et Bab Ante *tamen* liber A interponit particulam *et*. Alio ordine in edd. vett. et in Erasm. atque Grav. legitur *pro arbitrio tuo tibi*, in iisdemque libris et in Morell. *imperium* pro *obsequium*. In seqq.: *pareatur impericulosus et nimium* (sic) a corr. m. habet Bb. *Inperiosus* pro *imperiosus*

verberas, fame, siti, nuditate, et ferro frequenter et carcere adfligis et crucias, et non adgnoscis dominum deum, cum sic exerceas ipse dominatum?

VII.

Merito ergo incursantibus plagis non desunt dei flagella [1]), nec verbera. Quae cum [2]) nihil istic promoveant, nec ad deum singulos tanto cladium terrore convertant, manet postmodum carcer aeternus et iugis flamma et paena

---

recepi e cod. Mb. Cf. ad Donat. cap. IV. not. 10. *Nimium* scribunt etiam W. Mab et Bb. Pro *nimis*, quod est in ed. Manut., vir doct. correxit *nimius* et post *exactor* Md addit *es*. Tum *flagellis verberas* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Grav. Iidem libri praeter Grav. *frequenter ferro*, Manut. et sequentes usque ad Baluz. *ferro frequenter*. Correxerat iam Gravius *et ferro frequenter* idque confirmant codices mei omnes; *ferro etiam frequenter* tacite scripsit Baluzius, quem secutus est Goldhornius. Statim *adfligis* Mb et Ba c. ed. Morell., *affligis* vulg., *adeligis* W, *adaeligis* (sic) Ma. Tum *cruciaris* A. Deinde *adgnoscis* Ma (vulgo *agnoscis*, edd. vett. *cognoscis* permutatione frequenti. Vid. quae adnotavi ad Paulin. de vita S. Ambrosii p. 228), *agnoscis miser* primus Manutius. Sed v. *miser* om. codd. mei, Italici praeter unum Vat. omnes et decem Anglici. Quare expunxi. Inverso ordine Ma et ed. Morell. habent *dm dnm*. Et ita primo legebatur in Mc, ubi *deum*, quam vocem omittit Md, postea deletum est. *Tuum*, quod vulgo additur, codd. W. Mabc. Bab. A et decem Anglici non agnoscunt. Idcirco demendum censui Voces *in homine* a Manutio post *ipse* interpositas merito omittunt mei libri, omnes Italici excepto Vat. 1., viginti et duo Baluz. et decem Anglici. Retinuit hanc lectionem absonam Pamelius, adnotans: „Solus habet has voces Manut. Malim autem legi: *in hominem*."

VII. 1) *flagella dei* A. Pro *nec* Md *et non*. 2) *cum* correctoris manui debet cod. W. Dein *istinc* Bb et A, *promoneant* Md, *ad dominum* Bb, item edd. vett. c. Erasm. et Grav. Vitiose *tantorum* Md, *gladium* Bb, *cladum* Ver., *gladii* Mb. Cf. cap. IX. not. 1. Tum *convertat* A. Pro *manet* W et Ma *nam et*. Mox *auditur* Md,

perpetua; nec audietur illic rogantium gemitus, quia nec hic dei indignantis terror auditus est, qui per prophetam clamat et dicit [3]): *Audite sermonem* [4]) *domini, filii Israël, quia iudicium est domini adversus incolas terrae, eo quod neque misericordia, neque veritas, neque agnitio dei sit super terram, sed exsecratio et mendacium et caedes et furtum et adulterium diffusum est super ter-*
|ram; sanguinem sanguini supermiscent. Idcirco terra 219
lugebit [5]) *cum universis incolis suis, cum bestiis agri, cum serpentibus terrae, cum volucribus caeli, et deficient pisces maris, ut nemo iudicet, nemo revincat.* Indignari se deus dicit [6]) et irasci, quod agnitio dei non sit in terris; et deus non agnoscitur, nec timetur. Delicta mendaciorum, libidinum [7]), fraudium, crudelitatis, impietatis,

---

illuc A. 3) Osee. 4, 1. 4) *sermones* Ver. Dein *Israhel* W, *quoniam* pro *quia* Md, *est* om. Bb, *domini est adversum* habent edd. vett. c. Erasm. et Grav. (*domino* exstat in Test. III. 47. p. 318, ut in antiqua et nova versione Latina), tum *eo* ante *quod* om. Mbcd. Bab et ed. Manut., nec aliter legitur in Test., *quia* pro *eo quod* cum antiqua versione Latina exhibent W et Ma, *et* scribitur in A ibidemque *dei agnitio*. *Sit* correctoris manus addidit in Md. Statim *supra terram* et h. l. et infra habet W. Quod sequitur *sed* abest a Bab et A, item a libro posteriore copula post *furtum*. Ante *sanguinem* Bb inserit *et*. 5) *lugebat* A. Mox *et cum serpentibus* W et Mab. Deinde *cum volucribus et volatilibus* edd. Manutianam antecedentes. Sed vocc. *et volatilibus* merito minut. litteris scripsit Gravius. 6) *se dicit deus* Ver. Vocc. *et irasci* absunt quidem a meis codd. et ab edd. Dav. Manut. Pamel. Rigalt. atque Oxon., leguntur tamen in septendecim libris Baluzianis. Dicit etiam Nostercap. V. init.: *Indignatur ecce dominus et irascitur.* Tum *eo quod* exhibent cod. Mb veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. Verba: *et deus non agnoscitur, nec timetur* Gravius sine causa addubitavit; *agnoscatur* scribit Bb, *agnoscatur — timeatur* edidit Morellius. 7) *et libidinum* Erasm. Dein *fraudum* W. Mac et Ba editionesque Dav. Remb. Erasm. Grav. Morell. Pamel., *frudum* (sic) A. Post

furoris deus increpat et incusat, et ad innocentiam nemo convertitur. Fiunt ecce quae verbis dei [8]) ante praedicta sunt, nec quisquam fide praesentium, ut in futurum consulat, admonetur. Inter ipsa [9]) adversa, quibus vix coartata et conclusa anima respirat, vacat malos esse et in periculis tantis non de se magis, sed de altero iudicare. Indignamini indignari deum, quasi aliquid boni male vivendo mereamini, quasi non omnia ista, quae accidunt, minora adhuc sint [10]) et leviora peccatis vestris.

VIII.

Qui alios [1]) iudicas, aliquando esto et tui iudex, conscientiae tuae latebras intuere, immo (quia nullus iam delinquendi vel pudor est et sic peccatur, quasi per ipsa peccata placeatur) qui perspicuus et nudus a cunctis vi-

---

crudelitatis additur *blasphemiarum* in exemplaribus SP. Ven. Kunn. Remb. Erasm. Grav. et Morell. Tum *inpietatis* habet Mb, *impietatibus* A, *furoris*, *blasphemie* ed. Dav. Ante *deus* in Mb deletum est *eos*. Mox *convertetur* exstat in Ma, *revertitur* in ed. Dav. 8) *domini* Md. Proxime *solvat fidem* scribit Ba, *fide* om. ed. Dav., *ammonetur* cum eodem libro exhibet cod. Md. 9) *ipsa* in A deest. Male *coarctata* Grav. Vid. *Wagner.* orthograph. Vergil. p. 417. Tum *inclusa* — *suspirat* ed. Dav. 10) *sunt* Ba. A et pr. Ma. Deinde *nostris* A.

VIII. 1) *aliquos* pr. W. Tum *aliquanto* Md, *esto et tui* (*tuis* W et Ma) *iudex* W. Mabc. Bab itemque edd. Dav. Grav. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon., *esto et tu iudex* A, *esto et tibi iudex* edd. vett. c. Erasm., *et tu esto tui iudex* Md. Baluz. Goldh. Dein *quia delinquendi nullus pudor est* ed. Dav., *quia nullus iam delinquendi pudor est* Md. Recte *quia nullus iam delinquendi vel pudor est* W. Mabc et Bab editique omnes praeter Oxon. et Baluz., in quibus, ut in cod. A, ante *vel pudor* male insertum est *metus*. Statim *si* pro *sic* libri ante Gravium editi, si excipias Daventriensem. Tum *peccator* Bb et A. Post *quasi* praeeunte codice Ver. expunxi *magis*, quod glossam sapit. Dein *pro ipsis peccatis* scripserunt

deris, et ipse te respice. Aut enim superbia inflatus es, aut avaritia rapax es [2]), aut iracundia saevus, aut alea prodigus, aut vinolentia temulentus, aut livore invidus, aut libidine incestus, aut crudelitate violentus, et miraris in paenas generis humani iram dei crescere, cum crescat cotidie quod pùniatur? Hostem quereris exsurgere, quasi, etsi hostis desit, esse pax inter ipsas togas possit [3]); hostem quereris exsurgere, quasi non, etsi externa de barbaris arma et pericula comprimantur, ferocius intus et gravius de calumniis et iniuriis potentium civium domesticae inpugnationis tela grassentur; de sterilitate ac fame quereris, quasi famem maiorem siccitas, quam rapacitas

---

Remboltus et Erasmus. Ante *placeatur* in A deletum est *placeatis*. Vitiose in Mc pro *nudus* legitur *mundus*, inverso verborum ordine *nudus videris a cunctis* exhibent edd. SP. Venet. Kunn. Remb. et Erasm., *nud. ab omnibus vid.* praebet Dav. 2) Ita codd. Mabcd. Bab et A. Concordant edd. Dav. et Morell., *rap. est* perperam W, *es* vulg. omittitur. Tum *vinulentia* W. Ma et pr. Mb. De qua scriptura cf. ad Donat. cap. II. not. 7. et de mortalit. cap. III. not. 4. Paulo post *in plagas* pro *in paenas* codd. Ver. et duo vett. Baluz. c. edd. Dav. et Grav. Comparat Baluz. *magis ac magis in plagas generis humani censuram dei indignantis accendi*, quae habentur cap. III. in fin. Proxime *quo* (i. e. *quoniam*) *crescit* habet A. 3) Desunt haec in cod. A et edd. SP. Venet. Kunn. et Remb.; *etsi* disiungunt Mbcd. Erasm. Manut. Pamel. (Mc om. *et*), item infra W. Mbcd veteresque edd. c. Erasm. *Si* h. l. deest in A, voc. *arma* in Bb. Statim *conprimantur* dant W et Md, *comprimantur* (*con* ab al. m. superscr.) habet Mb, *confirmantur* inepte Ba. Mox *calumpniis* Md et A c. ed. Dav., *calumpnis* pr., a r. m. *calumniis* Mc, pro *inpugnationis* Mb *indignationis*. Tum *grassantur* Bb, *crassentur* Ba et Md, *crassantur* A et pr. Mc. Dein *ac fame* codd. Ver. W. Mabd. Bb et ex quinque mss. ed. Oxon., *aut fame* Mc veteresque edd., Erasm. Grav. Manut. Pamel. atque Rigalt., *et fame* Ba et A c. Morell. Baluz. Goldh. Pro *siccitas* Ver. *sterilitas*. In seqq.

faciat, quasi non de captatis annonarum incrementis et pretiorum cumulis flagrantior inopiae ardor excrescat; quereris cludi [4]) imbribus caelum, cum sic horrea cludantur in terris; quereris minus nasci, quasi quae nata sunt indigentibus praebeantur; pestem et luem criminaris, cum peste ipsa et lue vel detecta sint vel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia et defunctis avaritia inhiat ac rapina. Idem [5]) ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarii, fugientes morientium funera et adpetentes spolia mortuorum, ut adpareat in aegritudine sua miseros ad hoc forsitan et derelictos esse, ne possint, dum curantur, evadere. Nam perire aegrum voluit qui censum pereuntis invadit.

---

flagrantium W et Ma. Proxime *increscat* Mb. 4) Ita W. Mad. Ba et pr. Mb, a sec. autem man. *cl*^{a}*udi*; exhibent *cludi* item edd. Erasm. Grav. Manut. Morell. Pamel. et Rigalt. c. Oxon., *claudi* ceteri libri scripti et editi. Deinde *cludantur* W. Ba et edd. Erasm. recentioresque praeter Baluz. et Goldh., in quibus, ut in codd. rell., exstat *claudantur*. Vid. ad domin. orat. cap. XXII. not. 4. Omisi *nunc*, quod ante *minus nasci* interserunt codd. Ver. (testante Rigaltio) et Md editionesque Morell. Baluz. et Goldh., praeeuntibus ceteris libris tam scriptis, quam editis. Tum *indulgentibus prebeant* habet A, *et cum* Ba. Idem una cum Mc, in quo fuit *detacta*, et A *sunt* pro *sint*, mox *cohibetur* A, deinde *avaricia inhiante rapiuntur possessa* ed. Dav., *et rapina* A. 5) Ita W. Mab. Bab. A, *idest*, quod ex *idem* enatum videtur, Mc, *ideo* Md, *iidem* vulg: Statim *ad pietatem timidi* A, *et ad impia* Mb, *opera* pro *lucra*, tum *fugiencium* A. Deinde *adpetentes* W. Mab. Ba et ed. Morell., *appetentes* vulg. Conf. ad dominic. orat. cap. IX. not. 9. Item *adpareat* pro *appareat* Morell. De qua scriptura vid. *Wagner.* l. c. p. 407 sq. *Appareant* et *ad hcc* reperitur in A. Particulam *et*, quam Cypriani consuetudo flagitat (vid. ad Donat. cap. III. not 1), interposuerunt iam editor libri Dav. et Manutius praestantque codd. W. Mab. A et quattuor Anglici. Eam a m. pr. itidem habebat Mc. Tum *possent* legitur in Ver.

IX.

Tantus cladium [1]) terror dare non potest innocentiae disciplinam, et inter populum frequenti strage morientem nemo considerat et se esse mortalem. Passim discurritur, rapitur [2]), occupatur. Praedandi dissimulatio nulla, nulla cunctatio [3]). Quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille qui non rapit [4]) damnum et dispendium proprium sentiat, sic unusquisque rapere festinat. In latronibus est utcumque [5]) aliqua scelerum verecundia, avias fauces et desertas solitudines deligunt, et sic illic delinquitur, ut tamen delinquentium facinus tenebris et nocte veletur. Avaritia palam saevit et ipsa audacia sua tuta in fori [6]) luce abruptae cupiditatis arma prostituit. Inde falsarii [7]), inde venefici, inde in media civitate sicarii tam ad peccandum prae-

---

IX. 1) *gladii* ed. Dav. et e *gladium* per ras. Mb, *gladium* Bb. Cf. cap. VII. not. 2. Deinde *inter philosophum* pr. Mc. In seqq. *et se esse* codd. omnes, item edd. Dav. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon., ceteri libri editi om. *et*. 2) *et rapitur* A. 3) *Predanti assimulatio nulla est, nulla truncacio* (sic) A. Prius *nulla* corr. m. addidit in W, *n. cunctatio est* exhibent edd. vett. (praeter Dav.) c. Erasm. Grav. atque Morell., *nulla formido est* e cod. Cambr. male adiecit Pamelius. 4) *rapuit* quidam codex ap. Morellium. Dein *dampnum* *ut* A c. ed. Dav. 5) *quodcumque* (*ut* a r. m. superscr.) Mb, *cumque* omisso *ut* A. Tum *scelerum aliqua verecundia* edd. vett. Erasm. et Morell., *verecundia scelerum*, *atras vel invias fauces vel de-* *d* *sertas* A, *avias fauces* Bb et Mc veteresque edd. Pro *deligunt* Mabd et A exhibent *diligunt*, item edd. veteres, si excipias Daventriensem, in qua est *elignnt*, c. Erasm. Morell. Baluz. et Goldh. Vocc. *deligunt et sic illic* in Bb desunt. 6) *foro* A. 7) *falsari* *i* Ba, *falsari* Mb. Quod subsequitur *inde* abest a W. Macd. Bab et A, nec non ab ed. Dav.; *inde venefici* om. ceterae edd. vett., *benefici* scribit Mb. Alterum *inde* primus addidit Erasmus. Prae-

cipites, quam inpune peccantes. A nocente crimen admittitur, nec innocens, qui vindicet, invenitur. De accusatore vel [8]) iudice metus nullus. Inpunitatem consecuntur mali, dum modesti tacent, timent conscii, veneunt iudicaturi. Et idcirco per prophetam divino spiritu [9]) et instinctu rei veritas promitur, certa et | manifesta ratio 220
monstratur deum posse adversa prohibere, sed ne ille subveniat merita peccantium facere. *Num quid* [10]), *ait* [11]), *non valet manus domini* [12]), *ut salvos faciat, aut gra-*

---

positio ante *media* in Mc supra est adiecta. Tum *sicari*^{i} Mb, *siccarii* Ma. A et pr. Mc, *sicharii* Md. Paulo post *in inpune peccantes* Ba. 8) *de* W. Ma et unus Anglicus. *Pavor* pro *metus* cod. antiquus ap. Morell. et exemplar Dav., *consecuntur* W. Mbd et Bb, vulg. *consequuntur*. Conf. ad Donat. cap. VIII. not. 8. et de domin. orat. cap. IX. not. 9. et cap. XII. not. 9. Ordine inverso *tacent modesti* ed. Dav., dein *conscii timent*, *veniunt* Mb. *Veniunt* item Bab et Md, tredecim Baluziani veteresque editiones, *venerunt* Mc et a r. m. in mg. *veniunt*, ex quo al. m. correxit *veneunt*. Et sic ceteri mss. mei et undecim ap. Baluz. c. editis recentioribus.

9) *divino spiritu sancto* Bb. Tum *rei* (a corr. m.) *veritatis* W, *rei veritatis* Ma; *promittitur* Md; *ratio* W. Mab. Bab. A, item edd. Dav. Erasm. Grav. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon., *ratione* ceteri libri scripti et editi; *monstra* (sic) in ras. W, *dominum* pro *deum* Md et exemplaria ante Manut. typis expressa. 10) *Num quid* W. Bab et in Test. II. 4. p. 285. Mc (*num quit* W), *numquid* codd. rell. et ed. Kunn. c. Remb., *nunquid* ceteri libri editi praeter Dav., qui habet *nunquam*. 11) Hesai. 59, 1. 12) Ita solus Mb, ita idem liber c. W in Test. l. c. et in Test. III. 47. p. 318, lectionem vulgatam una cum Ba contestans, quibus accensendi sunt tres de laps. cap. XVII. fin. Concordant veteres edd. excepta Dav., Erasm. Grav. Morell. Baluz. et Goldh. Legitur etiam in Graeco ἡ χεὶρ κυρίου. *Manus dei* exhibent codd. et edd. rell. itemque in Test. l. pr. vulgatus textus conspirantibus libris Wb. Ba et Mc, altero loco W et Mc. *Vos*, quod post *salvos* minutioribus litteris primus apposuit Gravius, recte om. codd. omnes praeter Md, qui pro *vos* habet *nos*.

vavit aurem, ut non exaudiat? Sed peccata vestra [13]) *inter vos et deum separant. Et* [14]) *propter delicta vestra avertit faciem a vobis, ne misereatur.* Peccata itaque et delicta [15]) reputentur, conscientiae vulnera cogitentur; et desinet unusquisque de deo vel de nobis conqueri, si quod patitur intellegat se mereri.

X.

Ecce [1]) id ipsum quale est, unde nobis cum maxime sermo est, quod nos infestatis innoxios, quod in contumeliam dei inpugnatis atque opprimitis dei servos. Parum est quod furentium varietate vitiorum, quod iniquitate feralium criminum, quod cruentarum conpendio rapinarum vita vestra maculatur [2]), quod superstitionibus falsis religio

---

Abest *vos* etiam in utroque Testimoniorum loco a libris scriptis et editis. Dein *gravabit* A, nec aliter tres codd. in libro de lapsis l. c., Wa et Mc in Test. utroque loco, in priore Wb et Ba. 13) *nostra* A. Idem *seperant*, Mc *s*^{e}*perant*. 14) *Et* om. ed. Dav. Rursum *nostra* A. Dein *vertit* W. Post *faciem* praeeuntibus codd. W. Macd. Bb et ed. Dav. omisi *suam*, quod itidem omittunt Mbc in Test. loco priore, altero autem, ut in libro de lapsis, neque codd., neque editi agnoscunt. Concinunt Graeca verba: *ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον ἀφ' ὑμῶν*. Male *a nobis* A et Baluz. atque Goldh. 15) *addicta* pro *et delicta* Bb. Mox *desinit* W. Mab. Bab et pr. Mc, item ed. Dav., *desinat* A et a s. m. Mc, *desinet* solus Md. Tum *de domino et de nobis* Md una cum edd. vett., si excipias Daventriensem, et Erasmiana, *de deo et de nobis* Morell., *de nobis vel de deo* Grav. Statim *quot* Bb.

X. 1) *Certe* Ba. Deinde *nobis cum maxime* W. Mbc et Goldh., *nobis cummaxime Gronov.* Observatt. in Scriptt. eccles. cap. XIV. p. 627, *nobiscum maxime* Ba. Md. A veteresque edd. c. Erasm. Grav. Manut. et Morell., *nobiscum cummaxime* Bb, *nobiscum* (omisso *maxime*) Ma, *nobis vobiscum maxime* ex quattuor codd. Pamelius eumque secuti sunt Rigalt. Oxon. et Baluz. Mox *infestatis atque opprimitis innoxios* Mb. 2) *maculetur* Ma. Tum *adhuc*

vera subvertitur, quod deus omnino non quaeritur, nec timetur. Adhuc [3]) insuper dei servos et maiestati ac nomini eius dicatos iniustis persecutionibus flagitatis. Satis non est quod ipse tu [4]) deum non colis; adhuc insuper eos qui colunt sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis [5]), nec coli omnino permittis, et cum ceteri, qui non tantum ista inepta idola et manu hominis facta simulacra, sed portenta quaedam et monstra venerantur, tibi placeant, solus displicet dei cultor. Fumant ubique in templis vestris [6]) hostiarum busta et rogi pecorum, et dei altaria vel nulla sunt vel occulta. Crocodili [7]) et

falsis Ba. Paulo post *non quaeritur* W. Ma. Bab et a r. m. Mc, a quo negatio aberat. Sic habent etiam edd. vett. excepta Dav., *nec quaeritur* Mbd. A et liber Dav. indeque Erasmus, quem secuti sunt recentiores. 3) *Adhucque* ed. Dav. Statim *numini* W. Ma et e corr. r. m. Mc, item Erasm. et Grav. in mg. Tum *flagitatis* W. Ma, a m. pr. Mc. Bab. A, duo veteres ap. Baluz. tresque Bodl. (in aliis quattuor Baluzianis supra *flagitatis* scriptum est *vel fatigatis*) c. ed. Manut. probante *Gronovio* (l. c.), qui verbum *flagitare*, quod sensu *vexandi*, *male habendi* capiendum est, docte illustravit; *fatigatis* exhibent septem libri ap. Baluz. et quidam Pameliani, ipse Baluzius et Goldhornius, *agitatis* Pamelius et Oxonienses, *flagellatis* Md et a r. m. in mg. Mc, ut legitur in edd. vett., Erasm. Grav. atque Morell., *affligitis* in ras. Mb. 4) *tu ipse* edd. vett. c. Erasm. et Morell., *dominum* pro *deum* Md et edd. vett. praeter Dav., item Erasm. atque Grav. Dein *non colis*, *nec coli omnino non permittis*, *adhec* (sic) A, *non coles* Mb. 5) *Dominum* Md, *non colis* A, *colere* pro *coli* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Mox *cum* om. ed. Dav., *cum ceteris* habet Bb. Deinde *inepta ista* et *hominum* pro *hominis* Mb. Statim *simulachra* Md et A c. edd. Dav. Remb. atque Erasm. Cf. *Wagner.* de orthograph. Vergil. p. 421. Recte *sed portenta* pro vulgat. *sed et portenta* cod. A. Vid. ad Donat. cap. VI. not. 5. Tum *venerentur* dant W et Ma. Dein *placent* Bb et ed. Dav. *Tibi*, quod post *solus* addidit Baluzius, om. libri scripti et editi omnes. Quare expunxi. 6) *in vestris templis* A. Mox idem *et occulta*, Bb *occulta sunt*. 7) *Crocodilli* a m. pr., a s.

cynocephali et lapides et serpentes coluntur, et deus solus in terris aut non colitur aut non est inpune quod colitur. Innoxios, iustos, deo [8]) caros domo privas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis. Nec saltem [9]) contentus es dolorum nostrorum conpendio et simplici ac veloci brevitate paenarum, admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia, nec feritas atque inmanitas tua usitatis potest contenta esse tormentis; excogitat novas paenas ingeniosa crudelitas.

XI.

Quae haec est [1]) insatiabilis carnificinae rabies, quae inexplebilis libido saevitiae? Quin potius elege [2]) tibi alterum de duobus: Christianum esse aut est crimen aut

---

corcodrilli W, *corcodrylli* Mab, *corcodilli* Ba, *cocodrilli* Md, *crogodilli* Bb, *troco doli* A. Tum *cynocefali* Ba c. ed. Dav., *cynochephali* Bb, *chynocephali* A, *cenocephali* Md; *a vobis*, quod ante *coluntur* e Gravii castigationibus inseruit Pamelius, solus habet Ba. Quocirca delendum censui. Prius *aut* r. m superscripsit in Mb. 8) *deos* Bb, *dei* Md. Ita *Tertullianus* de paenitent. cap. IX.: *caris dei adgeniculari*. In seqq. recepi *bestiis*, *gladio* ex codd. meis, quibuscum faciunt edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. et Oxon., *gladio*, *bestiis* exhibent edd. Manutianam antecedentes, Baluziana et Goldhorniana. Cf. de bono patient. cap. VI. 9) *saltim* W. Ma et a s. m. Mb. Dein *contemptus* Bab. Mox *ac simplici* edd. vett c. Erasm. et Morell. Tum *admones* A. Pro *lacerandis* W et Ma rursum *laniandis*. Vocabulo *visceribus* omisso A inepte scribit *munerosa* et in seqq. Ba *esse contemta*.

XI. 1) *est haec* Mbd, *insanabilis* edd. Venet. Dav. Kunn. Remb., *carnificinae* om. A. 2) *elege* Bb et pr. W, *elegi* pr., ex corr. *elige* Mb, item a s. m. W. Post *Christianum* in Mb deletum est *me*. Quod sequitur *esse* enatum ex *es* in W. Dein verba *aut est crimen* ab al. m., ut videtur, in mg. habet Bb, *aut crimen ē* (a m. pr. *esse*) Md.

non est. Si crimen est, quid [3]) non interficis confitentem; si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torqueri [4]) enim debui, si negarem. Si paenam tuam metuens id quod prius fueram et quod deos tuos non colueram mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem, tunc ad confessionem criminis vi doloris adigendus [5]), sicut in quaestionibus ceteris torquentur rei, qui se negant crimine, quo accusantur, teneri, ut facinoris veritas, quae indice voce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc vero cum sponte [6]) confitear et clamem, et crebris ac repetitis identidem vocibus Christianum me esse contester, quid tormenta admoves confitenti et deos tuos non in abditis et secretis locis, sed palam, sed publice, sed in foro ipso magistratibus et praesidibus audientibus destruenti, ut etsi parum fuerat quod in me prius criminabaris creverit, quod et odisse et punire plus debeas, quod, dum me Christianum celebri loco et populo circumstante

---

3) *cur* Mb et vett. edd. c. Erasm. atque Grav., quarum haec in mg. *quid*; *non* a r. m. superscriptum in Mc. Verba proxima: *si crimen non est, quid persequeris innocentem?* om. Bb; *cur* pro *quid* habet etiam h. l. ed. Dav. Tum *sequeris* pr. Mc. 4) *Torquere* edd. Venet. et Kunn., *negarem* pro *celarem* W et Ma. 5) *adigendis* Mac. Tum *in quaestionibus ceteris* (*ceteri* Mbd) W. Mabcd. Bab et A, vulgo *in ceteris quaestionibus*. Mox pronom. *se* al. m. superscripsit in Bb, *crimine* e *crimen* enatum est in Mb. Paulo post *indicis* A, *voce* om. Bb. Idem liber cum edd. vett. habet *promittitur*. Deinde *exprimitur*. 6) *consponte* Mb, *quo sponte* A. Idem *confitetur*. Statim *et clamans crebris* Bb, item Morellius *ex optimis*, ut ait, *libris manu scriptis*. Pro *identidem* Bb *idem idem*. Tum *et* ante *quid* A, *qui* Bb, *quod* a m. pr. Mb. Proxime *non* om. W. Tum *et in secretis* exhibet Mb Mox *fuerum* A, *fuerit* Mb. Deinde *crevit* W, et Ma, *quod* om. A. Proxime *quod quod dum* scribit Ba. In seqq. in Md legitur *praeconatione*, ut in edd. vett.

pronuntio, et vos et deos vestros clara et publica praedicatione confundo? Quid te ad infirmitatem corporis vertis, quid cum terrenae carnis inbecillitate contendis? Cum animi vigore congredere, virtutem mentis infringe [7]), fidem destrue, disceptatione, si potes, vince, vince ratione.

XII.

Vel si quid diis tuis numinis [1]) et potestatis est, ipsi in ultionem suam surgant, | ipsi se sua maiestate defen- 221
dant. At [2]) quid praestare colentibus possunt qui se de non colentibus vindicare non possunt? Nam si eo qui [3]) vindicatur pluris est ille qui vindicat, tu diis tuis maior es. Si autem his quos colis maior es [4]), non tu illos colere, sed ab illis coli debes. Sic illos laesos ultio

---

et Erasm., *praedicatione* primus correxit Gravius. 7) *confringere* Ma. Tum *fide destrue disceptationem, si potes, convince ratione* Md. Alterum *vince* om. Mb, *rationem* scribunt Mb et Ba.

XII. 1) *minimis* A. Mox *surgunt* et *de* pro *se* A, *se* in Mb s. m. supra addidit. 2) Ita Gravius in marg., Latinius et *Aut. de Rovy* Spicileg. crit p. 32; codd. et edd. *aut.* Pronom. *se,* quod ante *colentibus* tacite inseruit Baluzius, codd. W. Mabcd. Bb et A merito omittunt, *colentibus se* habet Ba, unde patet istud additamentum e glossemate fluxisse. Deinde *possint* V (Ver.? Ceterae enim litterae in Gottingensi Manut. editionis exemplari ab imperita bibliopegi manu sunt abscisae), item edd. vett. c. Erasm. et Morell. 3) *qui* a diversa manu superscriptum est in Mc. Idem liber exhibebat *iudicatur.* Tum *plus est* Ba. Post *maior* verbum *es* al. m. addidit in W. 4) Desiderantur haec in A. Pro *iis quos* e codd. W. Bab et Mc restitui *his quos* (*his* ex *iis* correctum est in Mb), *hiis* habent Mad et exemplar Dav. De usu pronominis demonstrativi *hic* pro *is* cum relativo coniuncti vid. quae adnotavi ad dominic. orat. cap. XII. not. 9. Statim *ab illis* (legitur vulgo *ab ipsis*) praebuerunt codd. W. Mcd. Bab et A. Concordant edd. Grav. et Morell. Ita correxit etiam vir doct. in Gottingensi Manut. ed. exemplari; *ab illos* vitiose scribit Ma. *Potius* adiectum ab Erasmo et

vestra defendit, quomodo et clausos, ne pereant, tutela vestra custodit. Pudeat te eos colere quos ipse defendis, pudeat tutelam [5]) de eis sperare quos tu tueris. O si audire eos [6]) velles et videre, quando a nobis adiurantur, torquentur spiritalibus flagris et verborum tormentis de obsessis corporibus eiciuntur, quando eiulantes et gementes voce humana et potestate divina flagella et verbera sentientes venturum iudicium confitentur. Veni et cognosce vera [7]) esse quae dicimus. Et [8]) quia sic deos colere te dicis, vel ipsis quos colis crede, aut, si volueris et tibi credere, de te ipso loquetur audiente te qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantiae nocte caecavit. Videbis nos rogari ab eis quos tu rogas, timeri [9]) ab eis, quos tu adoras; videbis sub manu nostra stare

---

a recentioribus probatum omisi assentientibus libris W. Mabcd. Ba et A. Quae post *debes* adduntur verba *et timeri ut dominus* absunt a codd. W. Mabc. Ba et A itemque a Seguieriano. Idcirco ea, utpote supervacanea, eieci. 5) *pudeat te tutelam* Ba. Tum *de eis* W. Macd. Bab et A, *de iis* edd. SP. Ven. Kunn. Remb. et Erasm. una cum posterioribus, *de hiis* Dav., *ab eis* Mb. Dein *tu ipse tueris* edd. Manut. et recentiores, si excipias Morellianam, in qua, ut in libris scriptis et in editis antiquioribus *ipse* non reperitur. Quocirca hoc vocabulum dempsi. 6) *eos* om. Bb. Tum *velis* habent W. Mac. Bab, a m. pr. Ma, Grav. in mg. et Morell., *aut videre* A. Dein *qū* (*quum*) pro *qū* (i. e. *quando*) ed. Dav. Ante *torquentur* omisi *et* cum W. Mabc. Bab et A. Tum *spiritualibus* Mc et A, mendose *fraglis* W et Ma, *flagellis* Mc. Mox *eiciuntur* W. Mabd. Ba. A, *eiiciuntur* Mc et vulgati libri, *deiciuntur* Bb; *heiulantes* W et Ma, *continentur* pro *confitentur* Ba. 7) *Verum cognoscet et vera* A, *cognosces* Vat. 1., *esse vera* edd. vett. c. Erasm. 8) *Ut* A, ordine inverso *te deos colere dicis, vel ipsos* Md, *ipsi* A. In seqq. *de te ipse* Bb, tum *loquentur* c. Mb et Ba. Proxime *obsident* et *caecant* ex mutatione recentioris manus Mb. Alterum *nunc* om. W et Mac. 9) Verba: *quos tu rogas — quos tu times* desunt in Ma, *etiam timeri* habet Mb. Ante *quos tu adoras*

vinctos et tremere captivos quos tu suspicis et veneraris ut dominos. Certe vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris [10]), quando conspexeris et audieris deos tuos quid sint interrogatione nostra statim prodere et praesentibus licet vobis praestigias illas et fallacias suas non posse celare.

XIII.

Quae ergo mentis ignavia est, immo quae desipientium caeca et stulta dementia [1]), ad lucem de tenebris nolle venire et mortis aeternae laqueis vinctos spem nolle inmortalitatis excipere, non metuere deum comminantem et dicentem [2]): *Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli?* Et iterum [3]): *Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curvatus* [4]) *est homo, et humiliatus est vir, et non laxabo illis.* Quid te ad falsos deos humilias et inclinas, quid ante inepta simulacra [5]) et figmenta

---

vocc. *quos tu times*, quippe quae symmetriae non conveniunt, praeeuntibus libris W. Mbcd. Bab et A, quibuscum concordant edd. Manut. Pamel. atque Rigalt., expunxi. Tum *sub manus nostras* Vat. 4. et pr. Mb. Conspirant edd. SP. Venet. Kunn. Remb. Erasm. Grav. Morell., *sub manibus nostris* est in Dav., *vinctosque tremere* m. pr. scripserat in Mc, *timore* pro *tremere*, quod defit in A, exhibet Bb. 10) *poteris tuis* A, *et audieris* om. Ba. Pro *sint* in Bb perperam scribitur *sine, in interrogatione nostra* habet Md, *vestra* A, *ad interrogationes nostras* exstat in Vat. 3. Ante *prodere* r. m. in Mb addidit *se*. Copulam om. Md. Dein *praestrigias* perperam dant W et Ma, *suas* in Mb r. m. supra adiecit.

XIII. 1) *dementia est* Mb. Mox *non venire* codd. mei et Vaticani omnes editionesque ante Manut. et Morelliana. In seqq. *comminantem* Md. 2) Exod. 22, 20. 3) Hesai. 2, 8. 4) Ita codd. mei et plerique Morelliani. Vid. de laps. cap. V. p. 66 et epist. ad Fortunat. cap. III. p. 264. Vulg. *incurvatus*. Cf. *Gronov.* Observatt. p. 570. Proximum *et* om. A. 5) *simulachra* Md. A et exemplar Dav. Cf. cap. X not. 5.

terrena captivum corpus incurvas? Rectum te deus fecit, et cum cetera animalia prona et ad terram situ vergente depressa sint [6]), tibi sublimis status et ad caelum atque ad deum sursum vultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis deum quaere. Ut carere [7]) inferis possis, ad alta et caelestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente quem colis sternis? Quid in ruinam [8]) diaboli per ipsum et cum ipso cadis? Sublimitatem serva, qua natus es [9]). Persevera talis qualis a deo factus es [10]). Cum statu oris et corporis animum tuum statue. Ut cognoscere deum possis, te ante cognosce. Relinque idola quae humanus error invenit. Ad deum convertere; quem si inploraveris, subvenit [11]). Christo crede quem vivificandis ac [12]) reparandis nobis pater misit.

XIV.

Laedere servos dei et Christi persecutionibus tuis desine, quos laesos ultio divina defendit. Inde est enim [1]) quod nemo nostrum, quando apprehenditur, reluctatur,

---

6) Respexit, ut videtur, *Salust.* Catil. cap. I. aut Salustii imitatorem, *Minuc. Felic.* Octav. cap. XVII. §. 3. Tum *sublimi* Ba *tu* et a m. pr. Mc. Mox *ad dominum suum* W, *ad dominum suum* Mabcd, *ad deum tuum* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Correxit Manutius. *Sursum* om. Bb. 7) *carcere* Ba. Dein *et ad alta* A. Proxime *adtolle* W et Bab. 8) *in ruinas* Mb. Tum *in ipso cordis* Bb. 9) *es* al. m. addidit in Mc. 10) Om. haec A. Praepositionem ante *deo* al. m. superscripsit in Mb. 11) *subveniet* Bb et a s. m. Mb. 12) *de* pro *ac* A.

XIV. 1) Ita codd. W. Mabc. Bab et A c. edd. Grav. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. atque Oxon., *enim* om. Md. Dav. Erasm. Baluz. et Goldh., *tamen est* dant edd. rell. Statim *et nemo* scribunt W. Mabc et Bab. Pro *quando* Mb habet *cum*, dein *adprehenditur* habent W. Mab.

nec se adversus iniustam violentiam vestram, quamvis nimius et copiosus noster populus, ulciscitur. Patientes [2]) facit de secutura ultione securitas. Innocentes nocentibus cedunt. Insontes paenis et cruciatibus adquiescunt, certi et fidentes quod inultum non remaneat [3]) quodcumque perpetimur, quantoque maior fuerit persecutionis iniuria, tanto et iustior fiat et gravior pro persecutione vindicta, nec umquam impiorum scelere in nostrum nomen exsurgitur, ut non statim divinitus vindicta comitetur. Ut memorias taceamus [4]) antiquas et ultiones pro cultoribus dei saepe repetitas nullo vocis praeconio revolvamus, documentum recentis rei satis est, quod sic celeriter quod-
|que in tanta celeritate sic granditer nuper secuta de- 222
fensio est, ruinis rerum, iacturis opum, dispendio militum, deminutione castrorum. Nec hoc casu accidisse [5]) aliquis

---

Bab moxque *adversum* A. Omittitur voc. *iniustam* in Ver. Proxima vocabula *nimius et copiosus* in Mc r. m. delevit. Tum *noster sit populus* primus edidit Morellius. Legitur quidem *sit* in cod. Ver., sed a meis libris abest excepto Bb, qui habet *sit nost. pop.*, unde coniici potest, verbum *sit* a glossatoris cuiusdam manu esse profectum. Igitur expungendum censui. 2) Praemittitur *et* in Bb et ed. Dav. Vocc. *de secutura* r. m. ad mg. addidit in Mc, *de futura* exhibet A. 3) *remanet* dant W et Ma. Ad *quanto* r. m. supra adiecit *que* in Mc. Tum *fuit* A. Post *tanto* partic. *et* om. W. Mb et Bb. Perperam *iniustior* Ba, *fiet* W. Mab et Bb, *pro persecutionibus* Bb. Dein *unquam* A veteresque edd. Erasm. Grav. et Morell., *exurgit* A, *vindictae* Ba. 4) *memorias non teneamus* edd. vett., si excipias Daventriensem, et Erasmiana. Mox vitiose *repetita nullo* W, *repetit, a nullo* Ma. Tum *et quod sic* Ma, *quoque* pro *quodque* Mb et Bb, *sequta* (sic) *est defensio* A. Statim *ruinis rerum* confirmant etiam mei libri, Italici omnes et septem Anglici; *regum* pro *rerum* exhibent editi praeter Morell. Baluz. et Goldh. Recte *deminutione* W. Mb. Bb et pr. Mc. Ita iam Morell., *diminutione* ceteri libri scripti et editi. Cf. ad cap. II. in f. et ad cap. XIX. not. 11. 5) *excidisse* pr. Mb. Dein *fortuitu*, *computet* Ma.

existimet aut fuisse fortuitum putet, cum iam pridem scriptura divina posuerit et dixerit [6]): *Mihi vindictam* [7]), *ego retribuam, dicit dominus;* et iterum spiritus sanctus praemoneat et dicat [8]): *Ne dixeris* [9]): *Ulciscar me* [10]) *de inimico meo, sed exspecta dominum, ut tibi auxilio sit.* Unde clarum est atque manifestum, quia non per nos, sed pro nobis accidunt cuncta ista quae de dei indignatione [11]) descendunt.

XV.

Nec ideo quis putet Christianos [1]) his quae accidunt non vindicari quod et ipsi videantur accidentium incursione perstringi. Paenam de adversis mundi ille sentit cui et [2]) laetitia et gloria omnis in mundo est. Ille maeret

---

6) Rom. 12, 19. 7) *Mihi vindicta* W et Mc. Convenit hoc cum Graeco ἐμοὶ ἐκδίκησις. Sed *mihi vindictam* reperitur etiam in Test. III. 106. p. 328 et ap. *Tertullian.* adv. Marcion. IV. 16. V. 14. ibidemque II. 18. legitur *mihi defensam.* Conf. *Sabatier.* ad hunc b. apostoli locum celebratissimum. Quod subsequitur *ego* in Mc r. m. superscripsit, *et ego* habent Md. A et ed. Grav. Itidem in Testim. Mc. 8) *praemonet et dicat* (primo *dicet*) a r. m. Mb. Vid. Prov. 20, 22. 9) *Ne dicas* Mb. 10) *me* r. m. supra addidit in Mb. Tum *de inimicis meis* Mb in Test. l. c. Pro *exspecta* in Test. legitur *sustine. Deum* exhibent Bb et A. Sic etiam in Test. W et Mb. Tum *in auxilio* Bb, *auxilietur* Mb. 11) *de dignatione* (sic) A, *dignatione* item Mb et Ba.

XV. 1) *Christianis* W et Ma. Recte *his* W. Mabcd et Bab, *hiis* A, *de hiis* ed. Dav, *in his* Voss. 1., *in* (min. litt. script.) *iis* Grav., *iis* edd. rell. Vid. ad cap. XII. not. 4. Tum *qui* Mc veteresque edd. et Erasm., *accedunt* pr. Mb, *quando* pro *quod* Bb. Mox *incursione* codd. omnes et edd. Manutianam antecedentes c. Morell., *incursatione* Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Tandem alteram lectionem restituit Baluzius. 2) *et* om. Mb et Bb. Pro *et laetitia* primo scriptum fuit *caelestia* in Mc.

et deflet, si sibi male sit [3]) in saeculo, cui bene non potest esse post saeculum, cuius vivendi fructus omnis hic capitur, cuius hic solacium omne finitur, cuius caduca et brevis vita hic aliquam dulcedinem conputat et voluptatem, quando istinc excesserit, paena iam sola superest ad dolorem. Ceterum nullus his [4]) dolor est de incursione malorum praesentium, quibus fiducia est futurorum bonorum. Denique nec [5]) consternamur adversis, nec frangimur, nec dolemus, neque in ulla aut rerum clade aut corporum valitudine mussitamus. Spiritu [6]) magis,

---

3) *sit* om. Bb; *sic,* dein *esse non potest* habet A, *esse* ab al. m. W. Pro *fructus* Mc et editi vett. dant *finis.* Statim *accipitur* scribit Ma, *solacium* (vulg. *solatium*) praebuerunt W. Mabd. Ba et A. Vid. *Wagner.* l. c. p. 472. In seqq. omissa partic. *et* Md et edd. vett. c. Erasm. et Grav. exhibent *voluptatum*, in Ba legitur *voluptate.* Ante *quando* (Erasm. edidit *cum*) ed. Dav. interserit *cui,* Grav. *qui.* Pro *istinc* Mb et Grav. habent *hinc.* Tum *recesserit* edd. vett. Erasm. et Manut.; correxit tamen vir doct. in Gottingensi exemplari *excesserit,* quod reperi in Bb; *excesserint* primo legebatur in Mb. Statim ordine inverso *sola iam* scribunt Mbc. 4) *his* W. Mac. Bab et duo Anglici c. ed. Grav., *hiis* exemplar Dav., *hic* Mbd et A, item duo Anglici veteresque edd. c. Erasm. et Morell., *iis* Manut. Pamel. et recentiores. Vid. supra not. 1. *Est* r. m. interposuit in W. Tum *incursatione* codd. W. Ma. Bab et A, quibuscum faciunt edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. et Oxon.; sed *incursione* tuentur ceteri libri scripti et editi. 5) *neque* A. Dein *consternamur* W. Ma et Bb itemque edd. vett. praeter Dav. una cum Manut. Morell. Pam. Rigalt. et Oxon., *consternantur* A, *consternimur* Mbd et Ba, quibus adstipulantur edd. Dav. Erasm. Grav. atque Baluz., *consternemur* Mc. Post *adversis* Ba addit *omnino.* Proxime *in nulla* habent Ma et Bb, *in nulla rerum clade* scribit Ba. *Valitudine* pro *valet.* receptum e codd. W. Macd. Bab et A. Concordant edd. vett. Manut. et Pamel., *valetudine* exstat in Mb. Dein *musitamus* W. Mabd. Bab et A c. edd. vett. Ita primitus etiam Mc, a s. m. *mutamur.* 6) *Spiritus* W, *spiritum* Ma. Primo

quam carne viventes firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Per ipsa quae vos [7]) cruciant et fatigant probari et corroborari nos scimus et fidimus.

XVI.

Putatis nos [1]) adversa vobiscum aequaliter perpeti, cum eadem adversa videatis a nobis et vobis non aequaliter sustineri? Apud vos inpatientia clamosa semper et querula [2]) est; apud nos fortis et religiosa patientia quieta semper et semper in deum grata est; nec quicquam istic laetum aut prosperum sibi vindicat, sed mitis et lenis et contra omnes fluctuantis mundi turbines stabilis divinae pollicitationis tempus exspectat. Quam diu [3]) enim corpus

---

vivent W, *firmitatē* A et a m. pr. Mb, tum *infirmitate* Ba. 7) *vos* W. Mabcd et Bab, item edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. atque Oxon., *nos* A c. ceteris editis. Deinde *conroborari* Bb, *comprobari* Ba. In clausula *fidemus* W et Ma, *fidimus* (alt. *i* in ras. script.) Mb, *confidimus* Md c. edd. vett Erasm. Grav. et Morell.

XVI. 1) *nos* bis habet Bb. Tum *nobiscum* A. Verba: *perpeti — non aequaliter* om. Bb et A. Pro *cum* (ita primus Erasmus) e codd. et edd. vett., quibuscum facit Morell., restitui *quando*. Mox *et a vobis* Ba. 2) *querela* A, *querula* e corr. in ras. Mb. Statim *apud vos* Bb. Tum *est* pro *et* Ba, *relegiosa* Mb, *sapientia* pro *patientia* Bb. Proxime *in dominum* W, *in deo* Mbc et Bb, *in domino* Ma. Dein *est* (a r. m.), *et nec* W. Quod sequitur *quicquam* in Mb a r. m. corruptum est in *quisquam*, quod reperitur in ed. Dav., *quidquam* habent Grav. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. Tum *istinc* A. Mox *vendicat* Mc et a s m. Mb c. edd. Dav. Remb. Erasm. Grav. Morell. et Oxon. In seqq. *fluctuantes* Bab et pr. Mb; *pollicitationes* primo scriptum fuit in libro posteriore, in quo v. *tempus* r. m. supra addidit. Idem liber habet *semper exspectans* (*ns* e corr. in ras. posito). 3) Ita Mc et edd. Kunn. Manut. Pamel., *quam | diu* (a l. ad l.) W et Bb, *quamdiu* Mabd et A, item edd. Dav. Remb. Erasm. Grav. Rigalt. Oxon. et Goldh., *quandiu* Ba c. edd. SP. Ven. Morell. et Baluz. Tum *hic* pro *hoc* edd. vett. c.

hoc permanet, commune cum ceteris sit necesse est et corporalis conditio communis, nec separari generi humano ab invicem datur, nisi istinc de saeculo recedatur. Intra unam domum boni et mali interim continemur [4]). Quidquid [5]) intra domum evenerit pari sorte perpetimur, donec aevi temporalis fine completo ad aeternae vel mortis vel immortalitatis hospitia dividamur. Non ergo idcirco [6]) compares vobis et aequales sumus, quia in isto adhuc mundo et carne hac constituti mundi et carnis incommoda vobiscum pariter incurrimus. Nam cum in sensu [7]) doloris sit

---

Erasm. et Grav., quarum postrema in mg. *hoc*. Verb. *permanet* excidit in A. Ante *sit* distinguunt edd. Dav. Remb. Erasm. Grav. et Goldh., vocc. *commune cum ceteris* referentes ad *permanet*; post *sit* autem Veneta et Kunneana. Interpunctionis notam prorsus omittit SP. Verba *sit* — — *conditio communis* in W et Ma desunt. Ceterum *sic* pro *sit* perperam scribitur in A. Dein *condicio* Ba. Mcd. A. Manut. Pamel. Statim *ne separari humanitus generi humano* A. Tum *nisi istinc* W. Mabc. Bab. A et libri editi excepto Baluziano, in quo legitur *nisi si istinc* (*isthinc* habet Morell.), ut in cod. Md. Pro *de saeculo* Gravius dedit *velocius*, cod. Ver. scribit *postmodum recedatur*. 4) *interius continentur* Md. 5) Ita Ma. Manut. Pamel. Ox, *quicquid* codd. et edd. rell. Recte *venerit* W. Macd. Bab et A veteresque edd. c. Morell., *evenerit* Mb et ceteri editi. Dein *perpetitur* Md, *repetimur* Ba, *patimur* A. Idem liber *aevi* et *fine* om. Post *dividamur* W. Ma et Mc addunt *loquitur et hortatur*, quae vocc. ex cap. seq. illata sunt. 6) *Nc̄* (i. e. *nunc*) pro *nec* (potius *non*) Bb. Dein *iccirco* Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Sed codd. mei c. ceteris editis *idcirco*, ut Virgilii cod. Mediceus. Vid. *Wagner*. l. c. p. 443. Post *carne* Bb et vett. edd. c. Erasm. Grav. et Morell. om. *hac*, Mb a m. pr. exhibebat *a constitutione*, quod vitium r. m. correxit. Voc. *incommoda* m. pr. omisit in Mc. 7) Praepositionem corr. m. supra adiecit in W, *in sensum* pr. legebatur in Mb, *doloris* om. A, *in sens. dol. situm sit* scribi vult *A. de Rooy* l. c. p. 33. Mox *non esse eum participem* (ab ead. m.) habet Bb. Vocc. *paenae tuae* Mb supra ante *manifestum* interponit. Dein *videas tecum* optime codd. veteresque edd.

omne quod punit, manifestum est eum non esse participem paenae tuae, quem videas tecum non dolere.

XVII.

Viget apud nos spei robur et firmitas fidei, et [1]) inter ipsas saeculi labentis ruinas recta mens est et inmobilis virtus et numquam non laeta patientia et de deo suo semper anima secura, sicut per prophetam spiritus sanctus loquitur et hortatur, spei ac fidei nostrae firmitatem caelesti voce corroborans. *Ficus*, inquit [2]), *non adferet* [3]) *fructum, et non erunt nascentia in vineis.*

---

c. Erasm. Grav. et Morell., *tecum videas* Manut. Pamel. et recentiores. Voc. *aequaliter*, quod ante *non dolere* inserunt libri ante Manut. typis excusi et Baluzius revocavit, expungendum censui; abest enim a codd. W. Mabd. Bab. A et septendecim veteribus Baluzianis, neque primo legebatur in Mc. Ceterum glossemati nihil consimilius. Pro *dolere* Ma et Ba male scribunt *dolore*.

XVII. 1) Om. *et* cod. Md et edd. Baluz. atque Goldh. Pro *erecta* cum Bb scripsi *recta*, ut de mortalit. cap. X. p. 129 *rectum* pro *erectum*. Ita et de laps. cap. XVIII. p. 93: *Alta et recta cervix*, ubi vulg. legitur *erecta*. Eodem modo Noster supra cap. XIII.: *Rectum te deus fecit*. Cf. *Gronov.* Observatt. in Scriptoribus eccles. c. III. p. 570. Comparat Rigalt. celebratissimos *Horatii* versus Od. III. 3. 7—8.: *Si fractus inlabatur orbis, Impavidum ferient ruinae*. Immo respexit Noster *Senec.* de Provid. cap. II. § 6., quem locum laudavi ad librum de mortalit. cap. cit. Tum pro *mens est* ed. prima habet *mensem*, quod vitium enatum est e male intellecta codicis scriptura *mensē*. Defit *est* in W. Ma et in edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. atque Grav. Mox *nunquam nisi laeta* edd. vett. Erasm. Grav. et Morell. Ante *deo* praepositionem om. Bb, *de deo anima sua semper secura* habet A. In seqq. *exhortatur* W. Vocc. *ac fidei* om. A. Pro *corroborans* Ba scribit *commemorat*. 2) *ait* Mb. Vid. Habac. 3, 17. 3) Ita W et Mab (*afferet* vulg.), *adfert* Bb, *affert* A. Tum *fructus* W. Deinde *non erit generatio in vineis* edd. vett. et Erasm.

Mentietur opus olivae, et campi non praestabunt cibum [4]). *Deficient a pabulo* [5]) *oves, et non erunt in praesepibus boves. Ego autem in domino exsultabo, gaudebo* [6]) *in deo salutari meo.* Dei hominem et cultorem dei subnixum [7]) spei veritate et fidei stabilitate fundatum negat mundi huius et saeculi infestationibus commoveri. Vinea licet fallat, et olea [8]) decipiat, et herbis siccitate morientibus aestuans campus arescat, quid hoc ad Christianos, quid ad dei servos, quos paradisus invitat, quos gratia omnis et copia regni caelestis exspectat? Exsultant [9]) semper in do|mino et laetantur et gaudent in deo suo, 223
et mala atque adversa mundi fortiter tolerant, dum bona et prospera futura prospectant. Nam qui [10]) exposita nativitate terrena spiritu recreati et renati sumus, nec iam mundo, sed deo vivimus, non nisi cum ad deum veneri-

---

4) *escam* A, *frumentum* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. 5) *a populo* W et Mac, *a stabulo* Md veteresque edd. Erasm. et Grav. Multum hic prophetae locus variat apud varios auctores, qui de eo mentionem faciunt. Vid. *Sabatier.* 6) Ita W et Ma. Vulg. *et gaudebo.* Abest καὶ etiam in Graeco. Pro *salutari* Ver. exhibet *salvatore* (τῷ σωτῆρι). Cf. *Sabatier.* 7) *Dn̄ hominem et dei culturae subnixum* Mb, *cultorem Christi* Ba et ed. Dav., item in marg. Grav. Mox *huius mundi* Mb. 8) *oliva* Mc, *decipiant* A, idem liber *crescat* pro *arescat*, in clausula *expectat* W. Mbd. Bab. A, *expetat* Mc. 9) *Exultant* W et Macd, *exultat* a m. pr., a sec. *exultāt* Mb. Tum *laeta*^{n}*tur* e corr. r. m. idem liber, *letentur* A. Dein *gaude*^{n}*t* Mb. Pro *deo* A *domino.* Proxime *atque* ab eodem abest; *tolerant* a r. m. correctum e *tolerat* in Mb, *tolerando* pro *tolerant dum* habet Bb et *cum* pro *dum* A. Statim *bona* W. Mabcd. Ba et A veteresque edd. c. Erasm. Grav. Mor. et Oxon., *dona*, quod receperunt Manutius, Pamelius, Rigaltius et Baluzius, solus agnoscit Bb. *Futura* in Mb r. m. supra addidit, *fortuna* inepte habet A. Tum *expectant* (pr. *expectat*) Mb. 10) *qui* r. m. supra adiecit in Md. Mox *creati* W et Ma, deinde *nati* Bb. Paulo post *cum* in W r. m. inter lineas supplevit. Pro *capiemus*

mus, dei munera et promissa capiemus. Et tamen [11]) pro arcendis hostibus et imbribus inpetrandis et vel auferendis vel temperandis adversis, rogamus semper et preces fundimus, et pro pace ac salute vestra propitiantes ac placantes deum diebus ac noctibus iugiter atque instanter oramus.

XVIII.

Nemo sibi itaque [1]) blandiatur, quod nobis et profanis dei cultoribus et deo adversantibus sit interim per aequalitatem carnis et corporis laborum saecularium conditio communis, ut ex hoc opinetur non omnia ista quae accidunt vobis inrogari, cum dei ipsius praedicatione et prophetica contestatione ante praedictum sit, venturam super iniustos iram dei, persecutiones, quae nos humanitus laederent, non defuturas, sed et ultiones, quae laesos

---

scribitur *capiamus* in Md et A. 11) *quo* pro *tamen* A. Tum *et pro imbribus* Mb. Deinde *impetrandi* (sic) *adversis* (intermediis om.) A, *velud* pro *vel* Bb, *pro auferendis* (*pro* ab r. m. superscr.) Mb, *et temperandis* Md, *adtemperandis* pr. Mb. Mox *precem fundimus* Ba, *ac pro pace et pro salute nostra* A. Tum *et placantes* W., Mabcd et Ba veteresque edd. c. Morell., *placentes* pr. Mb, *dominum* pro *deum* Md et libri ante Manut. editi, *et noctibus* Md.

XVIII. 1) Sic W. Mabc. Bb et A. Similiter Noster de cath. eccles. unit. cap. XI. c. f.: *Quam sibi igitur pacem promittunt* etc., *igitur ituque* (*sibi* om.) edd. vett., *igitur sibi* Erasm. et Grav., *itaque sibi* Ba et Md, item edd. Manut. et recentiores. Tum *a nobis* Ba, *nobis a* (potius *ac*) *prophanis* A. Idem liber perperam *sic* pro *sit*. Dein *pro equalitatē* (sic) Bb, *per inequalitatem* A. Mox *laborem* Ma, *condicio* Ba. Md et A c. edd. Manut. atque Pamel. Proxime *non* om. Mb; *nunc accidunt* exhibent edd. vett. Erasm. et Grav. Tum *nobis* Mb. Coniunctionem *et*, quam Gravius et Baluzius ante *persecutiones* interserunt et̄ soli Mb et Ba agnoscunt, expunxi; Bb. A et Morellius scribunt *persecutionesque*. Post *sed*

divinitus defenderent, secuturas. Et quanta sunt quae istic pro nobis interim [2]) fiunt? In exemplum [3]) aliquid datur, ut dei vindicis ira noscatur. Ceterum [4]) retro est iudicii dies, quem scriptura sancta denuntiat dicens [5]): *Ululate; proximus est enim* [6]) *dies domini, et obtritio a deo aderit. Ecce enim dies domini* [7]) *venit insanabilis indignationis et irae, ponere orbem terrae desertum et peccatores perdere ex eo.* Et iterum [8]): *Ecce dies domini venit ardens velut clibanus* [9]) *eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos adveniens dies, dicit dominus.* Succendi et cremari alienigenas praecanit [10]) dominus, id est alienos a divino

---

pro *et*, quod edd. vett. Erasm. et Grav. omittunt, in A legitur *ut*. 2) *istinc interim pro nobis* exstat in Ba. 3) *In exemplo* Mb. *Datur* m. pr. omisit in Mc, *detur*, *ut vindicis dei* habet A. 4) *Caeterum* W. Bab et Mc, quam scripturam secuti sunt Rigaltius, Baluzius et Goldhornius. Falso. Vid. ad librum de mortalit. cap. V. not. 8. Tum *dies iudicii quem* (v. *iudicii* ab r. m. superscr.) Mb. 5) Hesai. 13, 6 et 9. 6) *enim est* Morell., om. *enim* ed. Dav. In f. *aberit* A. 7) *domini dies* Bb. Statim ed. Dav. adiungit ex infra sequentibus *venit ardens clibanus* (intermed. om.). Ante *indignationis* Mb interponit *et*. Legitur in Graeco: Ἰδοὺ γὰρ ἡμέρα κυρίου ἔρχεται ἀνίατος θυμοῦ καὶ ὀργῆς. Cf. *Sabatier*. 8) Malach. 4, 1. Additur *dicit* in Mb. 9) Pro *velut* Bb *sicut*, Md *ut*. Tum *clibanus ignis* Vat. 4 et edd. vett. c. Erasm. atque Grav. Corrupte *alieniene* Bb, *alieni*^{g}*enae* (*g* a rec. m. superscr.) W et in seqq. *alienienos* Ma pro *alienienigenas*. Mox *ut stipula* Vat. 4. veteresque editi excepto Daventriensi. Ita etiam Erasm., in ed. Grav. partic. *ut* minut. typis excusa habetur. Pro *ut* est *sicut* in Mb. Vocc. *iniqui ut* al. m. addidit in Mc. De particulis comparationis, quae ab optimis scriptoribus omitti solent, vid. quae adnotavi ad Ambros. de offcc. II. 4. §. 12. p. 338 et III. 22. §. 134. p. 419. Cf. de bono patient. cap. XIV. not 3. 10) Ita W. Bab et Mc. Quam lectionem e Mss. protulit iam probavitque *Gronovius* Observatt. III. 24. p. 323. *Praecinit*, ut legitur vulgo, exhibent Mabd, *peccavit* (sic) reperitur in A. Epist. LXIII. p. 106,

genere et profanos, spiritaliter non renatos, nec dei filios factos.

XIX.

Evadere enim solos [1]) posse qui renati et signo Christi signati fuerint, alio in loco deus loquitur, quando ad vastationem mundi et interitum generis humani angelos suos mittens gravius in ultimo comminatur dicens [2]): *Vadite* [3]) *et caedite, et nolite parcere oculis vestris. Nolite misereri* [4]) *senioris aut iuvenis, et virgines et*

---

ubi edd. vett. Erasm. Grav. Manut. atque Morell. praestant: *Item denuo praecanitur et ante praedicitur* etc., Pamelius invexit *praecinitur* repugnante *Gronovio* l. c. Postea Baluzius veram lectionem restituit e vett. edd. et tredecim vett. Mss., ad quos accedit liber S. Albini. Concordant quattuor codices, quos ipse inspexi. Reddendum item Nostro est *praecanit* pro vulgato *praecinit* in Epist. ad Fortunat. cap. XII. p. 272 e codd. W et Ba, nec aliter primo habebat Mb. Ceterum forma *praecanere* saepius utitur Cypriani magister de idololatria cap. IX. fin. et XV., adversus Iudaeos cap. X. sub fin., cap. XI. in fin. Vocc. seqq. *dominus*, *id est*, *alienos* a corr. m. habet W, *deus* ed. Dav., *alieno* pr. Mc. Tum *spiritualiter* Mc et ed. Dav. c. Grav., *specialiter* A.

XIX. 1) *eos solos* vulgo. Sed *eos* om. codd. mei et edd. Dav. atque Manut. Idcirco expunxi. Mox *dominus loquitur* Vat. 2. editique vett. praeter Dav., item Erasm. Grav. et Morell. In seqq. *emittens* W et Ma. 2) Hiezec. 9, 5. 3) *Ite* Remb. Erasm. Grav. Morell., ut *Tertull.* advers. Iud. cap. XI. p. 1149 ed. Oehl. Dein *cedite* Mabcd et Ba veteresque edd., *credite* A. 4) *miserere* Ma. Tum *senioris aut iuvenis aut virginis* W, ut legitur ap. *Tertull.* l. c., *senioris aut iuvenis, et virginis* Pamel., *senioris et iuvenis et virginis* Testim. II. 22. p. 294, *senioris aut iuvenes aut virgines* Ma, *seniori aut iuveni, et virgines* et hic et in Testim Mb, *senioribus aut iuvenibus* Bb et in Test. Wab, *senioribus atque iuvenibus* edd. SP. Venet. Kunn Remb. Erasm. et Morell., *senioribus*, *neque iuvenibus* Grav., *parcere* (pro *misereri*) *senioribus*, *neque iuvenibus et virginibus* Dav. Ceteri libri scripti et editi

mulieres et parvulos interficite, ut perdeleantur. Omnem [5]) *autem, super quem signum inscriptum est, ne tetigeritis.* Quod autem sit hoc signum [6]) et qua in parte corporis positum manifestat alio in loco deus dicens [7]): *Transi* [8]) *per mediam Hierusalem, et notabis signum super frontes virorum, qui ingemunt et maerent ob iniquitates, quae fiunt in medio ipsorum.* Et [9]) quod ad passionem et sanguinem Christi pertineat hoc signum, et ille salvus atque incolumis reservetur, quisquis in hoc signo inve-

---

exhibent *et virgines.* Deinde *et mulieres et parvulos* codd. omnes (excepto Mb, in quo est *parvolos*) et edd. Pamelianam antecedentes, *et parvulos et mulieres*, ut exstat in Testim. et ap. Tertull., scripserunt Pamel. et recentiores. In Graec. vero hic locus ita habetur: *πρεσβύτερον καὶ νεανίσκον καὶ παρθένον καὶ νήπια καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν.* Mox *perdeleantur* Ver. W. Mab. Ba, edd. SP. Grav. Morell. Pamel. et posteriores, item in Testim. libri tam manu exarati, quam typis excusi sicque etiam *Tertullianus* l. c., *pariter deleantur* A, *deleantur* Bb et Md c. edd. rell., in Mc *per* erasum, *perdantur* habet ed. Dav. 5) *Omne* Mac, *autem* om. A. Pro *scriptum* recepi *inscriptum* e W et Mad. *Est* in Mc r. m. supra addidit. 6) *signum hoc* ed. Dav., *qua in corporis parte* edd. vett. (praeter Dav., ubi legitur *in qua parte corporis*) una cum Erasm. Grav. et Morell. Statim *manifestum est* Bb, tum *in alio loco* ed. Dav., *alio loco* W et Mac, *dominus* pro *deus*, quod voc. A om., edd. vett. excepta Dav. c. Erasm. et Morell. Concordant Testim. l. c. et *Tertull.* Ita in contextu quoque Grav., in mg. autem *deus*, inverso ordine *dicens dominus* Md. 7) Hiezec. 9, 4. 8) *Transite* Ma. Praeposit. *per*, quam om Md et A veteresque edd. Erasm. et Morell., item Testim., in Mb r. m. supplevit. Tum *Samariam et Hierusalem* Bb. Ita et Mb a m. r.; sed nomen *Samariam* postmodum ex parte erasum est; *Herusalem* pr. W, *Iherusalem* ed. Dav., *Ierusalem* Ba et Md. Statim *et notate et notabis* Ma, *nobis* (sic) A. Dein *signo frontes* ed. Dav., *in frontes* Mb, *gemunt* pro *ingemunt* Ma et Tertull. Mox *propter iniquitates* edd. vett. Erasm. et Grav, *super iniquitates* Md. 9) *Et* om. W. Tum vocc. *et sanguinem* desunt in A. Inter *hoc* et *signum* Bb interserit *est.* Vitiose *incolomis* Ma et

nitur, item dei testimonio comprobatur dicentis [10]): *Et erit sanguis in signo* [11]) *vobis super domos, in quibus ibi eritis, et videbo sanguinem, et protegam vos, et non erit in vobis plaga deminutionis, cum percutiam terram Aegypti.* Quod ante occiso agno [12]) praecedit, in imagine impletur in Christo secuta postmodum veritate. Ut illic percussa Aegypto Iudaicus populus evadere non nisi sanguine et signo [13]) agni potuit, ita et cum vastari coeperit mundus et percuti, quisquis in sanguine et signo Christi inventus fuerit, solus evadet.

XX.

Respicite [1]) itaque, dum tempus est, ad veram et

Bab, *incolumus* Md, tum *quisque* W. Macd. Bab. A et vett. edd. praeter Remb., ut passim, *quis*^{quis} e corr. Mb. Deletum *hoc* in A. Post *signo* idem liber addit *vobis super domos.* Mox pro *item* Bb scribit *idem* omisso *dei. Dicentis* om. ed. Dav. 10) Exod. 12, 13. 11) *in signum* Mcd. Deinde *in quibus ibi eritis* Ver. W et Mac (item Mb a m. pr., a sec. autem deletum *ibi*) conspirantibus exemplaribus SP. Venet. Kunn atque Manut., *in quibus vos ibi eritis* Morell. et Pamel., *in q. vos eritis* Oxon. et Baluz., *in q. eritis* A et Remb. Erasm. atque Grav., *in q. abieritis* Ba, *in q. ederitis* ed. Dav., *in q. fueritis* Md. Paulo post *deminutionis* (vulg. *diminutionis*) Ma. Ba et pr. Mb c. edd. Manut. et Morell., *dum* pro *cum* Bb. Dein *percutiam et conteram* edd. vett., si excipias Dav., una cum Erasm. et Morell., *et conteram* minut. litt. Grav.; habet haec a r. m. in mg. Mc. 12) *Quod autem occisio agni* A, *quod autem ante occiso agro praecessit* ed. SP., *quod autem ante occisum agro* (*agno* Kunn.) *praecessit* Ven. et Kunn., *autem* et *praecessit* etiam Remb. Erasm. Grav. atque Morell., *praecessit* item Mc. Tum *suppletur* W et Mac. Statim *postmodum secuta* Mb. 13) *signo et sanguine* Mb, dein *potuerit* A. Mox *et nunc cum* Ba. Ante *percuti* Bb om. *et.* Tum *quisque* solito errore W. Macd. Bab et pr. Mb. In seqq. *evadit* W. Mabc et Ba, *salvus erit* ed. Dav.

XX. 1) *Respice* pr. W. Post *veram* Bb om. *et*, A scribit

aeternam salutem; et quia iam mundi finis in proximo est, ad deum mentes vestras dei timore convertite. Nec vos delectet in saeculo inter iustos et mites [2]) inpotens ista et vana dominatio, quando et in agro inter cultas et fertiles segetes lolium et avena dominetur; nec dicatis mala accidere, quia dii vestri a nobis non colantur, sed sciatis esse hanc iram dei, dei esse censuram, ut qui beneficiis non intellegitur vel plagis intellegatur. Deum vel sero quaerite, quia | iam pridem [3]) per prophetam 224
deus praemonens hortatur et dicit [4]): *Quaerite dominum* [5]),

---

atque. Alterum *et* a corr. m. inter vers. habet W. Mox *ad dominum* ed. Dav., *ad dominum deum* Md, quocum faciunt ceterae edd. vett. Erasm. Grav. et Morell. In Grav. autem voc. *deum* minut. typis excusum. Dein *mentes in dei timore* legitur in Dav., *dei timorē* in Ba. 2) *inmites* Bb. Tum *et vana ista* A. Voc. *vana* in Mc r. m. ad mg. addidit. Pro *quando* edd. Erasm. Grav. et Mannt. habent *cum*. Proxime pro *lolium* A scribit *oleum*. Respexit Noster *Virgil.* Georg. I. 154. Dein *ne dicatis* et *qui vestri* absque v. *dii* exhibet A. Mox *coluntur* dant Ba et Md. Tum *sciatis esse hanc iram dei esse censuram* W et Bb. Ita etiam Ma, qui post *dei* distinguit, in W autem r. m. post *iram* distinctionis notam posuit; *sc. hanc esse iram dei, esse cens.* scribit Ver., *sc. hanc esse* (postea v. *esse* erasum est) *iram dei esse* (addidit *esse* h. l. r. m.) *cens.* Mb, *sc. hanc iram dei hanc esse cens.* Ba, *sc. hanc esse iram dei, hanc esse cens.* Vat. 1., *sc. hanc esse iram dei et cens.* A, *sc. hanc iram, dei esse cens.* edidit Manutius eumque secuti sunt Pamelius et Oxonienses; *sc. esse hanc irae dei censuram* habent edd. vett. (praeter Dav, quae *irae* om.) una cum Erasm. Grav. et Morell., *sc. hanc ire* (*e* per ras. Mc) *dei esse c.* Mcd, *sc. h. irae d. esse c.* Baluz. et Goldh. Igitur codicibus et editis libris ita fluctuantibus de coniectura scripsi *sc. esse hanc iram dei, dei esse cens.* Mox *qui* om. A, *qui* sec. m. in Mb mutavit in *quia.* Ibidem *beneficiis* enatum est e *beneficii*, et quod sequitur *non* a r. m. supra additum in Mc. 3) *iampridem* Mabc et Morell. Statim *deus* om. Bb, *dominus* habet A. Tum *praemonet, hortatur* Ba, *praemonet et hortatur* ed. Dav. 4) Amos 5, 6. 5) *deum*

et vivet anima vestra. Deum vel sero cognoscite [6]), quia et Christus adveniens hoc admonet et docet dicens [7]): *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te, solum et verum* [8]) *deum et quem misisti, Iesum Christum.* Credite illi, qui [9]) omnino non fallit; credite illi, qui haec omnia futura praedixit; credite illi, qui credentibus praemium vitae aeternae dabit; credite illi, qui incredulis aeterna supplicia gehennae ardoribus inrogabit.

XXI.

Quae tunc [1]) erit fidei gloria, quae paena perfidiae, cum iudicii dies venerit, quae laetitia credentium, quae maestitia perfidorum, noluisse istic prius credere et ut credant iam redire non posse? Cremabit [2]) addictos ardens semper gehenna et vivacibus flammis vorax paena, nec erit unde habere tormenta vel requiem possint aliquando vel finem. Servabuntur [3]) cum corporibus suis

---

Bb et ed. Dav. 6) *agnoscite* ed. Dav. Proxime *et* inserui ex codd., quibuscum faciunt edd. Dav. et Grav. Dein *ammonet* exhibent W et ed. Dav. Statim *docetque* edd. vett. excepta Dav., item Erasm. Grav. et Morell. 7) Ioann. 17, 3. 8) Ita W. Mabc et Ba. Cf. Epist. 73. p. 134, de dominic. orat. cap. XX., ad Fortunat. cap. II. p. 264, Testim. II. I. p. 284 sq. Infra cap. XXII. Copulam *et* om. Md, ut editi, *et verum* Bb c. ed. Dav., *te verum et solum* scribit A. 9) *qui* om. Bb, *qm̄* (i. e. *quoniam*) habet Md. Hoc et sequens enuntiatum desunt in A. In seqq. *haec* om. ed. Dav., *omnia* Mc et verba proxima: *credite illi*, *qui* — — *dabit*, W. Paulo post *inrogavit* pr. legebatur in Mb.

XXI. 1) *nunc* Bb. Pro *maestitia* ed. Dav. habet *tristitia.* Post *noluisse* r. m. superscripsit *se* in Mb. Itidem quod mox sequitur *et* r. m. supra adiecit in Mc. Tum *credent* Bb. 2) *Cremavit* pr. Mb. Vitiose *abditos* A. Idem liber *minacibus flammis.* Post *paena* in Mb a r m. additum *excipit*, Bb exhibet *poena decipit.* Dein *non erit* ed. Dav., *erat* A. 3) *Servantur* W. Macd. Bab. A

animae infinitis cruciatibus ad dolorem. Spectabitur [4]) illic a nobis semper qui hic nos spectavit ad tempus et in persecutionibus factis oculorum crudelium brevis fructus perpetua visione pensabitur secundum scripturae sanctae fidem dicentis [5]): *Vermis eorum non morietur* [6]), *et ignis eorum non exstinguetur, et erunt ad visionem universae carni.* Et iterum [7]): *Tunc stabunt* [8]) *iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore* [9]) *horribili, et mirabuntur in subitatione insperatae salutis; dicent inter se paenitentiam habentes et per angustiam*

---

veteresque edd. c. Erasm. Grav. Manut. et Morell. 4) *Spectabuntur* Ver. et a r. m. Mb. Dein *illuc* ed. Dav. Mox *spectabat* Mc, *spectaverunt*, quod respondet praecedenti *spectabuntur*, Ver., *expectavit* Bb, *nobis expectabit* Ba, *expectant* Mb. De permutatione verborum *spectare* et *exspectare*, qua in codd. nihil frequentius est, vid. adnot. ad Ambros. de offic. I. 1, 1. p. 259. Tum *falsis* pro *factis* W et Mac. Statim *crebres* (voluit librarius *breves*. Superscriptum autem a r. m. est *brevis*), deinde *pensabuntur* a m. pr., a r. *pensabitur* dat Mb. 5) Hesai. 66, 24. 6) *moritur* A, *vermes — morientur* Ma et Bb. Pro *universae carni* A *aeternae carnis*. 7) Sap. 5, 1. 8) *stabunt, inquit* et *angustaverunt* Mb. Ita idem in Test. III. 16. p. 309 et ad Fortunat. cap. XII. p. 272. Mab et Ba. Pro *eorum* Ba et Md *illorum*. 9) *terrore* W. Locutione *in subitatione insperatae* (*inspiratae* W. Ma et Ba) *salutis* (ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας) item utitur Noster ad Fortunat. et in Testim. l. c. Recepi deinde *dicent* (ἐροῦσιν) pro *dicentes* e codd. Ba. Md. A et exemplari Dav. Et sic pr. legebatur in Mc. Exhibent *dicent* etiam in epist. ad Fortunat. codd. W (e corr.) et Mab, quibuscum concinit in Testim. Mc. Statim *intra se* Bb, ed. Dav. et antiqua versio Lat. *Paenitentiam habentes*, quod pro *p. agentes* primus restituit Baluzius, confirmant W. Mab (hic a m. pr.) cd. Bb et A itemque in epist. ad Fortunat. et in Test. libri scripti et editi. Vulgatam lectionem *prae angustia* (*p̄ angustiā* habet Ba) mutavi in *per angustiam* iubentibus libris Ver. W. Mab et Neap., quibuscum facit ed. Morell.;

spiritus gementes. Hi [10]) *sunt quos habuimus aliquando in risu et in similitudine inproperii. Nos insensati* [11]) *vitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Quomodo conputati sunt inter filios dei, et inter sanctos* [12]) *sors eorum est? Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit* [13]) *nobis, et sol non est ortus nobis. Lassati sumus iniquitatis via* [14]) *et perditionis, et ambulavimus solitudines diffi-*

---

legitur enim in Graeco *διὰ ξενοχωρίαν*. Concordant in epist. ad Fortunat. codd. Ver. Benev. W. Mab. Ba. Neap. et Noster in Test. Ceterum praepositiones *per* et *prae* in codd., utpote per compendium scriptae, passim confunduntur. 10) *Hii* W a m. pr. Mad. Bab. A et exemplar Dav. Tum *aliquando habuimus* Bb et Mc veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Pro *in derisum et in similitudinem*, quod cum editis communc habent Md. Vat. 4. et A, in quorum posteriore post *in derisum* legitur *vel in similitudine* (conveniunt haec cum Graeco: *ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα καὶ παραβολήν*), e codd. Ver. Bab. A et ed. Manut. recepi *in risu et in similitudine*, nec aliter primo fuit in Mc. Conspirant libri Ver. W. Mab et Neap. in ep. ad Fortunat., ubi Ba scribit *in derisu et in similitudine*; *in risu et similitudine* dant W et Ma, *in risum et in similitudinem* Mb et a r. m. Mc sicque in Test. W. Mb et Ba, quorum hic altero loco *in* om. 11) Deest h. v. in A. Tum *viam* operarum incuria habet ed. Baluz. Pro *illorum* (*eorum* A) W et Ma scribunt hic et proxime *illius*, dein *aestimavimus* est in W. Mox *finem eorum* exhibent Bab. Mc et A itemque ed. Manut., in cuius exemplari Gottingensi a viro doct. correctum legitur *illorum*. 12) *in sancto* W. Statim *illorum* pro *eorum* Mab. Bb. A veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Ita exstat etiam in ep. ad Fortunat. et in Test. 13) *inluxit* Ma. Mutavi deinde vulgatum verborum ordinem: *et sol non ortus est nobis*, iubentibus libris W. Mabcd. Bb et A, quibuscum concordant ed. Manut., versio antiqua, item ep. ad Fortunat. et Test. Desunt haec verba in Ba. 14) *in iniquitatis via* vulg., *in via iniquitatis* versio antiqua, *iniquitatis in via Lucif.* Cal. L. I. pro S. Athanasio p. 195. a (ap. Sabatier.). Ego delevi praepositionem, quae glossam sapit, praeeuntibus libris W. Mabc. Ba. A et ed. Dav., *inquit, iniquitatis vias* reperi in Bb, *viae* in W et Ma. Coniunctionis particulam *et*

ciles, viam autem domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid divitiarum iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam [15]) *umbra.* Erit [16]) tunc sine fructu paenitentiae dolor paenae, inanis ploratio et inefficax deprecatio. In aeternam paenam [17]) sero credunt qui in vitam aeternam credere noluerunt.

XXII.

Securitati igitur et vitae, dum licet [1]), providete. Offerimus vobis animi et consilii nostri salutare munus. Et quia odisse non licet nobis et sic deo plus placemus, dum nullam pro iniuria [2]) vicem reddimus, hortamur, dum facultas adest, dum adhuc aliquid de saeculo superest, deo satisfacere et ad verae religionis candidam lucem de profundo tenebrosae superstitionis emergere. Non

---

omissam ante *ambulavimus* in cod. Mc et in edd. Rigalt. Oxon. Baluz. et Goldh. recepi ex codd. W. Mabd. Bab. A et sex Anglicis. Legitur *et* (ut *καὶ* in Graec.) itidem in ep. ad Fortunat. et in Test., neque abest a versione antiqua. 15) *tanquam* A et editi omnes. Idem liber A *umbrae.* 16) *Erit enim* Ver. Tum *poenitentiae fructu* Ba. Dein *vel dolor vel poenae* (*poenae* om. A), *inanis ploratio* Mb, *poenitentia et dolor p. et inanis pl. et inefficax deprecatio*, quae verba in Mc a r. m. margini adiecta sunt, exhibent edd. vett. c. Erasm. et Morell. *Et dolor* item habetur in Md, *et inanis* in Ba, nec non in ed. Grav., *int̄* (i. e. *inter*) scribit Bb. 17) *In aeterna poena* edd. Dav. et Grav. Statim *credunt* codd. omnes, si excipias Bb, in quo est *credant,* et edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Manut., *credent* Morell. et recentiores. Tum *in vita aeterna* Bb.

XXII. 1) *dum tempus est* Ver. et Bb. Cf. cap. XX. init. 2) *per iniuriam* ed. Dav. Mox *hortamur vos* Ba, *hort. itaque* ed. Dav. Dein *aliquid adhuc* A, *domino* pro *deo* Mb, *deo facere* A. Praepositionem *ad* om. W. Tum *veram* proximeque *et* ^{de} *profundo* (*de* ab r. m. supra adiecto) scribit Mb. *De profundo tenebrosae superstitionis* rectissime legitur etiam in meis codicibus. Adiecti-

invidemus commodis vestris [3]), nec beneficia divina celamus. Odiis vestris benivolentiam [4]) reddimus, et pro tormentis ac suppliciis, quae nobis inferuntur, salutis itinera monstramus. Credite et vivite [5]), et qui nos ad tempus persequimini, in aeternum gaudete nobiscum. Quando istinc recessum [6]) fuerit, nullus iam paenitentiae locus est, nullus satisfactionis effectus [7]). Hic vita aut [8]) amittitur aut tenetur; hic saluti aeternae cultu dei et fructu fidei providetur. Nec [9]) quisquam aut peccatis retardetur aut annis, quominus veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti paenitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam dei aditus, et quaerentibus atque intellegentibus veritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu et vitae [10]) temporalis occasu pro delictis roges et deum, qui unus et verus est, confessione

---

vum *profundo* cum genitivo iunctum h. l. substantivi vim habet. De quo loquendi usu pluribus dixi ad Ambros. de offcc. p. 319. Unde pravam istam lectionem: *de profunda et tenebrosa nocte superstitionis*, a Pamelio ex vetere quodam codice, quem Morellius inspexit, temere receptam et, quod miror, ab Rigaltio et Oxoniensibus probatam e glossemate fluxisse manifestum est. *Tenebrosae* om. A, *tenebrosa* perperam scribit Ba. 3) Excidit *vestris* in Mb. 4) Ita W. Macd. Bab. A et vett. edd. c. Manut., *benevolentiam* Mb et edd. rell. Dein *ac* pro *et* A. Idem liber *pro suppliciis*. Mox *salutaria* pro *salutis* Bb, tum *iter demonstramus* edd. vett. c. Erasm. et Morell., *itinera demonstr.* Grav., *itinera monstr.* primus Manutius. 5) *et vivete* a m. pr., a s. *videte* *et vivite* Mb, *et videte et vivite* Bb. 6) *istinc ei* (sic) *recessum* A, *recessum* cum Ver. etiam ceteri libri et quattuor Anglici. Vulg. *excessum*. 7) Additur *est* in Bb. 8) *aut* om. A. Mox *salutis* Ba et pr. Mb, tum *et cultu* Mb, *cultu divinae ac fidei fructu* A. Copulam *et* in Mc r. m. supra adnotavit. 9) *Ne* pro *nec* permutatione solita Bb. Dein *quicquam* (puncto ab r. m. subposito) W, *quicquam* Ma, prius *aut* om. Ba, proxime *ad salutem consequendam* scribit A. 10) *exitum vitae* Ba. In seqq. *confes-*

et fide agnitionis eius inplores, venia confitenti datur, et credenti indulgentia salutaris de divina pietate conceditur, et ad inmortalitatem sub ipsa morte transitur. | Hanc 225
gratiam Christus inpertit [11]), hoc munus misericordiae suae tribuit subigendo mortem tropaeo crucis, redimendo credentem pretio sui sanguinis, reconciliando hominem deo patri, vivificando mortalem regeneratione caelesti. Hunc, si fieri potest, sequamur omnes, huius sacramento et signo censeamur. Hic nobis viam vitae aperit, hic ad paradisum reduces [12]) facit, hic ad caelorum regna perducit. Cum ipso semper vivemus [13]) facti per ipsum filii dei; cum ipso exsultabimus semper ipsius cruore reparati; erimus Christiani cum Christo simul gloriosi, de deo patre beati, de perpetua voluptate laetantes semper in conspectu

---

sionem et fidem Erasm., *eius* om. A, inverso ordine *eius agnitionis* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Grav. Male *confitendi* W et Ma. Iidem libri et Bb *credentibus*. Voc. *indulgentia* abest a Bb. Paulo post pro *sub* in A mendose scribitur *sibi*. 11) Ita W. Mb et Bb, *impertit* Ma et Ba c. edd. Manut. atque posterioribus, *inpartit* A, *impartit* Mcd et edd. Manutiana antiquiores. Statim *tribuet* W, *attribuit* A. Tum libri scripti et editi modo *tropeo*, modo *tropheo*, modo *trophaeo*. Vitiose *pretio suo sanguinis* Bb, *praeciosus sang.* pr. Mb. Postea vero syllaba *sus* erasa. Ceteri codd. et ed. Morell. recte *sui sanguinis* pro *sanguinis sui*, ut legitur vulgo. Dein *reconciliantem* Ba moxque *et vivificando* Mb, *caelesti* om. Ma. 12) *reducens* Ba. Tum *ad* (praepositionem in Md r. m. supra addidit) *regna caelorum* Bb. 13) *vivimus* Bb et pr. Mb. Statim *et facti* edd. Manutianam antecedentes et Morelliana. Deinde *exultabimus semper* W. Mbcd. Ba et A, item edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. atque Oxon., *semper exultabimus* edd. rell. excepta Goldh., quae sola habet *exsultabimus*. Postponitur adv. *semper* etiam in Ma et Bb (in quibus est *exultavimus* vitio sollemni). Sic Noster infra *laetantes semper*, tum *agentes deo gratias semper* et *laetus esse semper*. Paulo post *in gloria cum Christo gloriosi* A. Praepositionem ante *deo* om. Bb. Idem liber inepte scribit *de propria*

dei et agentes deo gratias semper. Neque enim poterit nisi et [14]) laetus esse semper et gratus qui, cum morti fuisset obnoxius, factus est immortalitate securus.

---

perpetua voluntate; *voluntate* itidem legitur in Ba et A, *volumptate* in Ma. Deinde *agentes semper gratias deo* habet Mb, *gratiam* exstat in edd. Dav. et Remb. 14) Om. *et* Md et edd. Baluz. atque Goldh. Tum *semper esse* legebatur ante Gravium. Is in seqq. scripsit *de immortalitate* adstipulantibus Pamelio, Rigaltio et Oxoniensibus. Post *securus* exemplaria vett., Erasm. et Grav. addunt *Amen*.

DE

OPERE ET ELEEMOSYNIS *).

I.

Multa et magna [1]) sunt, fratres carissimi, beneficia 237
divina, quibus in salutem nostram dei patris et Christi larga et copiosa clementia et operata sit et semper operetur, quod conservandis ac vivificandis nobis pater filium misit, ut reparare nos posset, quodque filius missus esse et hominis filius voluit, ut nos dei filios faceret. Humi-

*) Inscribitur hic liber in cod. A *de beneficiis divinis.*

I. 1) *Magna et multa* Ba. Ut legitur hic vulgo, ita inferius: *Multa haec sunt et magna divinae misericordiae munera.* Tum *kmi*, ut passim, Macd. Bab et Vindob. (vid. ad Donat. cap. I. not 1.), *ff dd* i. e. *fratres dilectissimi* Mb, *dilectissimi* etiam Ver. In seqq. *et operetur* Ba, *operatur* Bb et in ras. Mb. Dein *et* pro *ac* W et A c. ed. Dav. Proxime *filium suum* Mb itemque edd. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. improbante Baluzio. *Posset* in eodem libro Mon. correctum est e *possit*. Statim *filius dei* habet ed. Dav. Post *missus* Md et A om. *esse, missus est* dant Mb et Bb, *missus esset* Oxonienses, *filius missus dici se et hominis filium* exhibet Ver. Coniunctionem *et* om. Bab. Post *filius* Gravius et Oxonienses interposuerunt *dici*; *fieri* Baluzius et Routhius idque sine ullius codicis auctoritate. Rescripsi igitur lectionem veterum editionum iam probatam ab Erasmo, Manutio, Morellio, Pamelio, Rigaltio, Goldhornio et confirmatam codicibus W et Mac. Pro *voluit* legitur *venit*

liavit se, ut populum, qui prius iacebat, erigeret; vulneratus est, ut vulnera nostra curaret [2]); servivit, ut ad libertatem servientes extraheret; mori sustinuit, ut inmortalitatem mortalibus exhiberet. Multa haec sunt [3]) et magna divinae misericordiae munera. Sed adhuc qualis providentia illa et quanta clementia [4]) est, quod nobis salutari ratione prospicitur, ut homini, qui redemptus est, reservando plenius consulatur. Nam cum dominus adveniens sanasset illa, quae Adam portaverat [5]), vulnera et venena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano et praecepit, ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti gravius eveniret. Coartati [6]) eramus et in angustum innocentiae praescriptione conclusi. Nec haberet [7]) quid fragilitatis humanae infirmitas atque inbecillitas faceret, nisi iterum pietas divina subveniens iustitiae et miseri-

---

in Ba, *voluit esse* in Mb et A. Dein *ut et nos filios dei faceret* scribit Mb. *Filios dei* item exhibent edd. vett., quibuscum conspirant Erasm. et Grav. 2) Ita cum ed. Baluz. codices Ver. Benev. Neap. et mei ad unum omnes. Legebatur ante Baluzium *sanaret.* Ante *inmortalitatem* insertum *moriens* in edd. vett. et in Erasm. Grav. atque Morell. 3) *Multa sunt haec* Ba. 4) *clementia Christi* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Mor. Dein *que* (pro *quod*) et *providetur* Bb. Post *ut* A infercit *est.* Mox *reservato* Neap. et *plenius consilium detur* scribunt Bb et Vind. 5) *portasset* dant edd. vett. et Erasm. Male *venenata* Mb, tum *antiquae* Ma, *antiqui* Neap. et edd. Pamel. atque Oxon. Sed vid. Maurinorum adnot. ad Augustin. contr. duas epist. Pelagianorum IV. 8. §. 21. T. X. p. 480. E. Mox *ultro* Erasmus. Quod sequitur *iam* om. edd. vett. et Erasm. c. Morell. Pro *peccanti* Ma et Bb exhibent *peccati.* De re vid. Ioann. 5, 14. 6) *Coarctati* male Erasm. et Grav. Vid. *Wagner.* de orthograph. Vergil. p. 417. Deinde *in angustam — praescriptionem* Mb, *pro dampnatione* loco vocis *praescriptione* codd. Bb et Vindob. 7) *habere* perperam A, *habebat* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Tum *frugalitatis* Mb. Mox *ac* pro *atque* A. Dein *facere* et in seqq. *tenendae* pro *tuendae* idem liber. Proxime *con-*

cordiae operibus ostensis viam quandam tuendae salutis aperiret, ut sordes postmodum, quascumque contrahimus, eleemosynis abluamus. Loquitur in scripturis [8]) spiritus sanctus et dicit [9]): *Eleemosynis et fide delicta purgantur.* Non utique illa delicta, quae fuerant ante contracta; nam illa Christi sanguine et sanctificatione purgantur. Item denuo dicit [10]): *Sicut aqua* [11]) *exstinguit ignem, sic eleemosyna exstinguit peccatum.* Hic [12]) quoque ostenditur et probatur, quia sicut lavacro aquae salutaris gehennae ignis exstinguitur, ita eleemosynis atque operationibus iustis delictorum flamma sopitur.

II.

Et [1]) quia semel in baptismo remissa peccatorum datur, adsidua et iugis operatio baptismi instar imitata dei rursus

---

traximus, tum *abnuamus* ed. Dav. 8) Omittunt v. *divinis* codd. mei omnes et vett. edd. c. Erasm. Grav. Manut. et Morell. Cf. infra ad cap. XII. n. 4. et ad cap. XVII. n. 7. Idcirco expunxi. *In scriptura* habet A. 9) Tob. 4, 10 et Prov. 15, 27. 10) Ecclesiast. 3, 33. 11) Additur *inquit* in Mb. Pro *sic* Bb habet *ita.* Dein *peccatum extinguit* A, *extinguet* Mb. 12) *Hoc* A.. Idem liber *ostenditur et* om.; *lavachro* perperam habet exemplar Dav. Tum *gehenna* Ba, item A. Post *ita* Baluzius tacite inseruit *et*, quod soli agnoscunt Bab. Pro *atque* scribitur *et* in Ba. Dein *operibus* exhibent A et ed. Manut. Correxit vir doctus in Gotting. exemplari *operationibus.*

io

II. 1) *Ut* Bb. Tum *remissa* (*io* ab r. m. superscr.) Mc, *remissio* A, item edd. Manut. et Pamel. Utitur quidem Noster promiscue utraque forma (vid. Epist. 73. ad Iubaianum p. 131. 133—136. 137. 155), tamen h. l. retinendum fuit *remissa,* ut vir doct. in Gotting. Manut. ed. exemplari emendavit. Mox *dantur* male Ba. Pro *dei* Routhius coni. *deum.* Deinde *indulgentiam* in cod. Mb commutatum est cum *indulgentia.* Statim *largiatur* exhibent W. Mabd. Bab. A et a m. pr. Mc. Ita scripsit etiam vir doct. in Manutianae editionis exemplari, quod Gottingae asservatur. Sed muta-

indulgentiam largitur. Hoc et dominus in evangelio [2]) docet; nam cum denotarentur discipuli eius, quod ederent, nec prius manus abluissent, respondit et dixit [3]): *Qui fecit* [4]) *quod est intus, fecit et quod foris est; verum date eleemosynam, et ecce vobis munda omnia*, docens scilicet et ostendens non manus lavandas esse, sed pectus, et sordes intrinsecus potius, quam extrinsecus detrahendas; verum qui purgaverit quod est intus, eum quoque id, quod foris est, repurgasse et emundata mente cute quoque et corpore mundum esse coepisse. Porro autem [5]) monens et ostendens unde mundi et purgati esse possimus, addidit eleemosynas esse faciendas. Misericors monet [6]) misericordiam fieri; et quia servare quaerit quos magno redemit, post gratiam baptismi sordidatos docet denuo

---

tione non est opus. 2) Ita codd. omnes et ed. Morell., *in evang. domin.* edd. rell. Paulo post pro *abluissent* in cod. Ver. et in libris ante Manut. editis habetur *lavissent*. 3) Luc. 11, 40. 4) Additur *inquit* in Mb. Pro vulgat. *intus est* dedi *est intus* flagitantibus mss. omnibus. Concordant Testimonia III. 1. p. 303. Dein *et* om. A. Idem dat *fortis*. Proxime edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. habent *ecce munda sunt omnia vobis*, Test. l. c. *ecce vobis omnia sunt munda*, Mb scribit *omnia munda* omisso v. *sunt*. Male *docet* Ma et *manum lavandas* A. Paulo post pro *detrahendas* exstat *diluendas* in edd. vett., quibuscum faciunt Erasm. Grav. et Morell., *purgaverant* pr.ª legebatur in Mb. Tum *est foris* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Grav. Statim *expurgasse* scribit Bb et pro *emundata* Ba *purgata*. Vocc. *et corpore* adduntur post *coepisse* in libris ante Manut. editis. 5) *Porro autem dominus* habet exemplar Dav. Mox *possumus* A. 6) Ita codd. omnes et edd. Manut. ac Pamel., *docet ac monet* vett. edd. c. Erasm. Grav. Morell. et Oxon., *docet et monet* Baluz. Routh. Goldh. *Sed* pro *et* Bb et pro *quaerit* Ma *requirit*. Tum *magno redemit* codd. W. Ma. Bab. A et quinque ap. Oxonienses. Concinunt edd. Erasm. Grav. et Manut., *magno red. precio* dant vett. edd., *precio magno red.* Md c. ed. Morell, *magno precio red.* Pamel. Rigalt. Oxon., *magno pretio red.* Baluz. Routh.

posse purgari. Adgnoscamus [7]) itaque, fratres carissimi, divinae indulgentiae salubre munus et emundandis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo | conscientiae 238
vulnere esse non possumus, medelis spiritalibus vulnera nostra curemus.

III.

Nec [1]) quisquam sic sibi de puro atque inmaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse vulneribus, cum scriptum sit [2]): *Quis* [3]) *gloriabitur castum se habere cor, aut quis glo-*

Goldh. V. *pretio* post *magno* superscriptum est a r. m. in Mb, subscriptum post *redemit* in Mc. Unde satis apparet a glossatoris manu esse profectum. Cf. adnot. ad librum de habitu virginum p. 121. Dein *post gratiam baptismi* praestant codd. omnes et ed. Morell., *post bapt. grat.* legitur vulgo. 7) Ita W et Ma. Vid. quae adnotavi ad librum de mortalit. cap. I. n. 3. Laudat hunc locum S. *Augustinus* contr. duas epist. Pelag. IV. 10. §. 27. T. X. p. 485. E—486. A. Tum *kmi* Ma et Bab, *kami* Mc, *dd* i. e. *dilectissimi* (vid. supra ad cap. I. n. 1.) Mb, item *Augustinus*. Pro *munus salubre* ex codd. meis recepi *salubre munus*. Adiungit A *esse non possumus* intermediis omissis. Post *peccatis* ab al. m. superscriptum est *nostris* in Mb. Idem liber a m. pr. habebat *possimus*. Tum *medellis* reperitur in Ma eademque scriptura pr. fuit in Mbc. Vid. *Freund.* ad Cicer. Orat. pro Milon. p. 36 et *Wagner.* de Orthograph. Vergil. p. 467. v. *querella*. Cf. quae adnotavi ad librum de laps. p. 115. *Spiritualibus*, ut passim, exhibent Mc et A, *nostra* in Mc r. m. supra addidit.

III. 1) *Ne* W et Bb itemque *Augustinus* contra Iulian. Pelag. II. 8. § 25. T. c. p. 542. F. seq. Omittunt *sic* W. Mad et Ba; *pectore*, quod pro vulgato *corde* primus restituit Baluzius e viginti et duobus codicibus et sex Anglicis, exhibent etiam mei libri et Vaticani omnes. Verbum *blandiatur* post *sic sibi* inserunt editiones vett. et Erasm. c. Morell. Tum *fructus* pro *fretus* et *putat* scribitur in A, inverso ordine editiones vett. habent *esse adhibendam*. 2) *sit* deest in A. Vid. Prov. 20, 9. 3) Additur *inquit* in Mb;

riabitur mundum se esse a peccatis? et iterum in epistula sua Ioannes ponat et dicat [4]): *Si dixerimus* [5]) *quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est.* Si autem nemo esse sine peccato [6]) potest, et quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est divina clementia, quae, cum sciat non deesse sanatis quaedam postmodum vulnera, dedit curandis denuo sanandisque vulneribus remedia salutaria!

IV.

Numquam [1]) denique, fratres dilectissimi, admonitio divina cessavit et tacuit, quominus in scripturis sanctis

---

Bb om. *se*. Tum *mundus esse* dant W. Ma et Bb, *mundūſ ēē* (sic) Ba, *mundum* ^{se} *esse* (*se* ab r. m. superscr.) exstat in Mc. Dein *a* om. Ba. 4) 1. Ioann. 1, 8. 5) *dixerimus*, *inquit* Mb. Tum *nosmetipsos* edd. vett. et Erasm. Grav. atque Mor. moxque *non est in nobis* A. Quae vulgo adduntur: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est dominus, qui nobis peccata dimittat*, iure exterminavit Baluzius codicibus sedecim nixus, inprimis Seguieriano, sex Anglicis et testimonio S. Augustini in locis supra cit. Absunt eadem a Ver., meis omnibus et Affliginensi. 6) *sine peccato esse* A. Part. *et* r. m. superscripsit in Mc. Tum *et quis stultus est* mutile Bb. Pro *quisquis* ceteri codd. et editiones ante Remb. exhibent *quisque* errore sollemni. Dein *se inculpatum dixerit* praestant W. Mabcd. Ba et A editique ante Baluzium omnes. Is tacite scripsit *inculpatum se esse dix.*; *se inculpatum esse d.* habet Augustinus l. c. Statim *aut stultus aut superbus* exstat in Mbd, *quam necessaria* om. A. Proxima ita invertit Ba: *quam divina est et benigna clementia*. Ante Manut. legebatur *clementia divina*. Pro *sciat* perperam scribitur *facit* in A.

IV. 1) Ita codd., *nunquam* vulg. Tum *fratres carissimi* edd. vett., *fr. charissimi* perperam Erasm. Grav. et Mor. Deest *divina* in A. Post *cessavit* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. habent *nunquam tacuit*, Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. *nunquam et tacuit*,

tam veteribus, quam novis semper et ubique ad misericordiae opera dei populus provocaretur, et canente atque exhortante spiritu sancto quisquis ad spem regni caelestis instruitur, facere eleemosynas iuberetur. Mandat et praecipit [2]) Hesaiae deus [3]): *Exclama*, inquit, *in fortitudine et noli parcere, sicut tuba exalta vocem tuam, adnuntia* [4]) *plebi meae peccata ipsorum et domui Iacob facinora eorum.* Et cum peccata eis sua [5]) exprobrari praecepisset cumque eorum facinora pleno indignationis impetu protulisset dixissetque eos, nec si orationibus et precibus et ieiuniis uterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio et cinere volverentur, iram dei

---

Baluz. c. recentioribus *et tacuit* idque tuentur codd. omnes. Ante *scripturis* Bab praepositionem om., item vocc. seqq.: *tam veteribus, quam novis* W et Mabd. Mox *ad misericordiam dei* habet Ba, tum pro *canente* Bb *monente*, quod ex glossemate fluxit. Similiter in libro de mortalit. cap. I., ubi vid. not. 3., ante Baluzium pro *cecinit* legebatur *docuit*. Statim *et exhortante* scribitur in A, *exortante* in Mac et Bb, tum *quisque* in codd. omnibus veteribusque editis. Infra *iubetur* exhibent Md et exemplar Dav. Ita et Mc e *iubentur*. 2) Hoc verbum r. m. supplevit in Mc, *praecepit* dant Ma et Ba permutatione frequenti. Dein *Esaiae* W. Mab. Bab, *Ysaiae* Med. A et ed. Dav. 3) Hesai. 58, 1. 4) *et annuntia* vulg. Legitur quidem in Graeco *καί*. At codd. W et Mad et in Test. III. 1. p. 302 tam scripti, quam editi libri coniunctionem om. Eam idcirco delevi. *Adnuntia* praestant Ver. Neap. W. Mab et Test. l. c., ubi concinunt W et Mb; *et nuntia* habent edd. vett. et Manut. Quae lectio sane bona est (vid. ad librum de bono patient. cap. XIV. not. 7.); sed praeferenda fuit altera propter optimorum librorum auctoritatem. Pro *ipsorum* in A et in exemplaribus ante Manut. editis legitur *eorum*. Tum *domi* in Bb moxque *delicta eorum et facinora eorum* exhibet Mb. 5) *sua eis* A, *cepisset* Ba, *plene* A, *dixitque* idem liber. Proxime vocc. *et precibus* minut. litt. excudenda curavit Gravius isque ad mg. apposuit: „*Haec alias abundant.*“ Cf. cap. VI. c. init. Paulo post *in cilicio et in cinere*

posse lenire, in novissima tamen parte demonstrans solis eleemosynis deum posse placari, addidit dicens [6]): *Frange esurienti panem tuum et* [7]) *egenos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti* [8]), *et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, et vestimenta* [9]) *tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et claritas dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris, dicet* [10]): *Ecce adsum.*

---

scribit Mc, *et cinere* om. A, *in cinere et cilicio* (ita etiam Mb) *volutarentur* habet Ver., *revolverentur* Bb. Tum idem liber *domini* pro *dei* moxque *parte* om. In seqq *deum eleemosynis* dant libri ante Manut. typis descripti, *dominium placari* absque v. *posse* reperitur in A. 6) Hesai. 58, 7. 7) Partic. *et* defit in A. 8) *vesti enm* vulg. Omisi *eum* praeeuntibus codd Ver. et meis praeter A omnibus, quibuscum concordat ed. Morell., nec aliter legitur in Test. l. c. Cf. de domin. orat. cap. XXIV. Restitui deinde *despicies* e codd. W. Mabcd. Bab et vett. edd., quibuscum faciunt Manut. Mor. Pamel. Rigalt. et Oxon.; est enim in Graeco ὑπεροψει. *Non despicias*, quod receperunt Erasmus, Gravius, Baluzius, Routhius et Goldhornius, solus habet A. Cf. de domin. orat. l. c. et Test, quo loco posteriore lectionem *despicies* et mei libri et Italici omnes confirmant 9) Legitur ap. LXX.: καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ, ad quem locum *Hieronymus* adnotavit haec: „Τὰ ἰάματά σου, i. e. *sanitates tuae*, Latini interpretes ducti nominis similitudine ἱμάτια, id est, *vestimenta*, posuerunt, unde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis comprobandam hoc utuntur testimonio, quo scilicet vestimentum animae corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur.“ Habet iam *Tertullianus* de resurrectione carnis cap. XXVII : *Tunc lumen tuum temporaneum erumpet et vestimenta tua citius orientur.* Ita Noster etiam de domin. orat. et in Test. locis citt. Cf. *Sabatier.* Male *oriuntur* W, ut paulo ante *erumpit* Ba. Post *iustitia* Mb addit *tua.* . Deinde *circumdabit* perperam ed. Oxon. Vid. *Wagner.* l. c. p. 453. litt. M. 10) *dicit* Ver. Non sic idem liber in Test.; *dicet tibi* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *assum* Dav.

V.

Remedia propitiando deo [1]) ipsius dei verbis data sunt, quid deberent facere peccantes magisteria divina docuerunt, operationibus iustis deo satisfieri, misericordiae meritis peccata purgari. Et apud Salomonem [2]) legimus: *Conclude* [3]) *eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo.* Et iterum [4]): *Qui obturat* [5]) *aures, ne audiat inbecillum, et ipse invocabit deum, et non erit qui exaudiat eum.* Neque enim mereri dei misericordiam [6]) poterit qui misericors ipse non fuerit, aut inpetrabit de divina pietate aliquid in precibus qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item [7]) in psalmis spiritus sanctus declarat et probat dicens [8]): *Beatus qui intellegit super egenum* [9]) *et pauperem, in*

V. 1) *deo* om. A, *domino* scribunt Bab. Ita iidem libri cum A in sequentibus. Tum *satis fieri* W. Mb et Bab, mox *purgare* A. 2) *Solomonem* Mb. Vid. Ecclesiastic. 29, 12. 3) Additur *inquit* in ed. Dav. Statim *in sinu pauperis* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Mor. (ἐν τοῖς ταμείοις σου in Graeco est). Tum pro *haec* vett. edd. et Erasm. *hic*, quod typothetarum incuria ex *hec* (ita A et exemplar Dav.) enatum est. Dein *pro te orabit* Md et vulg. Test. III. 1. p. 303, ubi codd. Mbc et Bab exhibent *pro te exorabit*; in cod. A scribitur *orabit pro te,* in Mb *exoravit,* in W autem et Ma *exorabunt.* Pro *ab omni malo* (ἐκ πάσης κακώσεως) cod. Ver. dat *in die malo,* non sic in Test. l. c. 4) Additur *dicit* in A. Vid. Prov. 21, 13. 5) *opturat* Mc. Non male. Vid. *Wagner.* l. c. p. 413 sq. W. Mabd et Bb *obdurat*, A *obtinuit.* Tum *exaudiat* Mbd, *inbecillem* per ras. (pr. *inbecillum*) — *invocavit* Mb, *dominum* pro *deum* Bb et A veteresque edd. c. Erasm. Grav. atque Mor. Deinde *exaudiet* Bb. 6) Ita W. Mabc. Bb. A, *promereri dei mis.* Ba et Md, *prom. domini mis.* Morell., *prom. mis. domini* edd. rell. Mox *impetravit* pr., a corr. m. *impetrabit* Mb. Ante *precibus* praepositionem om. ed. Dav. 7) *idem* Bb et A. Post h. v. in Mb erasum est *enim.* Tum *approbat* Md. 8) Psalm. 40, 1. 9) *egentem* Ver.

die malo liberabit eum dominus. Quorum praeceptorum [10]) memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor adverso somnio territus aestuaret, avertendis malis ad divinam opem inpetrandam remedium dedit dicens [11]): *Propterea, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime et iniustitias tuas* [12]) *miserationibus pauperum, et erit deus parcens peccatis tuis.* Cui rex non obtemperans adversa, quae viderat, et infesta perpessus est, quae evadere et vitare [13]) potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset.

W. Mad. Ba et in Test. l. c. Mc. Statim *in die malo* pro *in die mala* Ver. Neap. W. Macd. Ba et A. Sic etiam Test. concordantibus libris Italicis omnibus et Mbc. Tum *liberavit,* ut versio antiqua, Bb, pr. W et Mb permutatione frequentissima. Dein *illum deus* Ver. W. Macd et Bb (*deus* etiam Ba), nec aliter Mbc et Italici omnes in Test., ubi W *illum dominus*, Ba *eum dominus*. Legitur in Graeco: ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος. 10) *peccatorum* Bb; W et Ba *Danihel*; Ma *Nabochodonosor*, W *Nabocodonosor*, A *Nabugodonosor*, Mc *Naubochodonosor*. Tum *adversus somnium* Mb, *sompnio* A et ed. Dav. Pro *aestuaret* Bb *turbaretur*. Dein *pro avertendis malis ac divina ope impetranda* edd. vett. c. Grav. et Morell., *pro avertendis malis ad divinam opem impetrandam* Manut. Pamel. et posteriores, *pro avertendis malis ac mitigandis divina ope impetranda* Erasm. Sed *pro* om. codd. Ver. Neap. W. Mabd. Bab. A. Tum *de divina ope impetranda* scribit Ver., *ac divina ope inpetranda* exhibent Mabd et Bb, *ac divina ope impetr.* W et Ba, *de advertendis malis ac divina ope impetr.* dat Mc, *ad divinam opem impetrandam* A. Post *dedit* omnia desunt usque ad *deus* in A. 11) Daniel. 4, 24. 12) *tuas* omissum in Ma, superscriptum ab al. m. in Mb. Mox *parcens* A et e corr. Mc veteresque edd. c. Erasm. Grav. Morell. et Baluz., *patiens* rell. scripti et editi. Exstat in Graeco ἴσως ἔξαι μακρόθυμος. 13) *vitare et evadere* A.

VI.

Raphael [1]) quoque angelus paria testatur, et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat, hortatur dicens [2]): *Bona est* [3]) *oratio cum ieiunio et eleemosyna, quia eleemosyna a morte liberat et ipsa purgat peccata.* Ostendit [4]) orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuventur, deprecationes solas parum ad inpetrandum valere, nisi factorum et operum accessione | satientur. 239
Revelat angelus et manifestat [5]) et firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis vitam de periculis redimi, eleemosynis a morte animas liberari.

VII.

Nec sic, fratres carissimi, ista proferimus, ut non quod Raphael angelus dixit veritatis testimonio comprobemus. In actibus [1]) apostolorum facti fides posita est,

---

VI. 1) *Raphahel* W. Ma et Ba h. l. et cap. seq. init. Ante *paria* (*aequalia* scribit Bb) in Neap. insertum est *Tobiae.* Tum *et* omissum in Mb et Bb, supra additum a r. m. in Mc. Dein *largienter* et *ortatur* Bb. 2) Tob. 12, 8. 3) Additur *inquit* in Mb. Idem habet *et elymosinis*, Ma *et aelymosinis adiuventur* intermediis omissis; *quia* deest in Mc. Deinde *purgat a peccatis* dat Ver., non *purgat peccatis*, ut legitur ap. Rigalt. 4) *Ostende* A. Paulo post *adiuvetur* idem liber. In seqq. *operum augmento accessione socientur* (sic) Bb, *socientur* habet etiam Vat. 1.; lectionem autem *satientur* confirmant Ver. Neap. Mabcd. Ba et viginti Baluziani. Male *adiuventur* est in A et ed. Manut. 5) *angelus* in cod. A ponitur post *manifestat*, *fructuosas* pro *efficaces* scribit Bb, *de periculo* reperitur in edd. vett. itemque in Erasm. et Mor., tum *redemi* in A. Deinde meliore verborum ordine codd. et edd. Manut. Pam. atque Oxon. habent *a morte animas liberari* pro *animas a morte liberari*, ut legitur in ceteris editis.

VII. 1) *Sic in actibus* edd. vett. (excepta Dav.) c. Erasm.

et quod eleemosynis non tantum a secunda, sed a prima morte animae liberentur, gestae et inpletae rei probatione conpertum est. Tabitha [2]) operationibus iustis et eleemosynis praestandis plurimum dedita cum infirmata esset et mortua, ad cadaver exanime Petrus accitus est. Qui cum inpigre [3]) pro apostolica humanitate venisset, circumsteterunt eum viduae flentes et rogantes, pallia et tunicas et omnia illa, quae prius sumpserant, indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis vocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus inpetrari [4]) posse quod sic petebatur, nec defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus, quando esset in viduis ipse vestitus. Cum itaque genibus nixus [5]) orasset et viduarum ac pauperum idoneus advocatus legatas sibi preces ad dominum pertulisset, conversus ad corpus, quod in tabula iam lotum

---

Grav. et Morell.; in Grav. autem vocula *sic* minutioribus typis expressa est; *in actis* exhibent W. Mabcd et exemplar Manut., *actibus* in A mutilatum in *actus*. Idem liber male scribit *non eleemosynis tantum*, item *sequenda* pro *secunda* Bb, *a secunda* om. A. Dein particulam *et*, quam post *sed* inferunt codd. Mabd. Bb et ed. Morell., ceteri libri scripti et editi merito omittunt. Vid. ad domin. orat. cap. VII. not. 2. Statim A *liberantur animae*, Mad *liberarentur*. 2) *Thabita* et hic et infra Mb, *Thabitha* Ma, *Tabita* Ba. Mcd. A veteresque edd. c. Erasm. Vid. Act. 9, 36. Mox *adsueta dedita* (sic) Bb. Abest praepositio ante *cadaver* ab A. Pro *accitus* Bb habet *evocatus*. 3) *festine* Bb. Proxime *eum* a sec. m. supra additum in Mb. Tum *palea* (*l* a r. m. superscr.) W, *paleae* Ma. Dein *sumpserat* Ba. Idem liber *monstrassent*. Statim *ne* pro *nec* A, *ipsis* pro *ipsius* Bb. 4) *impetrare* Bb, *inpetrari* Mb, *posse impetrari* A. Proxime *diffidit futurum* Md, *defecturum* A. 5) *fisus* Bb, *nixis* Ver. Ante *viduarum* coniunctionis particulam om. edd. Rigalt. Oxon. et Balnz. Tum *et pauperum* scribit A, pro *legatas* (*delegatas* est in ed. Dav.) Bb *commissas*, dein Mc *ad deum* itemque edd. vett. c. Erasm. et Grav., *latum* pro *lotum* Bb, *locatum*

iacebat, *Tabitha*, inquit [6]), *exsurge in nomine Iesu Christi* [7]); nec defuit Petro quo minus statim ferret auxilium [8]), qui in evangelio dari dixerat quidquid fuisset eius nomine postulatum. Mors itaque suspenditur, et spiritus [9]) redditur, et mirantibus ac stupentibus cunctis ad hanc mundi denuo lucem redivivum corpus animatur. Tantum potuerunt misericordiae merita, tantum opera iusta valuerunt. Quae laborantibus viduis largita fuerat [10]) subsidia vivendi meruit ad vitam viduarum petitione revocari.

VIII.

Itaque in evangelio dominus [1]), doctor vitae nostrae et magister salutis aeternae, vivificans credentium populum et vivificatis consulens in aeternum, inter sua mandata divina et praecepta caelestia nihil crebrius mandat et praecipit, quam ut insistamus eleemosynis dandis, nec terrenis possessionibus incubemus, sed caelestes thesauros

---

Mc, *iacebat locum* A. Statim *Dabitha* exhibent W et Md, *Tabita* Ba. A et veteres edd. c. Erasm. 6) Act. 9, 40. 7) *Christi Iesu* Bb. 8) H. l. Bb infercit *Christus scilicet.* Post *evangelio* in Vat. 1. et A insertum *suo.* Vid. Ioann. 14, 13. Recte *quidquid* pro *quicquid* W. Mabd. Manut. Pamel. et Goldh. Statim *in ei*[9] *nomine* (*in* et *9* a r. m. superscriptis) Ma, *in eius nomine* Md. 9) $\overline{\chi p \int}$ pro $\overline{\int p \int}$ Ma. De qua permutatione dixi ad librum de mortalit. cap. V. not. 4. Tum *ac mirantibus et stupentibus omnibus* A, *et mirantibus cunctis ac stupentibus* Md. In Neap. 3. deest *mundi*, item *animatur* in A. 10) *fuerit* A.

VIII. 1) *dominus in evangelio* Mb et Bb. In seqq. voc. *divina* om ed. Dav. Alio ordine *divina mandata* exhibent ceterae edd. vett. et Erasm. c. Grav. Mox *praecepit* Mbd et a m. pr. W. Deinde *incubemus* (*a* superscripto ab r. m.) Mc, *incubamus* Neap. 2., *incumbamus* Md, item Erasm. et Grav., *incumbemus* A una cum

potius recondamus: *Vendite,* inquit [2]), *res vestras et date eleemosynam.* Et iterum [3]): *Nolite vobis condere thesauros* [4]) *super terram, ubi tinea et comestura exterminat, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate* [5]) *autem vobis thesauros in caelo, ubi neque tinea, neque comestura exterminat, et ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi enim fuerit thesaurus* [6]) *tuus, illic erit et cor tuum.* Et cum observata lege perfectum [7]) et consummatum vellet ostendere: *Si vis,* inquit [8]), *perfectus esse, vade et vende omnia tua et da egenis* [9]), *et habebis thesaurum in caelo, et veni, sequere me.* Item alio loco [10]) negotiatorem caelestis gratiae et conparatorem salutis aeternae distractis omnibus rebus suis pretiosam margaritam, hoc est vitam aeternam Christi

---

edd. Dav. Kunn. et Remb., statim *thessauros* a m. pr., a s. *thensauros* W, *thezauros* Md. 2) Luc. 12, 33. 3) Matth. 6, 19. 4) *thesauros condere* edd. vett. et Erasm. Vocc. *super terram* in Mc r. m. addidit. Dein *tinia* Ba, *demolitur* pro *et comestura* Bb, *exterminant* Ver. probante Rigalt., et ita tacite Oxonienses. Quod sequitur *et* (A male scribit *sed*) in Ba omissum, in W a corr. m. additum. Post *fures* A statim ex sequentibus adiungit *non effodiunt, nec furantur.* In Md exciderunt verba: *Nolite vobis condere thesauros — — — et furantur.* 5) *Thesaurisate* Md, *thesaurizate* — *thesauros* (ex mutat. r. m.) W. *Autem* om. idem liber, Bb et Md. Mox *tinia* (pr. *tinea*) scribit Ba, *neque erugo, neque comestura* (*tinea* ab al. m. supra addito) Mb. Vocc. *nec furantur* om. W. Mac et Bb, *et furantur* habent Mb et Ba. 6) *thesaurus* (pr. *thes.*) W; *illic* pro *ibi* recepi ex codd. Ver. W. Mabcd et Bab. Concinit *Tertullian.* ad martyr. cap. II. fin. Dein *et* om. Mb. 7) *profectum* A. Tum *volet* Bb. 8) Matth. 19, 21. 9) *pauperibus* Mb veteresque edd. c. Erasm. et Morell. Mox *in caelis* A. Idem liber *et sequere.* 10) *in alio loco* Bab, *alio in loco* A, *alio in loco* (*in* a corr. m.

cruore pretiosam de quantitate patrimonii sui dicit debere mercari. *Simile est,* inquit [11]), *regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Ubi* [12]) *autem invenit pretiosam margaritam, abiit et vendidit omnia, quae habuit, et emit illam.* Eos denique et Abrahae [13]) filios dicit, quos in iuvandis alendisque pauperibus operarios cernit. Nam cum Zacchaeus [14]) dixisset: *Ecce dimidium ex substantia mea do egenis et si cui* [15]) *quid fraudavi, quadruplum reddo,* respondit Iesus: *Quia salus hodie* [16]) *domui huic facta est, quoniam et hic filius est Abrahae.* Nam si [17]) Abraham credidit deo, et deputatum est ei ad iustitiam, utique qui secundum praeceptum dei

---

superscripto) Mb. In clausula *dicit debet* (sic) Bb. 11) *inquit* in Ba omissum ab al. m. habet Mb. Vid. Matth. 13, 45. Voc. *caelorum* r. m. ad mg. addidit in Mc. Tum *negotianti* scribunt W. Mbc. Ba et A et *bonam margaritam* Mbc et Ba. 12) *Alibi* Bb. Mox *habiit* Ma et pr. Bb. Pro *quae* in edd. vett. et Erasm. Grav. ac Morell. legitur modo *quaecunque*, modo *quaecumque*. Sed haec lectio iure suspecta fuit Gravio, quia syllabas *cunque* minutioribus typis exprimendas curavit. Deinde *eam* pro *illam* dant exemplaria vett. et Erasm.; neutrum habet Ma. 13) *Habrahae* W. Ma et Bb, *Habrae* Mc. Statim A (*in* omisso) scribit *adiuvandis*, Bb *in adiuv. alienisque.* 14) *Zaccheus* Mb, *Zacheus* W. Macd. Bab. A veteresque edd., *Zachaeus* Erasm. et posteriores omnes excepto Morellio. Vid. Luc. 19, 8. 15) *cui* om. Bb. Tum *aliquid fraudavi, reddo quadruplum* exhibet Mb. Quod post *Iesus* vulgo additur *et dixit,* codd. omnes et ed. Manut. merito omittunt; est enim nil nisi inutile glossatoris additamentum. 16) *hodie* in A deest. Pro vulg. *huic domui* scripsi *domui huic* cum codd. meis, excepto tamen Md, in quo est *domui huic hodie.* Verba: *facta est — — hic filius* om. A, *est filius* habet Bb, *filius sit* Mc, *Habrahae* Ma, *Habrae* Mc. 17) *Nam et si* A. Tum *Habraham* Ma, *Habraam* Mc. Pro *deo* Ba et A *domino,* inverso ordine *et ei deputatum est* A, *reputatum* Bb veteresque edd. c. Erasm. et Morell., *putatum* a m. pr., a s. re*putatum* Mc. Vid. Gen. 15, 6. Deinde *praecepta* A, *domini* pro *dei* W, *eleemo-*

eleemosynas facit, deo credit, et qui habet fidei veritatem, servat dei timorem; qui autem dei timorem servat, in miserationibus pauperum deum cogitat. Operatur enim ideo [18]), quia credit, | quia scit vera esse quae praedicta 240
sunt verbis dei, nec scripturam sanctam posse mentiri arbores infructuosas, id est steriles homines, excidi et in ignem mitti, misericordes ad regnum vocari. Qui [19]) et alio in loco operarios et fructuosos fideles appellat, infructuosis vero et sterilibus fidem derogat dicens [20]): *Si in iniusto mamona* [21]) *fideles non fuistis, quod est verum quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod est* [22]) *vestrum quis dabit vobis?*

---

synam Mb, item edd. vett. et Erasm., *faciat* A, *domino* Ba et A. Mox *servat domini timorem* Bb et A. Deinde *timorem dei servat* Mac et Bab. 18) *deo* pro *ideo* Bb, *quod credit* Ma. In seqq. *scripturam sacram* edd. vett. et Erasm. Vid. Matth. 3, 10 et 5, 7. Praepositionem ante *ignem* omissam in Mb r. m. supplevit. Post *misericordes* exterminavi *autem*, quod iam Gravio suspectum fuerat, et a libris Ver. et meis omnibus abest. Praestat asyndeton. Post *regnum* A interserit *caelorum*. 19) *Quia* edd. vett. c. Erasm. et Morell. Tum *in alio loco* Bb. Idem liber *adpellat*. Sed praeferenda altera scriptura. Vid. *Wagner*. l. c. p. 408. Deinde *infructuosos* A, *et sterilibus* om. W et Ma. 20) Luc. 16, 11. 21) *in iniusto* (*in* ab al. m. supra addito) Mb, *in iusto* Ba et Mc. Tum *mamona*, simplici *m*, W. Bab et Mc, item edd. vett. c. Erasm. et Morell., *mammona* Mbd et Grav. Manut. Pamel. et recentiores, *mammonae* Ma, *mammone* A. De voc. *mamona* vid. quem laudat Baluzius, *Cael. Calcagnin.* Lib. I. epist. 39. p. 13 infr. et sq. ed. Basil. Verba: *fideles non fuistis* — — *Et si in alieno* desiderantur in A. Dein *quod vestrum est* pro *quod est verum* (*vestrum* habet Dav.) et *dabit* pro *credet* scribit Mb, *credit* Bb, *crederet* legitur in ed. Manut. Correxit vir doct. in Gottingensi exemplari. 22) *quod est* om. Ver. W. Mabcd. Ba et A, *verum*, in mg. ab r. m. *vrum* Mc. Totum hoc colon deest in Bb.

IX.

Sed [1]) vereris et metuis ne, si operari plurimum coeperis, patrimonio tuo larga operatione finito ad paenuriam forte redigaris. Esto in hac parte intrepidus, esto securus; finiri non potest unde in usus [2]) Christi inpenditur, unde opus caeleste celebratur. Nec hoc tibi de meo [3]) spondeo, sed de sanctarum scripturarum fide et divinae pollicitationis auctoritate promitto. Loquitur per Salomonem [4]) spiritus sanctus et dicit [5]): *Qui dat* [6]) *pauperibus, numquam egebit; qui autem avertit oculum suum, in magna paenuria erit,* ostendens misericordes atque operantes egere non posse, magis parcos et steriles ad inopiam postmodum devenire. Item beatus apostolus Paulus dominicae inspirationis gratia plenus [7]): *Qui administrat,* inquit [8]), *semen seminanti et panem ad edendum praestabit et multiplicabit seminationem vestram et augebit incrementa* [9]) *frugum iustitiae vestrae, ut in omnibus locupletemini.* Et iterum [10]): *Administratio*

IX. 1) Ita codd. omnes editionesque Grav. et Oxon. c. Routh., *si* edd. rell. Pro *ne, si* Mb et Ba *nisi*. Tum *caeteris* pro *coeperis* Bb, *tuo* in Ba deest, *paenuriam* scripsi cum codd. W. Mb et Ba (vid. *Sillig.* Praef. ad Plin. natur. hist. Tom. I. p. LXXI.), *poenuriam* habet Ma, *penuriam* legitur vulgo. Conf. infr. not. 6. et cap. XVI. not. 3. 2) *in unum* Bb. 3) *de me* Mb. Deinde *singularum scripturarum* W, *sacrarum script.* Mc, *script. sanctarum* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Ante v. *fide* cod. A infercit *auctoritatibus* et post *copulam* Mad repetunt praeposit. *de*. 4) *Solomonem* Mb. 5) Prov. 28, 27. 6) *dat, inquit* Mb. Proxime *oculos suos* edd. vett. c. Erasm Grav. et Manut. Rursus *paenuria* W. Mb et Ba, *penuria* ceteri libri scripti et editi. Tum *ostendit* A, dein *misericors* Bb et pr. Mc. Mox *ad* (pro *et*) *steriles* A. 7) Additur *dicens* in A. 8) 2. Cor. 9, 10. 9) *incrementum* Bb. 10) *iterum dicit* Mb. Vid. 2. Cor. 9, 12.

huius officii non tantum supplebit [11]) *ea, quae sanctis desunt, sed abundabit per multam gratiarum actionem in deum.* Quoniam [12]) dum gratiarum actio ad deum pro eleemosynis atque operationibus nostris pauperum oratione dirigitur, census operantis dei retributione cumulatur.

X.

Et dominus in evangelio iam tunc eiusmodi [1]) hominum corda considerans et perfidis atque incredulis praescia voce denuntians contestatur et dicit [2]): *Nolite cogitare dicentes: Quid edemus aut quid bibemus aut quid* [3]) *vestiemur? haec enim nationes quaerunt* [4]). *Scit autem* [5]) *pater vester quia horum omnium indigetis. Quaerite* [6]) *primo regnum et iustitiam dei, et omnia*

---

11) *supplet* Mb, *implebit* W. Tum *desunt sanctis* Mb. Quod post *sed* vulg. additur *et* omisi praeeuntibus libris Mad. Vid. ad librum de dominic. orat. cap. VII. not. 2. Dein *habundabit* scribitur in W. Ba et Mcd (nec discrepat ed. Dav.), *habundare faciet* in A. Statim *per multarum* (*multa* Ma) *gratiarum actionem* dat Mb h. l. et in Test. III. 1. p. 304, *per multas gr. actiones* exhibent A et edd. vett. c. Erasm. Grav. et Mor., *in dominum* iidem libri editi excepto Morell., *in domino* Ver. Bb et A. 12) *Qui* (fort. *quia*) A, pro *dum* Mb *cum*. Mox *ad dominum* Bb. Deinde *pro operationibus* Mb, *orationibus* Ba et vett. edd. c. Erasm. atque Morell. Infra *tributione* habet ed. Manut. Correxit *retributione* vir doct. in Gottingensi exemplari.

X. 1) *huiusmodi* A. Tum *hominem* Ba et in seqq. *denunciantis* A. 2) Matth. 6, 31. 3) *quid* om. Bb. Vid. ad domin. orat. cap. XV. not. 9. 4) Ita et in Test. III. 11. p. 307, ubi ed. Baluz. habet *inquirunt*, codd. W. Mbc et Ba. 5) *enim* Ba. Cf. ad domin. orat. l. c. Pro *omnium horum* scripsi *horum omnium* (τούτων ἁπάντων est in Graeco), ut legitur de domin. oratione et in Test. l. c., c. codd. meis omnibus. 6) Additur *enim* in A. *Primo* (vulg. *primum*) recepi ex codd. W. Mb. Ba. A. Ita exhibent etiam in Test. Mbc et Ba. Cf. ad domin. orat. l. c. Deinde *regnum et*

ista adponentur vobis. Eis [7]) omnia adponi dicit et tradi, qui regnum et iustitiam dei quaerunt. Eos enim dominus, cum iudicii dies venerit, ad percipiendum regnum [8]) dicit admitti, qui fuerint in ecclesia eius operati. Metuis ne patrimonium tuum forte [9]) deficiat, si operari ex eo largiter coeperis, et nescis miser, quia, dum times ne res familiaris deficiat, vita ipsa et salus deficit, et dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis, non respicis quod ipse minuaris, amator magis mamonae, quam animae tuae, ut dum times ne pro te patrimonium perdas, id agis, ut

---

iustitiam dei pro vulgat. *regnum dei et iustitiam eius* praebuerunt codd. W. Mab et Bb, in quo est *domini* permutatione frequentissima. Concinunt in Test. W. Mbc et Ba, nec non de domin. orat. codd. fere omnes et complures libri editi. In Manutiano quoque, ubi desunt vocc. *et iustitiam eius*, vir doct. *et iustitiam* post *regnum* addidit. Ceterum verborum ordinem a me receptum confirmant etiam Nostri verba seqq.: *qui regnum et iustitiam dei quaerunt.* Statim *haec omnia* (ταῦτα πάντα) habent edd. vett. et Erasm. c. Morell. Tum *adponentur* W. Ma. Bb (item in Test. W et Ba), *apponentur* vulgo, *apponuntur* Ba. 7) *Hiis* Md, *et si* Ma et A. Dein *adponi* (pro *apponi*) W. Ma et Bab. Post *qui* in A male repetitur *tradi.* 8) Ba addit *dei.* 9) *forte* om. A et ed. Manut.; in Grav. hoc vocabulum post *ne* insertum est. Tum *operari ex eodem* scribit Mb. Paulo post *forte deficiat* exstat in edd. vett. et in Erasm. atque Grav., in qua posteriore adv. *forte* minutioribus typis excusum habetur. Verba proxima: *vita ipsa et salus deficit et,* desunt in A. Deinde *minui* (pr. *minuatur*) Bb. Statim *adtendis* W. Ma et Bab. Perperam *que* (i. e. *quae*) *ipse minuaris* A, *ipse* ex corr. superscriptum in W. Tum *mamonae* W et pr. Mb consentiente exemplari Morell., *mamone* Mc, *mammonae* Ma et a s. m. Mb, item Bab et edd. Erasm. Grav. Manut. Pamel. ac posteriores, *mammone* Md. A. Vid. ad cap. VIII. not. 21. *Tuum,* quod vulgati libri addunt post *patrimonium*, omisi praeeuntibus codicibus Ver. W. Mabc. Bab. A. Deinde ex Ver. recepi verba *id agis, ut* probata iam a Rigaltio; *ipse patrimonio pereas* habet Bb. *Tuo* post *patrimonio* abest etiam a Ver. W et Mabcd. Quare expunxi.

ipse pro patrimonio pereas. Et [10]) ideo bene apostolus clamat et dicit [11]): *Nihil* [12]) *intulimus in hunc mundum, verum nec auferre possumus. Habentes itaque* [13]) *exhibitionem et tegumentum, his contenti simus. Qui autem* [14]) *volunt dirites fieri, incidunt in temptationem et muscipulam et desideria multa et nocentia, quae mergunt hominem in perditionem et interitum. Radix enim* [15]) *omnium malorum est cupiditas, quam quidam adpetentes naufragaverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.*

---

10) *Et* om. A. Pro *bene* in Mb scribitur *beatus*. 11) 1. Timoth. 6, 7. 12) *Nihil, inquit* Mb. Ante *possumus* (*possimus* habet Mb. Idem liber et Mc in Test. scribunt *possimus*) omittitur *quid* a codd. W. Mabc. Bab. A et ab edd. vett., quibuscum faciunt Erasm. et Manut. (cf. de domin. orat. cap. XIV. not. 10.). Legitur id quidem vulg. in Test., sed abest hoc quoque loco a codd. W. Mbc et Ba. Quapropter delendum censui. 13) *autem* edd. vett. c. Erasm. et Grav., item utraque versio Lat.; est enim in Graeco δέ. Deinde *simus* e *sumus* (ita Mc et pr. Mb in Test.) correctum est in Mab. 14) *Nam qui* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Mor. Post *temptationem* Mb interserit *et laqueum*. Tum *et in muscipulas et in desideria multa et nociva — — et in interitum* exhibent edd. SP. Venet. Kunn. Remb. et Erasm. c. Grav. In Dav. post *in muscipulas* usque ad vocc. *et in interitum* omnia desunt, *et muscipulas et desideria* scribunt W et Macd, *et in muscipulam et desid. — nocentia* dederunt Manut. Pamel. et recentiores, a quibus Morellius eo tantum discrepat, quod ex edd. praecedentibus retinuit *nociva*. Contra *et muscipula* habent Bab et in Test. W et Ba. Verissima autem est scriptura: *et muscipulam et desideria*. Ita legitur et de laps. cap. X. p. 74. ed. Tubingens., de domin. orat. cap. XIV. et in Test. Post *nocentia* male repetitur *multa* in A. Praepositionem *in* ante *interitum* rite om. Ver. Bab et Mc. 15) Deest *enim* in Mb. Tum *cupiditas est* legebatur ante Manut. Pro *quam* in Md est *quod*. Dein *adpetentes* pro *appetentes* recepi ex codd. W. Mb et Bab eodemque modo scribunt in Test. W. Mb et Ba. Cf. de domin. orat. cap. cit. not. 13. Perperam A habet *naufregerunt*, tum *inserunt* Ma.

XI.

Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter coeperis. Quando enim factum est, ut iusto possent [1]) deesse subsidia, cum scriptum sit [2]): *Non occidet* [3]) *fame dominus animam iustam?* Helias [4]) in solitudine corvis ministrantibus pascitur et Danieli in lacu ad leonum praedam iussu regis incluso prandium divinitus apparatur; et tu metuis ne operanti et dominum promerenti desit alimentum, quando ipse in evangelio ad exprobrationem eorum, quibus mens dubia est et fides | parva, contestetur et dicat [5]): *Aspicite* [6]) *volatilia caeli,* 241 *quoniam non seminant, neque metunt, neque colligunt in horrea, et pater vester caelestis alit illa. Nonne vos* [7]) *pluris estis illis?* Volucres deus pascit, et passe-

---

XI. 1) *possint* Mb. Ba et pr. W, *posset deesse substantia* Ver. probante Rigaltio, *possit deesse substantia* cod. S. Albini ap. Baluz. Voc. *vitae* additum in ed. Manutiana et a Pamelio, Rigaltio, Oxoniensibus ac Baluzio non addubitatum codd. Ver. et mei omnes excepto A omittunt, idque iure exterminarunt Routhius et Goldhornius. 2) Prov. 10, 3. 3) *occidit* A. Tum *dominus fame* Bab, *anima iusta* Ba. 4) *Haelias* Ma. Statim *in fugae solitudine* Ver. De re vid. 3. Reg. 17, 6. Proxime *Daniheli* Ba, *Danihel* Ma, *Daniel* a m. pr., a sec. *Daniele* Mb. Tum *in lacu leonum praeda* Ver., *in lacu leonum ad predam* A, *in lacum* W. Mad et Ba, *ad* supra adiectum in Ma, omissum in Mb. In hoc libro *praedam* per ras. mutatum est in *praeda*. Vocc. seqq.: *iussu regis incluso* desunt in A. De re vid. Dan. 14, 30 seqq. Tum *adparatur* scribit Ba. Sed vid. *Wagner*. l. c. p. 408. Post *operanti* recte abest *tibi*, quod invexit Pamelius, a codd. meis omnibus. Tum *deum* pro *dominum* exhibent edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Post *evangelio* Ba addit *suo*. Mox *fides prava* scribitur in A. 5) Matth. 6, 26. 6) *Aspice* Bb, *adspicite* ed. Grav. Sed vid. *Wagner*. l. c. p. 408. In seqq. post *pater* excidit *vester* in A. 7) *vos* om. A. Tum

ribus alimenta diurna [8]) praestantur; et quibus nullus divinae rei sensus est, eis nec potus, nec cibus deest. Tu Christiano [9]), tu dei servo, tu operibus bonis dedito, tu domino suo caro aliquid existimas defuturum? Nisi si [10]) putas quia qui Christum pascit, a Christo ipse non pascitur, aut eis terrena deerunt, quibus caelestia et divina tribuuntur.

XII.

Unde haec incredula cogitatio, unde [1]) impia et sacrilega ista meditatio? Quid facit in domo fidei perfidum pectus? Quid qui [2]) Christo omnino non credit, appellatur et dicitur Christianus? Pharisaei tibi magis [3]) congruit nomen. Nam cum dominus [4]) in evangelio de eleemosynis disputaret, et ut nobis amicos de terrestribus lucris provida operatione faceremus, qui nos postmodum in tabernacula aeterna susciperent, fideliter ac salubriter

---

plures dant Ma. Ba et A, *plures* habet Mb. Pro *illis estis* cum codd. Mabd et Bab scripsi *estis illis*. Ita e corr. legitur etiam in W, nec discrepant edd. vett., Erasm. Grav. atque Morell. 8) *divina* A. Deinde *nullis* Bb. Mox inverso ordine *nec cibus*, *nec potus* Ba. 9) *Tu Christiano* om. A, sequens *tu* Mb. Statim *bonis operibus* habet A. Tum *caro* a m. pr., ab rec. *carif* Mb, *putas* pro *existimas* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *defecturum* A, *defuturis* Bb. 10) *An si* A, *nisi putas* (om. *si*) ed. Dav., *si* minutioribus typis excusum in Grav.

XII. 1) *et unde* edd. vett., item Erasm. Grav. et Mor. 2) *qui* in Ba omissum Ma in mg. supplet. 3) *magis tibi* Ba, *tibi congruit magis* A. 4) *domino* perperam A, *dominus* pr. aberat a Mc. Tum *disputaret de eleemosynis* habet Mb. Dein *et ut nobis de terrestribus copiis lucra magna provida operatione faceremus* vetus codex monasterii Compendiensis testante Baluzio. Pro *operatione* W *oratione*. Mox *in aeterna tabernacula* Mb, *in aeterna habitacula* A. Deinde *scriptura divina* Mb editionesque Dav. et Grav., *divina*

praemoneret, addidit post haec scriptura dicens [5]): *Audiebant autem* [6]) *haec omnia Pharisaei, qui erant cupidissimi, et inridebant.* Quales nunc [7]) in ecclesia quosdam videmus, quorum praeclusae aures et corda caecata nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet quod contemnant in tractatibus servum, quando a talibus ipsum dominum videamus esse contemptum.

XIII.

Quid tibi cum [1]) istis ineptis et stultis cogitationibus plaudis, quasi metu et sollicitudine futurorum ab operibus retarderis? Quid umbras et praestigias quasdam vanae excusationis [2]) obtendis? Confitere immo [3]) quae vera sunt, et quia scientes non potes fallere, secreta et abdita mentis exprome. Obsederunt animum tuum sterilitatis [4])

---

scriptura Mc. Sed adiectivum *divina* merum glossema est. Cf. ad cap. I. not. 8. 5) Luc. 16, 14. 6) *autem* om. W, *haec autem* pr. exhibebat Mb. Post *inridebant* (ita W. Mab et Bab, vulg. *irrid.*) omisi pronomen *eum*, quod abest a codd. Ver. Mabcd. Ba et libris ante Manut. editis itemque a Morelliano. 7) *tunc* A, *in ecclesia quosdam* codd. mei omnes et edd. Grav. Manut. Morell. Pamel. Oxon., *quosdam in eccles.* edd. rell. Paulo post *spiritualibus* Mc et A. Deinde *lumen* desideratur in Ma. Mox *contempnant* habent Bb. Mcd. A et exemplar Dav. Tum *tractibus* scribit A, idem liber *videmus*, pro *contemptum* Md *conceptum.*

XIII. 1) Ita Mb. Omittunt praepositionem codd. Macd et Bab, item edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Mor.; ceteri libri scripti et editi exhibent *in*, quod absonum est et ex glossemate enatum videtur. Tum *inceptis* Bb. Mox *solitudine* A. Deinde *ne tarderis* Bb. 2) *vana excogitatione* Mb, statim *ostendis* Ba. 3) *immo* in Ma deest. Ante *quia* copulam om. Ba. *Potes* e *potest* correxit vir doct. in Gotting. Manut. editionis exemplari. Perperam *expromere* habet A. 4) *sterelitatis* W et Mb. In seqq. *avaritia* W.

tenebrae, et recedente inde lumine veritatis carnale pectus alta et profunda avaritiae caligo caecavit. Pecuniae tuae captivus et servus es, catenis cupiditatis et vinculis alligatus es, et quem iam solverat [5]) Christus, denuo vinctus es. Servas [6]) pecuniam, quae te servata non servat. Patrimonium cumulas, quod te [7]) pondere suo onerat, nec meministi quid deus responderit diviti exuberantium fructuum copiam stulta exsultatione iactanti. *Stulte,* inquit [8]), *hac* [9]) *nocte expostulatur anima tua. Quae ergo parasti* [10]) *cui erunt?* Quid divitiis tuis solus incubas [11])? Quid in paenam tuam patrimonii [12]) pondus exaggeras, ut quo locupletior saeculo fueris, pauperior deo fias? Reditus [13]) tuos divide cum domino deo tuo, fructus tuos

---

Tum *coecavit* male Baluzius, Routhius, Goldhornius pro *caecavit*. Ita enim optimi libri scripti et editi, alii *cecavit*. Vid. *Cellar.* Orthograph. Lat. v. *caecus*. 5) *solveret* A. Dein *vinctus et servans* Bb. 6) *Et servas* Ba. Statim idem liber *a te*. 7) *te* om. Bb. Ante *onerat* ex Ms. (non ex editione Gravii, ut Baluzius ait) Pamelius inseruit *gravius* eumque secuti sunt Rigaltius et Oxonienses. Sed refragantur codd. mei omnes, omnes a Baluzio excussi et octo Anglici. In seqq. *copia stulta se exultatione iactanti* habet Ver., in Mb pr. legebatur *stultam exultationem*. 8) Luc. 12, 20. 9) *ac* Bb. Dein *anima tua expostulatur* ordine inverso Md. Omisi *a te,* quod vulgo additur, praeeuntibus libris Ver. W. Mabcd et Bab. Concordant Testimonia III. 61. p. 323. Cf. de domin. orat. cap. XIV. c. f. 10) Ita codd. Ver. et mei ad unum omnes c. ed. Oxon., ita et Testim. l. c. Vulgo *praeparasti*. Pro *cuius* scripsi *cui* (τίνι est in Graeco) c. cod. Ver. et edd. vett. (praeter Dav.), Erasm. atque Mor. *Cui* exhibet quoque cod. Ba e corr. in Testim. et vir doct. in Gotting. Manut. ed. exemplari. 11) *incumbas* Mad. De qua permutatione vid. ad cap. VIII. not. 1. Statim Bb: *ut qui fueris locupletior seculo fueris* intermediis omissis. 12) Quod vulg. additur *tui* codd. Ver. W. Mad. Ba. A et exemplar Morell. recte omittunt. Dein *ut quod* pr. Mc, *saeculo* defit in A. 13) Ita W. Mabc. Bab, item Erasm. Grav. Manut. Pam. Oxon Goldh., *red-*

partire cum Christo, fac tibi possessionum terrestrium Christum participem, ut et ille te sibi faciat regnorum caelestium coheredem. Erras et falleris, quisquis [14]) te in saeculo divitem credis. Audi in apocalypsi [15]) domini tui vocem eiusmodi homines iustis obiurgationibus increpantem. *Dicis*, inquit, *dives sum* [16]) *et ditatus sum et nullius rei egeo, et nescis quoniam tu es miser et pauper et caecus et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum* [17]) *ignitum de igni, ut sis dives, et vestem album, ut ve-*

---

ditus ceteri libri scripti et editi. Mox *domino* om. Ver. W et Mb, *deo* autem Macd et Bab. Dein *tuo partire* habet Md, *dno* pro *Christo* Bb. Statim *ex possessionum terrestrium proventu* legitur in edd. vett. (si excipias Daventriensem) et in Erasm. atque Grav., nec improbat hanc lectionem Baluzius. Sed vocabula *ex*, quod om. ed. Dav., et *proventu* suspecta fuerunt iam Gravio, quippe qui ea minutioribus typis excudenda curaverit. Merito expunxit Manutius. *Et* post *ut* om. A et ed. Dav., quae deinde habet *te ille*. Desideratur *te* in edd. Venet. Kunn. et Remb. Tum vitiose *regnum caelorum* pr. Mc. 14) *quisque* et codd. et veteres edd. Statim *in saeculum* A. 15) *in apocalypsin* Ma. 16) *inquit. Dives dicis sum* (sic) Md, *dices* Ba, *dicit* A. Vid. Apocal. 3, 17. — *quia dives* exhibet Mb. Vocc. seqq.: *et ditatus sum* om. Ba, *sum* abest a Ver. et Mb. Pro *quoniam* in edd. Manutiana antiquioribus exstat *quia*. Mox *et miserabilis* om. codd. W. Macd. Bab, septendecim Baluziani et tres Anglici. Idcirco delevi. Tum *et nudus* item om. A, *mundus* a m. pr., ab rec. *immundus* habet Mc. 17) *emere a me aurum* e corr. r. m. est in W, *aurum a me* ordine inverso scribit Bb. Post *ignitum* ex seqq. statim adduntur verba: *ut sordibus tuis tamquam igne decoctis*, in edd. vett. praeter Dav., in qua pro *de igni* legitur, ut in versione vulgata nova, *probatum*, quod per ras. habet Mc; *de igne* deletum in Mb, ex *igni* enatum *igne* in W. *Aurum probatum*, *ignitum de igne* dedit Gravius, ita ut vocabula *de igne* minut. typis excusa compareant. Ante eum bene Erasmus *aurum ignitum de igne*, quod convenit Graeco χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρός. Ceterum *de igni* primus scripsit Manutius. Alterum *ut* om. Bb et ed. Manut., *et ut vestiaris vestem album* habet Mor.,

stiaris, et non appareat in te foeditas nuditatis tuae, et collyrio unge oculos tuos, ut videas.

XIV.

Qui ergo locuples et [1]) dives es, eme tibi a Christo aurum ignitum, ut sordibus tuis tamquam igne decoctis esse aurum mundum possis, si eleemosynis et iusta operatione purgeris. Eme tibi albam vestem, ut qui secundum Adam [2]) nudus fueras et horrebas ante deformis, indumento Christi candido vestiaris. Et quae matrona [3]) locuples et dives es, unge oculos tuos non stibio diaboli, sed collyrio Christi, ut pervenire ad videndum deum possis, dum deum et operibus et | moribus promereris. Ceterum [4]) 242

(omisso *et*) *ut vestiaris veste alba ut vestiaris* (sic) Mc, *ut vestieris* Ma. Tum *fidelitas* pro *foeditas* A, deinde *collirium ungue* Ba, *unge* pro vulgat. *inunge* W et Mabd. Concinit *Primasius* Afric. in Apoc. ap. *Sabatier*. Tom. III. p. 999; *inungue* habet Mc.

XIV. 1) Copula in Mb superscripta, *aurum a Christo* (hoc ordine), dein *et* pro *ut* exhibet Bb. Mox *in igne* Ba, *ab igne* A. Tum pro *esse* vacuum est in Bb. 2) Defit hoc nomen in Ba. Verba: *candido vestiaris — — sed collyrio Christi* in libro Augustano desiderantur. 3) Voces *in ecclesia Christi* a Pamelio e cod. Cambr. additas non solum decem libri Baluzii, quinque Anglici et duo Routhii, sed etiam mei non agnoscunt. Idcirco eas merito deleverunt Routhius et Goldhornius. Dein *unge* (vulgo *inunge*) W. Mabd et Bb editionesque Pameliana antiquiores, *ungue* Mc, *unges* Ba. Cf. supra adnotata. Vitiose *stimulo* pro *stibio* Bb. Voc. *deum* ante *possis* r. m. addidit in Mb, *dominum* pro *deum* utroque loco habet Bb. Altero ita correxit etiam vir doct. in edit. Manut. exemplari, quod Gottingae asservatur. Conspirant cod. Mb veteresque edd. et Erasm. Dein *operibus bonis* ex editis superioribus recepit Manutius, quem sequi non debebant Pamelius et Oxonienses. *Bonis* recte om. codd. Ver., mei omnes et septem Anglici. Vocc. *et moribus* desunt in Mbc et Bb, *bonis et moribus* in Mc r. m. ad mg. addidit. Tum *promerearis* habet Ba. 4) *Caeterum* codd. Ba et Mc, item

quae talis es, nec operari in ecclesia potes; egentem enim et pauperem non vident oculi superfusi nigroris tenebris et nocte contecti. Locuples et dives [5]) dominicum celebrare te credis, quae corban omnino non respicis, quae in dominicum sine sacrificio venis, quae partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis? Intuere in evangelio viduam praeceptorum caelestium memorem inter ipsas pressuras et angustias egestatis operantem, in gazophylacium [6]) duo, quae sola sibi fuerant, minuta mittentem. Quam cum animadverteret dominus et videret, non de patrimonio, sed de animo opus eius examinans et [7]) considerans non quantum, sed ex quanto dedisset, respondit et dixit [8]): *Amen* [9]) *dico vobis, quoniam vidua ista plus*

edd. antiquiores atque recentiores. Sed vid. ad librum de mortalit. cap. V. not. 8. Dein *non es* ed. Dav., *est* moxque *potest* Bb. Conspirant edd. SP. Venet. Kunn. Remb. Deest copula ante *pauperem* in A. Pro *vident* edd. vett., Erasm. et Mor. exhibent *respexerunt*, post *oculi* omisi *tui* praeeuntibus mss. omnibus. Tum *nigrore* Mb, *nigrioris* Mc editionesque SP. Venet. Kunn. Remb., *nigrioribus* Grav., *vigoris* A. Pro *contecti*, quod in ed. Dav. deest, ceterae edd. vett., Erasm. Grav. et Mor. habent *caecati*, *cecati* in mg. a m. r. Mc. 5) Quae adduntur voculae *es et* absunt a codd. W. Macd. Ba. A et vett. edd., Erasm. Grav. atque Mor. Quocirca tollendas esse censui. Copula item omissa in Bb, erasa in Mc. Dein *te celebrare* scribit Ma. Mox *sacrum thesaurum corban* Bb, *corban*, ut Baluzius, Routhius et Goldhornius, exhibent quoque codd. Ver. W. Ma et Ba, *corbanam* (ita e *corban* a r. m. Mc) edd. vett. (praeter Dav., in qua exstat *corbonan*) c. Erasm., *corbonam* reperitur in Md, quocum conspirant edd. Grav. Manut. Mor. Pamel. Oxon.; *ut orba* (a r. m. superscripto *corbonan*) in Mb, *orbam* in A. Cf. *Baluzii* nota. Proxime *in dominico* A. Pro *partem* idem liber habet *pariter*. Deinde *sumus*. 6) *gazophilacium* Mc, *gazophilatium* Mab et Bb c. ed. Dav., *gazofilacium* Ba, *gazophilacio* Md et A. Tum *duo minuta* Grav., *quoque* pro *quae* Ma, *sola quae* Ba, *minuta fuerant* al. ord. edd. vett. et Erasm.; deest *minuta* in Ma. 7) Copulam om. Ma. 8) Luc. 21, 3. 9) *Amen*, *ämen* Ba. Tum *omnibus plus* W. Mabd

omnibus misit in dona dei. Omnes enim isti ex eo [10]*), quod abundavit illis, miserunt in dona dei. Haec autem* [11]*) de inopia sua omnem, quemcumque habuit, victum misit.* Multum beata mulier et gloriosa, quae etiam ante diem iudicii [12]) meruit iudicis voce laudari. Pudeat divites sterilitatis atque infelicitatis [13]) suae. Vidua, et inops vidua [14]) in opere invenitur, cumque universa, quae dantur, pupillis et viduis conferantur, dat illa, quam oportebat accipere, ut sciamus quae paena sterilem divitem maneat,

---

et Bab, *plus omnibus* (*πλείω πάντων*), ut vulgo, Mc. In A deest *omnibus*. 10) *de eo* W. Mbcd. Bab. A, *ideo* Ma. Deinde *abundavit* Mc. Manut. Pamel. et recentiores, *habundavit* W. Mad et Ba, *abundabat* Mb. Bb veteresque edd. (exceptis Dav. et Remb., in quibus est *habundabat*, ut in A) c. Erasm. atque Morell., *abundat* Grav. 11) *aut* Bb. Mox *quem habuit* A. 12) *ante iudicii diem* Mb. 13) Ita codd. Ver. W. Mabcd. Ba, viginti duo Baluzii et tredecim Anglici, quibuscum concordant edd. vett., Erasm. Grav. Morell. atque Routh.; *infidelitatis* Bb et A. Conspirant edd. Manut. Pamel. (male *Baluzius: „Aliter Pamelio visum est“*) Oxon. Baluz. Goldh. *Infelicitatis* correxit etiam vir doct. in Gottingensi Manut. edit. exemplari. 14) Sic codd. W. Macd et omnes fere edd., *et inobs vidua* Ba, *et inops vidue* (sic) Bb, *et vidua inops* e codd. Burgundico et S. Arnulphi recepit Baluzius. Absunt haec vocabula ab A; codex vero Mb et ed. Routh. male om. *vidua*; particula enim *et*, ut interdum *καὶ* apud Graecos, h. l. cum vi posita significat *und zwar*, eaque requirit, ut repetatur vox *vidua*. Similiter *Synesius* Epist. 155. p. 293. D.: *γυνή τε γὰρ ἐξιν αὕτη, καὶ γυνὴ δυστυχήσασα χήρειαν*. Cf. de mortalitate cap. XV. not. 9. Sustuli vocabula *rebus dives* a Baluzio ex codd. Burgundico et S. Arnulphi adiecta, utpote in meis libris omissa; *larga*, quod post *in opere* inseruit Manutius non improbantibus Pamelio et Oxoniensibus, delevit vir doct. in Gottingensi exemplari et posthac e contextu eiecit Baluzius. *Lerga* (sic) *in opere* habet A, *in* ^{dei} *opere* (*dei* ab r. m. superscr.) Mb. Frustra; est enim *in opere* idem quod *operans*, ut legitur supra: *Intuere in evangelio viduam — — inter ipsas pressuras et angustias egestatis operantem.* Statim *in universa* W et

Si enim deus eleemosynis pauperum faeneratur [10]), et cum datur minimis, Christo datur, non est quod quis terrena caelestibus praeferat, nec divinis humana praeponat.

XVI.

Sic vidua illa [1]) in tertio regnorum libro [2]) cum in siccitate et fame consumptis omnibus de modico farre et oleo, quod superfuerat, fecisset subcinericium panem, quo absumpto moritura cum liberis esset, supervenit Helias et petit sibi prius ad edendum dari, tunc quod superfuisset inde illam cum filiis suis vesci, nec obtemperare illa dubitavit aut Heliae filios mater in fame et egestate praeposuit. Fit immo in [3]) conspectu dei quod deo placeat, prompte ac libenter quod petebatur offertur, nec de abundantia portio, sed de modico totum datur, et esurientibus

---

Erasm. Grav. atque Morell. Omittunt *ab eo* W. Mbc et Ba in Test. l. c., ut hic W et Mcd. Statim *quomodo poterit caritas dei manere in illo?* Ver. ap. Rigalt.; *in eo* edd. vett., Erasm. Grav. et Mor. Conspirat Mc in Test., ubi idem liber pro *caritas* exhibet *agape.* 10) *foeneratur* W et Ba.

XVI. 1) *illa* om. A. 2) 3. Reg. 17, 10 seqq. Deest *cum* in Ma, item *de modico* in Bb. Paulo post *ferre* vitiose A, *farrae* Ma, *farine* edd. vett., *farinae* Erasm. Grav. et Morell. Deinde *succinericium* Md, *cinericium* Ver. ap. Rigalt. W. Mab et Bab; *quod* pro *quo* Bb, tum *assumpto* Md. A editionesque Dav. Remb. Erasm. Grav. c. Manut. et Pamel., *assumto* Oxon. *Petit* (i. e. *petit*) pro *petiit* W. Mabcd. Bb. Manut., *peti* A. Statim *sibi cibum prius* Bb, *tunc* r. m. addidit in W, *illam* om. Bb. Deest *suis* post *filiis* in A. Dein *optemperare* scribunt Bb et Md, *obtemperari* habet Ba, *dubitabit* errore sollemni A. Statim *helie* (*h* ab r. m. superscr.) Bb, *et* ante *egestate* om. A, Mb scribit *atque* pro *et.* 3) *in* desideratur in A. Tum *affertur quod petebatur* idem exhibet liber. *Obfertur* dant codd. W et Ma. Cf. cap. seq. not. 5. et cap. XXV. not. 1. Dein *ne* pro *nec* A, *habundantia* W. Mad. Ba et A c. ed. Dav.

liberis alter prius pascitur, neque in paenuria et fame cibus antequam misericordia cogitatur, ut dum in opere salutari carnaliter vita contemnitur, spiritaliter anima servetur. Helias itaque [4]) typum Christi gerens | et quod 243
ille pro misericordia vicem singulis reddat ostendens respondit et dixit: *Haec dicit dominus: Fidelia farris* [5]) *non deficiet et capsaces olei non minuet usque in diem, quo dabit dominus imbrem super terram.* Secundum divinae pollicitationis fidem multiplicata sunt viduae et cumulata quae praestitit, et operibus [6]) iustis ac misericordiae meritis augmenta et incrementa sumentibus farris et olei vasa conpleta sunt. Nec filiis abstulit mater [7]) quod Heliae dedit, sed magis contulit filiis quod benigne et pie fecit. Et illa nondum [8]) Christum sciebat, nondum praecepta eius audierat, non cruce et passione eius redempta cibum et potum pro sanguine rependebat, ut ex hoc adpareat quantum in ecclesia peccet qui se et filios

---

Inepte *demonico* Bb. Tum *nec in penuria* Mc. Recte *in paenuria* pro vulgat. *in penuria* Mb et Ba. Conf. ad cap. IX. not. 1. Mox *et* pro *ut*, quod in Mc r. m. supra addidit, scribit W. Proxime *contempnitur* habent Mcd. A et exemplar Dav. Deinde *spiritaliter* om. Ba, *spiritualiter* dant Mc et A c. ed. Grav. Vitiose *servatur* A, *reservetur* edd. vett. et Erasm. 4) *igitur* A. Mox copulam *et* pr. m. superscripsit in Bb, *quod et ille* exhibet A. Verba *respondit et dixit* om. Ba, *dicit* male scribitur in W. Vid. 3. Reg. 17, 14. 5) *Hydria farinae* Mb. Tum *vas olei* Mb. Pro *minuetur* e Ver. W. Ma et Ba dedi *minuet* (Graec. ἐλαττονήσει) idque probavit iam Rigaltius; ponitur enim *minuere* etiam sensu neutro. Sic *minuente aestu* utitur *Caesar* de bell. Gall. III. 12. *Diminuentur* habet A, *imminuentur* Bb. Deinde *pluviam* pro *imbrem* Mb. 6) *in operibus* pro *et operibus* Bb. Tum *et* pro *ac* A. Deest *vasa* in Ba, *repleta sunt* scribit Mb. 7) Voc. *mater* excidit in Bab, tum *filiis* in Bb. 8) *nondum enim Christum* et *nondum cruce* Mb. Proxime *pendebat* ed. Dav. Verba *ex hoc appareat quantum in* om. A; *adpareat*

quando hoc documento operari etiam pauperes debeant. Atque ut intellegamus haec opera [15]) deo dari et eum, quisquis haec faciat, deum promereri, Christus illud dona dei appellat et in dona dei viduam duos quadrantes misisse significat, ut magis ac magis possit esse manifestum quia qui miseretur pauperis deum faenerat.

XV.

Sed nec illa res [1]), fratres carissimi, a bonis operibus et iustis refrenet et revocet Christianum, quod excusari se posse aliquis existimet beneficio filiorum, quando in inpensis spiritalibus Christum cogitare, qui accipere se

---

Ba. Paulo post *divitem sterilem* ordine inverso edd. vett. et Erasm. Deinde *cum* pro *quando* invitis codicibus editisque superioribus scripsit Erasmus. Ante *documento* omisi *ipso,* cuius loco Mb habet *quoque*, praeeuntibus ceteris codicibus meis omnibus. 15) *omnia* pro *opera* legitur in edd. vett., item in Erasm. Grav. et Morell., *omnia opera* (*omnia* ab r. m. superscr.) in Mc. Deinde *cum quisque — facit* edd. vett. c. Erasm. et Morell., *cum* etiam cod. Mc, *quo* (ut constanter pro *cum*) A, *quisque* libri omnes excepto Mb, in quo *quisquis* enatum est e *quisque*. Tum *hoc* A; *deum* pro *dominum* codd. omnes veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell.; *illuc* ex *illut* per ras. W. Statim *dona dei* (vulg. *dei dona*) codd. omnes. Vitiose *quos* pro *duos* Ba. In seqq. *et magis* A. Tum *posset* Bb. Mox *miseretur pauperi* (sic) Mad. A. Dav., *pauperi dat* Mb. Deinde codd. W et Ma c. edd. Manut. Pamel. atque Oxon. exhibent *deum fenerat,* Ba. Baluz. Ronth. et Goldh. *deum foenerat,* Mbd et Bb c. Dav. *deo fenerat*, (om. v. *deo*) *fenerat* A, *deo feneratur* Mc, *deo foenerat* Erasm. Grav. Mor., *deo servat* edd. SP. Venet. Kunn. Remb. Scripsi igitur *deum faenerat*, ut de dominic. orat. cap. XXIV., ubi vid. not. 12. Ceterum ob oculos habuit Noster Prov. 19, 17.

XV. 1) *res* om. W. Pro *carissimi* A habet *dilectissimi.* Tum *excusare* Mbc, *excusare* (om. *se*) *aliquis posse* Bb, *aliquid* A. Mox *in* ante *inpensis* erasum in Mc, omissum in edd. vett., Erasm. et Grav.; *spiritualibus* dant Mc et Grav., *quia* pro *qui*

professus est, debeamus, nec conservos liberis nostris, sed dominum praeferamus ipso instruente et monente: *Qui diligit,* inquit [2]), *patrem aut matrem super me non est me dignus, et qui diligit filium aut filiam super me non est* [3]) *me dignus.* Item in deuteronomio ad corroborationem fidei et dilectionem dei paria conscripta sunt: *Qui dicunt,* inquit [4]), *patri et matri* [5]), *non novi te, et filios suos non agnoverunt, hi custodierunt praecepta tua et testamentum tuum servaverunt.* Nam si deum [6]) toto corde diligimus, nec parentes nec filios deo praeferre debemus. Quod et Ioannes in epistula sua ponit [7]), caritatem dei apud eos non esse, quos videamus operari in pauperem nolle. *Qui habuerit,* inquit [8]), *substantiam mundi et viderit fratrem suum desiderantem* [9]) *et cluserit viscera sua, quomodo caritas dei manet in illo?*

---

scribit Ma. De re vid. Matth. 25, 40. In seqq. *dominum conferamus* A. Idem liber *monente et dicente.* 2) Matth. 10, 37. Verba *aut matrem* proximeque *et qui diligit filium* etc. usque ad *item* om. A. 3) *est* r. m. supplevit in Mc. 4) Deut. 33, 9. 5) *aut matri* Mab et A veteresque edd. c. Erasm. Manut. Pamel. et Oxon., *vel matri* Grav. Sed legitur in Graeco καὶ τῇ μητρί. Statim *non agnovi* A. Tum *adgnoverunt* W et Ma, vulg. *agnoverunt.* Cf. ad librum de mortalit. cap. I. not. 3. *Cognoverunt* exhibent edd. vett. et Erasm. De confusione verborum *agnoscere* et *cognoscere* vid. adnot. ad Paulin. de vita S. Ambrosii p. 228. Dein *hii* Ba. A et vett. edd. c. Morell. Mox *quam* pro *tua* Ba. 6) *dominum* Mb et Bb. 7) *ponit et dicit* Mb et Ba. Mox *videmus* Md veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Tum *in pauperem* W. Macd. Bab. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon., *in pauperes* ceteri libri scripti et editi. Ita scripsit quoque vir doct. in Gottingensi Manut. ed. exemplari. 8) 1. Ioann. 3, 17. 9) Additur *aliquid* in cod. Ver. Pro vulgat. *clauserit* recepi *cluserit* e W et Ba. Ita uterque liber etiam in Test. III. 1. p. 304 et a m. pr. Mb. Tum *viscera sua ab eo* (ἀπ' αὐτοῦ, ut legitur in Gracco) Ma ab m. pr. Bab. A et edd. vett. c.

state protector. Patrimonium deo creditum [4]) nec fur rapit, nec res publica eruit, nec fiscus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit. In tuto hereditas ponitur [5]), quae deo custode servatur. Hoc est caris pignoribus [6]) in posterum providere, hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere secundum fidem scripturae sanctae dicentis [7]): *Iuvenior* [8]) *fui et senui, et non vidi iustum derelictum, neque semen eius quaerens panem. Tota*

4) *dei credentium* Bb. Pergit cod. A: *nec fur rapit, nec res publica eruit, nec fiscus invadit.* Eandem lectionem in codice suo inventam laudat *Gronovius* Observatt. III. 24. p. 324. „MS.“, ait, „auctius et doctius. Imitatus est Virgilianum (Aeneid. II. v. 4.):

Troianas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Immo sic prorsus imperatores in L. secunda Cod. Theod. de usuris: *Quicumque ultra centesimam iure permissam quicquam sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli paena et obligatione constrictus, sine cessatione, sine requie, protinus ablata redhibebit.*“ Omissis vocabulis *nec fur rapit* vulgo legitur: *nec res publica eripit.* Dein *calumpnia* exhibent Ba. Mcd. A et ed. Dav. 5) Addidit haec, utpote omissa, r. m. ad mg. in Mc. 6) *kmi* — *caris pignoribus* (sic, voc. *caris* a r. m. superscr.) Mb, *pigneribus* rursus Bb, *pignoribus* h. l. Md. Tum *haeredibus* Ma. Erasm. Grav. Morell. Routh. Goldh. Male. Vid. *Cellar.* Orthogr. Lat. v. *heres.* 7) Psalm. 36, 25. 8) Ita W. Mabd et Ba. Concordant antiqua versio Lat. et ap. Nostrum in Test. III. 1. p. 303. codd. W. Mb et Ba, ad quem locum cf. *Baluz.* Not. p. 600; *iunior* dant ceteri libri scripti et editi. Cf. ad domin. orat. cap. XV. not. 8. Pro *et senui* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. habent *etenim senui* (καὶ γὰρ ἐγήρασα), ut vulg. legitur in Test., ubi tamen codd. W. Mbc et Ba alteram lectionem praestant. Tum ante Manut. legebatur *numquam vidi.* Deinde *quaerens panem*, quod convenit cum Graeco ζητοῦν ἄρτους. praebuerunt W. Mabcd. Bab, ad quos accedunt plures libri veteres a Baluzio laudati et septem Anglici, neque discrepant Testimonia et domin. orat. cap. XV.; *egens pane* exhibent cod. A et edd. Dav. Grav. atque posteriores, *egentem pane* SP. Venet. Kunn. Remb., *agens pane* operarum incuria irrepsit in Erasmianam.

die miseretur et faenerat [9]) *et semen eius in benedictione est.* Et iterum [10]): *Qui* [11]) *conversatur sine vituperatione in iustitia, beatos filios relinquit.* Praevaricator itaque et proditor pater es, nisi filiis tuis [12]) fideliter consulas, nisi conservandis eis religiosa et vera pietate prospicias. Qui [13]) studes terreno magis, quam caelesti patrimonio, filios tuos diabolo mavis commendare, quam Christo, bis delinquis et geminum ac duplex crimen admittis et quod non properas filiis tuis dei patris auxilium et quod doces filios patrimonium plus amare, quam Christum.

---

9) Ita solus Baluzius h. l. et in Test. De qua scriptura vid. *Varro* de ling. Lat. coll. *Sillig.* Praef. ad Plin. nat. hist. P. LXXI. Ceteri libri tam scripti, quam editi fluctuant inter *fenerat* et *foenerat.* Cod. Mc habet *feneratur*; edd. vett. Erasm. et Grav. c. Oxon. dant *commodat.* Et ita in Test. Mc. Mox *erit* (ἔσται enim legitur in Graeco) pro *est* exhibent Bab, ut edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. 10) Prov. 20, 7. 11) *Qui* excidit in Ba. Quod vulgo ante *filios* interponitur *post se* recte om. codd. omnes et h. l. et in Test. III. 1. p. 302. Statim *relinquit,* ut ed. Manut., habent codd. omnes praeter Mb, in quo, ut in ceteris edd., est *relinquet* (καταλείψει). Altera lectio reperitur quoque in Testimoniorum libris editis et in codd. Mbc, *relinquet* scribit W, *relinquet* Ba. 12) *tuis* om. Bb et A. In iisdem libris perperam legitur *conversandis.* Tum *prospicias* om. A. 13) *Qui*[d] (*d* a m. r. supra adiecto) Mb, *quid* ed. Dav. Proxime *regis* pro *magis* Bb. In seqq. *magis dyabolo* inverso ordine A, *diabulo* W. Optime *mavis* (*vis* Bb) W et Ma. Ita pr. etiam Mb, a m. autem rec. *magis,* ut vulg. legitur. Statim *conmendare* Md. Tum *delinques* Mb. Vocc. *ac duplex* desunt in edd. Manutianam antecedentibus. Pro vulgata *praeparas* ex cod. A recepi *properas.* Sic *Horatius* Epist. I. 3, 28.: *Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli.* Cf. *Theod. Schmid.* ad Epist. I. 2, 61. Dein *doceas filios tuos* Ba.

Christo anteponens divitias suas servat, nec patrimonium copiosum cum indigentium paupertate communicat.

XVII.

Sed enim multi sunt in domo liberi, et retardat te [1]) numerositas filiorum quominus largiter bonis operibus insistas. Atquin [2]) hoc ipso operari amplius debes, quo multorum pignorum pater es. Plures sunt, pro quibus dominum depreceris, multorum delicta redimenda sunt, multorum purgandae conscientiae [3]), multorum animae liberandae. Ut [4]) in hac vita saeculari alendis sustinendisque pignoribus quo maior est numerus, hoc maior et sumptus est, ita et in vita spiritali atque caelesti quo amplior fuerit pignorum copia, esse et operum debet maior inpensa. Sic Iob [5]) sacrificia numerosa pro liberis offerebat, quantusque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur deo et numerus hostiarum. Et quoniam cotidie

---

sponte scripsi. Vid. *Wagner.* l. c. p. 407 sq. In seqq. *cum* ante *indigentium*, cuius loco in Bb exstat *ingentium*, abest a Ba.

XVII. 1) *te* om. A. 2) *adqui* W et Ma, *at qui* Bb, *atqui* Grav. Mor. Baluz Routh. Goldh., *at quin* Ba et Md, recte *atquin*, ut solet *Tertullianus*, ubi vid. *Oehleri* index., Manut. Pamel. Oxon., *atque* Mbc. A veteresque edd. et Erasm. Tum *in hoc ipso* Bb et A. Erasum deinde *largiter* in W. Pro *amplius* Ver. et Ba dant *plurimum*. Mox *pignerum* Bb et Md. Vitiose *patres* Ma. 3) Desunt verba: *multorum delicta redimenda sunt, multorum purgandae conscientiae* in A. Idem habet *liberandae sunt.* 4) *Ut* om. A, *uti* reperitur in Md. Tum *pigneribus* exhibent Bb et Md. Paulo post *maior est et sumptus* ordine inverso Ba veteresque edd. c. Erasm. et Morell. Dein *spirituali* Mc et A. Mox *pignerum* Bb et Md. 5) *Sic et Iob* legitur vulgo. Sed codd. Ver. et mei omnes particulam *et* omittunt. Quare eam expungendam censui. Tum *o*^{b}*ferebat* (*b* ab al. m. superscr.) W. Rursus *pignerum* Bb et Md. Voc. *deo* om. Ba itemque A quod sequitur *et.*

deesse non potest quod [6]) peccetur in conspectu dei, sacrificia cotidiana non deerant, quibus possent peccata tergeri. Probat scriptura [7]) dicens [8]): *Iob, homo verus et iustus, habuit filios septem et filias tres et emundabat illos offerens pro eis hostias deo secundum numerum illorum* [9]) *et pro peccatis eorum vitulum unum.*

XVIII.

Si ergo vere filios tuos [1]) diligis, si eis exhibes plenam et paternam dulcedinem caritatis, operari magis debes, ut filios tuos deo iusta operatione commendes [2]). Nec eum [3]) liberis tuis cogites patrem, qui et temporarius et infirmus est, sed illum pares, qui aeternus et firmus filiorum spiritalium pater est; illi adsigna facultates tuas, quas heredibus servas; ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias saeculares divina maie-

---

6) *quin* pro *quod* ed. Dav., *quod* $^{\bar{n}}$ ($\bar{n}$ ab ead. m. supra addit.) *peccetur* Mb. Tum *deberent quibus peccata possent tergi* A, *tergi* etiam Bb. Mc, item edd. Dav. et Mor. Concinit *S. Augustinus* contra duas epist. Pelag. IV. 10. §. 27. T. X. p. 486. A. Praeferenda tamen altera forma, de qua egregie exposuit *Baluzius* p. 585 sq. Adde *Virgil.* Aen. VII. v. 626. 7) Quod vulgo additur *divina* om. W. Mabcd. Ba et A. Idcirco dempsi. Vid. adnot. ad cap. I. not. 8. et XII. not. 4. 8) Iob. 1, 5. 9) Pr. *eorum* A, tum *pro peccatis illorum* (om. *unum*) idem liber.

XVIII. 1) *filios tuos vere* A. 2) *conmendes* Md. 3) *cum̄* Md. A et edd. vett. praeter Dav., *en̄i* Mc, *eum* primus Erasmus, *te* edd. Dav. et Grav. Inepte *parem* pro *patrem* Ba, *patres* A, *qui* om. Bb; *temporalis* habet Md, *temporaneus* A. Tum *infirmus vs* legitur in edd. Dav. et Grav. et *patrem* pro *pares* in Bb et A; *qui* om. liber posterior. Dein *spiritualium* Md. A et Grav. Perperam *eis* pro *est* Ma. Statim *illa* A. Proxime *servis* Ma. Tum *illis sit* A. In seqq. *omnes* om. Bb.

habere? Quanto istic et apparatus uberior [3]) et sumptus largior exhibendus est, ubi ad spectaculum conveniunt caelorum virtutes, conveniunt angeli omnes, ubi munerario non quadriga vel consulatus petitur, sed vita aeterna praestatur, nec captatur inanis et temporarius favor vulgi, sed perpetuum praemium regni caelestis accipitur. Atque ut pigros et [4]) steriles et cupiditate nummaria nihil circa fructum salutis operantes magis pudeat, ut plus conscientiam sordidam dedecoris ac turpitudinis suae rubor caedat, ponat unusquisque ante oculos suos diabolum cum suis servis, id est cum populo perditionis ac mortis in medium prosilire, plebem Christi praesente et iudicante ipso conparationis examine provocare dicentem: Ego pro istis, quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi, nec familiam meam pretio passionis et cruoris redemi, sed nec regnum

---

ctatores Erasm. dedit *spectatorem*. V. *habere* om. Ma. 3) Deest *uberior* in A. Pro *et* idem liber scribit *ac*. Vocc. *conveniunt caelorum virtutes* desiderantur in Mb, ubi post *angeli* r. m. supra addidit *et virtutes caelorum*. *Omnes* idem liber om. Quod sequitur *ubi* abest a Bb. Paulo post *in annis* male scribit Ba. Dein *temporius* Ma, *temporaneus* A, *temporalis* Mc et edd. vett., Erasm. Grav. atque Morell. Mox *regni* om. Ba. 4) *ac* A. Tum *numaria* Bb. Perperam *operantem* Ba, *operantis* Bb. Statim *ad conscientiam* et infra *accedat* A. Dein *decoris* Bb, *robur cedat* Mb et Ba, *cedat* etiam Mcd. Bb veteresque edd. Vocc. *ante oculos suos* a corr. m. inter versus habet W. Idem, ut supra et alibi, *diabulum*. Pro *cum servis suis* W. Mabd. Bab. A et *Augustinus* contra duas epist. Pelag. IV. 8. §. 21. T. X. p. 480. G. seq. praestant *cum suis servis*, quod recepi. Tum *et mortis* edd. vett. et Erasm. Mox *in plebem* A, *plebe* codd. Gallicani ap. *Augustin.* l. c. Dein *Christo* Bb, *praesentem et iudicantem ipso* Mc, *ac* pro *et* Augustinus, *xpo* pro *ipso* ed. Dav., *ipsum* W. Ma et Ba. Statim *conprobationis* Mb, *comprob.* Ba. In seqq. pro *cruoris* edd. vett. c. Erasm. et Grav.

illis caeleste promitto, nec ad paradisum restituta immortalitate denuo revoco; et munera mihi quam pretiosa, quam grandia, quam nimio et longo labore quaesita sumptuosissimis apparatibus conparant, rebus suis vel obligatis in muneris conparatione vel venditis, ac nisi editio honesta successerit, convitiis ac sibilis eiciuntur et furore populari nonnumquam paene lapidantur!

XXI.

Tuos tales munerarios [1]), Christe, demonstra, illos divites, illos copiosis opibus affluentes, an in ecclesia praesidente et spectante te eiusmodi munus edant oppignoratis vel distractis rebus suis, immo ad caelestes thesauros mutata in melius possessione translatis. In istis

---

crucis. Iidem libri et pr. Mc ordine inverso *regnum caeleste illis*. Paulo post *mihi* ante *quam pretiosa* a corr. m. habet W. Tum *nimia* et *sumptuosis* A, *sumptuosissimus* Ba. Vocc. *rebus suis vel* r. m. ad mg. adscripsit in Mb. Pessime *innumeris* Md, *innumeri obligatione* Ma, *obligatione* etiam W, *apparatione* Md et vett. edd. (excepta Dav., in qua est *apparitione*) c. Erasm. Grav. et Morell. Voc. *editio* excidit in A. Corruptissime ibidem scribitur *succenserint cum viciis et sibilis*. Tum *eiciuntur* pro *eiiciuntur* exhibent codd. omnes et exemplar Dav. Deinde *non umquam* Ba, *numquam* Bb, *paene* recte W. Manut. Pamel. Goldh., *pene* Md et A, ut cett. edd., vitiose *paenae* Mabc. Vid. *Cellar.* de orthograph. Lat. v. *paene*. Cf. de bono pat. cap. V. not. 13.

XXI. 1) *munera* A, *munerarios Christo demonstra* Bb. Verba ista, quae in ed. Manut. addita sunt: *praeceptis tuis monitos et pro terrenis caelestia recepturos*, om. libri Vatic. omnes, veteres Baluzii, novem Anglici itemque mei. Unde ea merito exterminavit Baluzius. Tum *operibus* A. Dein *ut* pro *an* Bb, *praesidentes* (sic) *et spectante* absque *te* Mb, *praesidente te, spectante* A, *expectante* sine *te*, quod item om. Ma, Bb. Statim *obpignoratis* Mb, *obpigneratis* W. Ma et Ba, *opigneratis* Bb; *thesauros* a m. pr., a s. *thensauros* W, *thensauros* Ma; *professione* Mb.

XIX.

Esto potius liberis tuis pater talis, qualis Tobias exstitit. Da utilia [1]) et salutaria praecepta pignoribus, qualia ille filio dedit; manda filiis tuis, quod et ille mandavit dicens [2]): *Et nunc, filii, mando vobis: Servite deo in veritate, et facite coram illo quod illi placet, et filiis vestris mandate* [3]) | *ut faciant iustitiam et eleemosynas* 244
et sint memores dei et benedicant nomen eius omni tempore. Et iterum [4]): *Omnibus diebus vitae tuae, fili* [5]), *deum in mente habe et noli praeterire praecepta eius. Iustitiam fac omnibus diebus vitae tuae et noli ambulare viam iniquitatis, quoniam agente te* [6]) *ex veritate erit respectus operum tuorum. Ex substantia* [7]) *tua fac eleemosynam et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita fiet* [8]), *ut nec a te avertatur facies dei.*

XIX. 1) *ut illi* Bb. Tum *et pignoribus* A, *pigneribus* Bb. Additur *tuis* in Mb. Ante *mandavit* codd. Ver. et mei omnes recte om. *filio*. 2) Tob. 14, 10. 3) Ita codd. Ver. Vat. omnes, item W. Mabcd et Bab, vulgatam lectionem: *fili, mando tibi, servi — et fac coram illo —, et filiis tuis manda*, solus habet A. Pro *filii* W scribit *filii* (sic), *fili* Ba. Ante *facite* deest copula in W, *coram illo* in Bb et A, *quoram illo* dat Ma. Paulo post *eleemosynam* exhibent Mb et Bb. Tum *in omni tempore* reperitur in Bb. 4) *iterum dicit* Mb. Vid. Tob. 4, 6. 5) *fili* om. Md. Vox *dilectissime*, quam vulgati libri addunt, abest a codd. Ver. et meis omnibus, ab antiqua versione Latina itemque a Testim. III. 1. p. 302. Idcirco expunxi. *Dominum* pro *deum* habent Mb. Bb et A, *in* ante *mente* et *noli* om. A. 6) *te* deest in A, *in veritate* dant edd. vett., Erasm. Grav. et Morell. 7) *Et ex substantia* A. Idem liber *tempore* pro *paupere*. 8) *fiat* W et Ma, *fiet* om. edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. et Erasm. Dein *ut a te* $\bar{n}$ *avertatur* ($\bar{n}$ a r. m. supra adiecto) legitur in Mc, *a te* om. Ma. Ba et A, *facies dei avertatur* exhibent edd. vett., Erasm. et Grav.

Prout [9]) *habueris, fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantia, plus ex illa fac eleemosynam* [10]). *Si* [11]) *exiguum habueris, ex hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris, cum facis eleemosynam. Praemium* [12]) *bonum reponis tibi in diem necessitatis, quia eleemosyna a morte liberat et non patitur ire in tenebras. Munus bonum est eleemosyna* [13]) *omnibus, qui faciunt eam coram summo deo.*

XX.

Quale munus est, fratres carissimi [1]), cuius editio deo spectante celebratur? Si in gentilium munere grande et gloriosum [2]) videtur proconsules vel imperatores habere praesentes, et apparatus ac sumptus apud munerarios maior est, ut possint placere maioribus, quanto inlustrior muneris et maior est gloria deum et Christum spectatores

---

9) *Quomodo* in Test. l. c. Tum *sic fac eleemosynam* edd. vett. c Erasm. Grav. atque Morell. Concordat antiqua versio Latina. 10) Om. *eleemosynam* iidem editi. 11) *Et si* iidem editi, *si enim* cod. Mb in Test. Verba: *ex hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris*, desiderantur in Bb. Post *timueris* Bab et A inserunt *fili*. In Mb *cum* superscriptum legitur. 12) *Praemium enim* vulgo. Sed *enim* neque h. l. agnoscunt codd. W. Macd. Bab veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., neque in Test. libri tam scripti, quam editi. Abest etiam particula ista ab antiqua versione Latina. Dein *repones* Mb et A, item Mb in Test. concinente antiqua versione Latina. Perperam *qui* pro *quia* Bb. Mox *in tenebras* pro vulgato *in gehennam* exhibent codd. Ver. W. Mabcd. Bab. A et ed. Morell. c. antiqua versione Latina. Et ita omnes libri Italici in Test. una cum W. Mbc et Ba. Legitur etiam in Graeco εἰς τὸ σκότος. 13) Deest *eleemosyna* in Bb.

XX. 1) *dilectissimi* edd. Manutianam antecedentes c. Morell. 2) *copiosum* Bb. Tum *et* pro *vel* ed. Dav. Proxime *adparatus* Ba. Deinde *magior est* Bb. In seqq. *ac maior et gloria* A. Pro *spe-*

Tunc dicet [4]) *rex eis, qui ad dexteram eius sunt: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et potastis me* [5]); *hospes fui, et abduxistis me; nudus, et vestistis me; infirmatus sum, et visitastis me; in carcere fui, et venistis ad me. Tunc respondebunt ei* [6]) *iusti dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem et pavimus; sitientem et potavimus? Quando* [7]) *te vidimus hospitem et abduximus, nudum et vestivimus? Quando autem te vidimus infirmari aut in*

---

et Mb. Mox *ad dextera sua* W et Ma, tum *ad sinistra* Ma, *a sinistra* W. 4) *dicit* in Test. utroque loco W. Pro *iis* (*hiis* habet ed. Dav.) codd. Ver., mei ad unum omnes et Test. utroque loco praestant *eis*, quod recepi. Tum *a dextera sua sunt* W et Mc, *ad dextera sua sunt* Ma, *ad dexteram suam sunt* (pro vulg. *suam erunt*) Mbd. Bb et Test. III. 1. p. 303, item II. 30. p. 297. Wb., *eius sunt* Ba. A et antiquâ versio Latina, ubi cf. *Sabatier.*, *sunt* etiam Ver. Vat. omnes et Bb. Scripsi igitur *eius sunt*. Pro *percipite* W habet *accipite*. Voc. *regnum*, quod in Ma, Ba et Mc additur post *paratum est*, Mb et h. l. et cum Mc in Test. II. 30. p. 297 omittit itemque verbum auxiliare W. 5) *et dedistis mihi* (*michi* A) *potum* cod. A et edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. Tum *hospis* Ma. *Abduxistis* pro *adduxistis* praebuerunt W. Ma. Ba et ed. Manut. Concordant in Test. Wab. Ba et alt. loco Mc. Ita Terent. Eunuch. III. 1, 17.: *Tum me convivam solum abducebat sibi* et Heauton timor. I. 2, 9.: *Abduxi ad coenam.* Omittitur *me* in W. Ba et Mc. Tum *nudus fui* scribit A. In eodem libro desunt verba: *et vestistis me, infirmatus sum.* Pro *vestistis me* W. Mad et Bab habent *texistis*. Pronomen abest etiam a Mc; *infirmatus* in Mc m. pr. correxit ex *infirmus*, quod reperitur in edd. vett., Erasm. et Morell.; *sum* abest ab iisdem edd. et a codd. Bab. Dein pessime *in carne — venisti* exhibet A. 6) *et* pro *ei* Mb et Ba. Mox *vidimus esurientem et scicientem* (sic) *pavimus te* A. 7) *Aut quando* Mb, *te* om. A. Pro *adduximus* restitui *abduximus*, ut supra *abduxistis*, ex iisdem libris, quibuscum in Test. utroque loco conspirat Ba, altero Mc. Dein *vestimus? Infirmum et in carcerem, et venimus ad te?*

carcere et venimus ad te? Tunc respondens [8]) *rex dicet eis: Amen dico vobis, quam diu* [9]) *fecistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet* [10]) *illis, qui ad sinistram sunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quem paravit* [11]) *pater meus diabolo et angelis eius. Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non potastis me* [12]); *hospes fui, et non abduxistis me; nudus, et non vestistis me; infirmus, et in carcere, et non visitastis me. Tunc*

Bb, *te vidimus infirmum et in carcere* edd. vett., Erasm. Grav. et Morell., *vidimus te infirmum* (sic et Mb) *et in carcerem* A, *infirmari et visitavimus te aut in carcere* Ver., *infirmari, et in carcere* ed. Manut.; *et* pro *aut* scribunt quoque W. Macd et Ba. 8) *Respondens tunc* A, *respondet rex et dicet* Mb, *dicit* Ba et pr. W, *eis* om. Bb. 9) Ita W. Bab. Mcd. Grav. Manut. Pamel., ceteri libri scripti et editi *quamdiu* aut *quandiu*. Tum *uni eorum* A, *horum minimorum fratrum eorum* Mb, *minimis* om. Md et A, *minorum* scribit Ba. 10) *dicit* Bb et pr. W. Quod in edd. Manut. et posterioribus additur *et* omisi praeeuntibus libris mss. W. Macd. Bab et A, quibuscum consentiunt Testim. editionesque vett., Erasm. Grav. et Morell. Pro *illis* iidem editi exhibent *iis* excepto Dav., in quo est *hiis*. Deinde codd. Ver. W et Ma scribunt *a sinistra* sine vocc. *eius erunt, a sinistra sunt* dant Ba et Mc, *ad sinistram sunt* Bb et A, item in Test. utroque loco W, in prior. Wb et Mc, in alt. Mb; *ad sinistram suam sunt* habet h. l. et Test. II. 30. p. 297. Mb; *ad sinistram* absque ullo additamento in Test. utroque loco Ba, alt. Mc; *a sinistris eius erunt* Md c. ed. Morell., *a sinistris eius sunt* in Test. III. 1. p. 303 legitur vulgo, *ad sinistram eius erunt* ibid. II. 30. p. 297, ut h. l. Quae cum ita sint, scribendum putavi *ad sinistram sunt* omisso pronomine *eius*; abest enim *αὐτοῦ* etiam a Graeco textu. 11) *praeparavit* Mb et Bb, *diabulo* Bb. 12) *et non dedistis mihi potum* Ma. Idem liber, ut supra, *hospis*. Tum *abduxistis* constanter W. Ma et Ba c. ed. Manut. Et ita in Test. utroque loco Wab. Ba et Mc, quibus accedit exemplar Manut. Legitur vulg. *adduxistis*. Deinde *nudus fui* A. Mox *in carcerem* Bb, tum *et non venistis ad me* Mb et h. l. et Test. II. 30. p. 297. Sic in poste-

muneribus meis caducis atque terrenis nemo pascitur, nemo vestitur [2]), nemo cibi alicuius aut potus solacio sustinetur. Cuncta inter furorem edentis et spectantis errorem prodiga et stulta voluptatum [3]) frustrantium vanitate depereunt. Illic [4]) in pauperibus tuis tu vestiris et pasceris, tu aeternam vitam operantibus polliceris; et vix tui meis perdentibus adaequantur, qui a te divinis mercedibus et praemiis caelestibus honorantur. Quid ad haec respondemus, fratres carissimi [5])? Sacrilegas sterilitates [6]) et quasdam tenebrarum nocte coopertas divitum mentes qua ratione defendimus, qua excusatione purgamus qui [7]) diaboli servis minores sumus, ut Christo pro pretio passionis et sanguinis vicem nec in modicis rependamus? Praecepta ille nobis dedit [8]), quid facere servos eius

---

2) *alitur*, e corr. *vestitur* Mb. Omittit *alicuius* vetus exemplar teste Rigaltio. Unde, opinor, docta illa manus in Gottingensi Manut. ed. exemplari hanc vocem linea infra ducta insignivit. Dein *et* pro *aut* Ba, *solacio* pro *solatio* scripsi c. W. Ba. Md et A, idque e corr. habet etiam Mb. 3) *voluptate* Mb. 4) *Illis* A. In seqq. *viam* pro *vix* Ba. Tum *perdentibus*, quod recepi, praestant codd. Ver. Corbeiens. W. Mad. Ba, a m. pr. Mc et tres Anglici. Concordant edd. Manut. et Morell., *pereuntibus* exhibent libri ante Manut. et post Morell. typis expressi et a r. m. Mc, *perditis* Mb et Cambr. ap. Pamel. Perperam *quia te* W. Bb et A, tum *praemia* Ba. 5) *dilectissimi* Ver. et A. 6) Ita Ver. W. Mabc. Ba tresque Anglici. Adnotat *Rigaltius*: „Sic vocat parcas et tenaces manus, quae de suo nihil largiuntur pauperibus.“ Legitur vulg. *sacrilega sterilitate*. *Sterilitate* absque voce *sacrilega* habet Md, *saccilegas* (sic) om. voc. *sterilitates* A. Dein *quasdam* pro *quadam* praebuerunt W. Ma et Ba. In Mb littera *s* erasa est. Ante *coopertas* A interserit *et*. 7) *q i a* (*i* ab r. m. superscr.) Bb. Pro *diaboli* edd. vett., Erasm. et Grav. dant *zabuli*. Tum *steriliores* pro *minores* exhibet ed. Dav. Mox *xpi precio* A, *propitio* Bb, *pro passionis pretio* Ba. 8) *nobis ille dedit* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *ille dedit nobis* Md. Proxime *servos eius* pro *servos suos* codd.

oporteret instruxit, operantibus praemium pol|licitus, sup- 245
plicium sterilibus comminatus sententiam suam protulit, quid iudicaturus sit et ante praedixit.

XXII.

Quae potest excusatio esse [1]) cessanti, quae defensio sterili, nisi quod non faciente servo quod praecipitur, dominus faciet quod minatur, qui et dicit [2]): *Cum venerit* [3]) *filius hominis in claritate sua, et omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suae, et colligentur ante eum omnes gentes, et segregabit eos ab invicem, quemadmodum pastor segregat oves ab haedis, et statuet oves ad dexteram suam, haedos autem ad sinistram?*

---

omnes. Tum *oportere*[t] W, *oportere* Ma, *oporteat* ed. Dav., *oportet* Mcd. Dein *pollicetur et sterilibus supplicium comminatur* edd. vett. c. Erasm., *et sterilibus supplicium* etiam Morell., *pollicetur, supplicium sterilibus comminatur* Md, (omisso *et*) *sterilibus supplicium* ed. Grav. Abest copula etiam a codd. W. Mabc. Bab et A idque recte; praestat enim asyndeton. Ceterum *comminatur* perperam item scribitur in W et Ma, *comminatis* in A. Mox *quod* pro *quid* Mb et Morell. Optime *et ante praedixit* exhibent edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Vid. ad Donat. cap. III. not. 1.

XXII. 1) *esse excusatio* A. In seqq. *dominus facit* Ba. Pro *qui et dicit* Mb *cum dicit*, A *dixit*. 2) Matth. 25, 31. 3) *venerit, inquit* A. Tum *in claritate* Ver., mei omnes et plures Anglici; item in Test. III. 1. p. 303. W. Ba et Mc pro *in maiestate sua*, quod reperitur etiam in Mb. Mox *claritatis* iidem libri. Ita et Grav. Morell. Oxon. c. posterioribus. Cf. Test. II. 30. p. 297; *in gloria* et *gloriae* exhibent edd. vett., Erasm. et Manut., *in gloria*, tum *claritatis* legitur ap. Pamel. Post *angeli* Bb addit *eius*. Idem post *ante* om. *eum* et v. *gentes* Ma, *segregavit* male scribit Ba, pro *eos* (*illos* exstat in Test. II. 30. p. 297 et III. 1. p. 303) idem liber, ut Ver., habet *eas*. Sed confirmatur vulgata lectio Graeco textu, in quo est *αὐτούς*. Dein *quemammodum* W, *quomodo* Test. II. 30. p. 297, ordine inverso *segregat pastor* A et Test. alt. l. W

respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando [13]) *te vidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum aut in carcere, et non ministravimus tibi? Et* [14]) *respondebit illis: Amen dico vobis, quam diu* [15]) *non fecistis uni ex minimis his, neque mihi fecistis. Et abibunt* [16]) *isti in ambustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam.*

XXIII.

Quid potuit nobis maius Christus edicere [1])? Quomodo [2]) magis potuit iustitiae ac misericordiae nostrae opera provocare, quam quod praestari dixit sibi quidquid

---

riore quoque loco Wab et Ba, itemque III. 1. p. 303. W c. Bb. Verba: *infirmus et in carcere et non visitastis me* desunt in A. 13) *quam* Bb. Vitiose *in carcerem* Bb et Md. Tum *administravimus tibi* Wa. Bb et Mc in Test. III. 1. p. 303, *visitavimus te* ibid. II. 30. p. 297. Wab. Mbc et Ba. 14) *Et* om. Ba. Dein *respondet* Mbc in Test. II. 30. p. 297, ubi Wab post *illis* addunt *rex.* 15) Ita W. Ba et Mcd, item edd. Dav. Erasm. Grav. Manut. atque Pamel., *quam* et in mg. *diu* Bb, *quando* A. Ceteri libri scripti et editi modo *quamdiu*, modo *quandiu*. Tum *non fecistis ex minimis hiis* A, *uni ex min. istis non fecistis* edd. vett., Erasm. Grav. et Morell., *fecisti* Ma. Idem et Md *hiis*, *meis* Mc in Test. II. 30. p. 297. 16) *habibunt* Ma. Bb et ed. Manut., *abibunt* pr., per ras. *ibunt* Mb, *ibunt* Mc et in Test. utroque loco Wa. Ita etiam edd. vett., Erasm. et Grav., *ambibunt* pr. W, *abiciunt* A. Pro *isti* (*iniusti* habent edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell.) Ba in Test. II. 30. p. 297 scribit *hi*. Dein *conbustionem* dant Bb. Md et A, *combust.* est in ed. Morell., *angustionem* (sic) in Mc, *in ignem aeternum* exhibent Ba et edd. vett. Vocc. seqq. om. A. Totum hoc colon in Test. loc. ante cit. abest a cod. Mc.

XXIII. 1) $\overline{xpe}$ *magis vis edicere* A, *magis cristus* ed. Dav., $\overline{xps}$ *maius* Mb. 2) $\overline{qn}$ i. e. *quando* Mc. Tum *et* pro *ac* W, male *operam* edd. vett c. Erasm., *praestare* Ma et pr. W, *id dixit sibi quicquid* edd. vett. Erasm. Grav. et Morell. Sed vocula *id* minut.

egenti praestatur et pauperi, et se dixit offendi, nisi egenti praestetur et pauperi, ut qui respectu fratris in ecclesia non movetur, vel Christi contemplatione moveatur, et qui non cogitat in labore atque in egestate conservum, vel dominum cogitet in ipso illo, quem despicit, constitutum? Et idcirco, fratres carissimi, quibus metus in deum [3]) pronus est, et spreto calcatoque iam mundo ad superna et divina animus erectus est, fide plena, mente devota, operatione continua promerendo domino obsequium praebeamus. Demus [4]) Christo vestimenta terrena indumenta caelestia recepturi, demus cibum et potum saecularem cum Abraham et Isaac et Iacob ad convivium caeleste venturi. Ne parum metamus, plurimum seminemus. Securitati ac [5]) saluti aeternae, dum tempus est, consulamus

---

litteris expressa est in Grav. *Quidquid* pro *quicquid* recte Mbc et edd. Manut. atque Pamel. Dein *praestatur* codd. omnes veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., *praestetur* Manut. Pamel. Rigalt. atque Oxon. Tandem alteram lectionem restituit Baluzius eumque secuti sunt Routhius et Goldhornius. Librarius codicis Md aberrans ad *praestetur* intermedia praetermisit. Verba: *et se dixit — pauperi* desunt in codd. Bb. A et in edd. vett. excepta Dav. Mox vocc. *in ecclesia* idem liber om. Tum *contemplatione xpi* ordine inverso scribit Mb. Proxime *et egestate* exhibent edd. vett., Erasm. et Grav., *atque egest.* edidit Morellius, *atque in egestate* ante eum correxerat Manutius comprobantibus libris meis omnibus ceterisque editoribus. Dein *servum* scribit Bb, statim *cogitat in illo ipso* A, tum *et constitutum* Ba. 3) *in dominum* Mc et A, *in domino* Bb, *pronus in deum* edd. vett., Erasm. et Grav. In seqq. *et ad divina* Bb. Deest *animus* in A, *iam erectus* habet Md, tum *mente divina, oratione continua in promerendo* A, *oratione* item Mc, *deum* pro *domino* Ba, *dominum* scribunt Mab. 4) *Debemus* a m. pr. W et Mc, *praebeamus* Ma. Vocc. *indumenta caelestia* r. m. addidit in Mb, *percepturi* legitur in Ma. Post *saecularem* Ba interserit *ut*. Tum *Habraam* Mac, *Habraham* W. Quod sequitur *et* idem liber veteresque edd., Erasm. et Grav. om. 5) *et* A. Infra

Paulo apostolo admonente et dicente [6]): *Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est ad omnes* [7]), *maxime autem ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim* [8]) *suo metemus.*

XXIV.

Cogitemus, fratres dilectissimi [1]), quid sub apostolis fecerit credentium populus, quando inter ipsa primordia maioribus virtutibus mens vigebat, quando credentium fides novo adhuc fidei calore fervebat. Domicilia tunc et praedia venumdabant [2]) et dispensandam pauperibus quantitatem libenter ac largiter apostolis offerebant terreno patrimonio vendito atque distracto, fundos illuc transferentes, ubi fructus caperent possessionis acternae, illic conparantes domos, ubi inciperent semper habitare. Talis tunc fuit in operationibus cumulus, qualis | in dilectione consensus, 246
sicut [3]) legimus in actis apostolorum: *Turba autem eorum, qui crediderant* [4]), *anima ac mente una agebant; nec*

---

ammonente Mad. 6) Galat. 6, 10 et 9. 7) *operemur bonum ad omnes* edd. vett., Erasm. et Grav., *bonum quod est* Md. Vid. de bono patient. cap. VII. Dein *autem* om. A, *vero* legitur de bono pat. l. c. 8) *autem* A. Post *metemus* Bb addit *non fatigenti*, immo scrib. *fatigati* (ἐκλυόμενοι), ut exhibent codd. Bod. 1 et 4. ap. Oxon. et antiqua versio Lat. Vid. *Sabatier.*

XXIV. 1) Ita codd. Ver. et mei omnes c. edd. Manut. et recentioribus, *carissimi* edd. superiores. Deinde *inter* pro *intra* codd. omnes. Mox *vigeat* Bb, *urgebat* A. Tum *nova* Bb. A et ed. Dav. 2) Ita Mcd et A c. edd. Manut. Morell. Pamel. Vid. Sillig. Praef. ad Plin. nat. hist. Tom. I. p. LXXII. *Venundabant* exhibent codd. et edd. rell. Pro *quantitatem* ante Manut. legebatur *facultatem.* Adv. *libenter* om. Bb. Mox vocc. *atque distracto fundos* W a corr. m. inter lin. habet. 3) *sic* Bb. Tum *in actibus* Ba. Md et a r. m. in mg. Mc. Vid. Act. 4, 32. 4) *crediderunt* A, *credebant* Mb. Dein *tua* pro *una* A. In seqq. *quisquam* Bb et A.

fuit inter illos discrimen ullum, nec quicquam suum iudicabant ex bonis, quae eis erant, sed fuerunt illis omnia communia. Hoc est [5]) nativitate spiritali vere dei filium fieri, hoc est lege caelesti aequitatem dei patris imitari. Quodcumque enim dei est, in nostra usurpatione [6]) commune est, nec quisquam a beneficiis eius et muneribus arcetur, quominus omne humanum genus bonitate ac largitate divina aequaliter perfruatur. Sic [7]) aequaliter dies luminat, sol radiat, imber rigat, ventus spirat, et dormientibus somnus unus est, et stellarum splendor ac lunae communis est. Quo aequalitatis [8]) exemplo qui possessor in terris reditus ac fructus suos cum fraternitate partitur, dum largitionibus gratuitis communis ac iustus est, dei patris imitator est.

Tum *iudicabat* A, *vendicabat* Bb, *vindicabant* Ver., *ex eis* pro *eis* Bb, *eis* om. A. Idem pro *fuerunt* habet *fuerant*. 5) Has voculas r. m. ad mg. adscripsit in Mc. Statim *novitate* Bb, *spirituali* Mc. A et a s. m. Md, *dei filium* W. Mabcd et Bab, *filium dei* A, *dei filios* editi. Mox *dei* om. Bb. 6) *operatione* Mb. Tum *quis* pro *quisquam* Bb. Proxime *ac* pro *et*, quod defit in Ba, exhibent Mc et Erasm. Grav. atque Morell. Dein *omne* a Bb abest. 7) *Sic* om. Ba, *luminat* optime scribunt Ver. W. Mac et Bb. Et sic Oxonienses ediderant; *luminati* habet Ba, *inluminat* Mb, *illuminat* legitur in Md et A, ut in edd. Dav. Erasm. ceterisque recentioribus praeter Oxon., *illuminati* in vett. edd. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 7. et ad dominic. orat. cap. I. not. 3. Pessime *ipiger* pro *imber* pr. Mc. Tum *inrigat* Ma, *irrigat* cod. Tegerns. Nr. 174, *irrorat* Ver. Pro *spirat* (ita recte A. Vid. *Gronov.* Observatt. in Scriptt. eccles. p. 570) *adspirat* W. Mab et Bab, item edd. Grav. et Goldh., *aspirat* Mcd c. ceteris editis. Deest *somnus* in A, *sompnus* habet exemplar Dav. Copulam ante *stellarum* om. edd. vett. et Erasm., *luna* scribit Mb, *communis* Md, *est* defit in Mc. 8) Ita Mc editionesque Erasm. Grav. Manut. Pamel. Oxon. et Baluz. c. Routh., *aequitatis* W. Mabd. Bab. A et edd. rell. De re conf. Epist. LXXVI. p. 157. Vocc. *in terris* om. W et Ma. Tum *reditus* recepi ex codd. W.

XXV.

Quae illa erit [1]), fratres carissimi, operantium gloria, quam grandis et summa laetitia, cum populum suum dominus coeperit recensere et meritis atque operibus nostris praemia promissa contribuens pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna praestare, offerre nos patri, cui nos sua sanctificatione restituit, aeternitatem nobis inmortalitatemque largiri, ad quam nos sanguinis sui vivificatione reparavit, reduces ad paradisum denuo facere, regna caelorum fide et veritate suae pollicitationis aperire? Haec haereant firmiter [2]) sensibus nostris, haec intellegantur plena fide, haec corde toto diligantur, haec indesinentium operum magnanimitate redimantur. Praeclara et divina res [3]), fratres carissimi, salutaris operatio, solacium grande credentium, securitatis

---

Mabc et Ba, quibuscum conspirant edd. SP. Venet. Kunn. Erasm. Manut. Pamel. Oxon. Goldh., *redditus* exhibent codd. et edd. rell. Deest *suos* post *fructus* in Ba. Post *imitator* Mc om. *est.*

XXV. 1) *erat* A. Idem liber *quo pullum suum cepit dns* (sic); *dominus* om. Bb. Tum *operationibus nostris* habet A et *repromissa* Ma. *Contribuens*, quod tuentur codd. Ver. et mei omnes, docta illa manus in Gottingensi exemplari ed. Manut. in *retribuere* mutavit. In seqq. *obferre* scribit W. Cf. ad cap. XVI. not. 3. et XVII. not. 5. Vocc. *nos patri* ibidem al. m. addidit, *patri nos* dat Mc. Dein *sanctificatione reparavit* intermediis omissis A. Partic. *que* ad voc. *inmortalitatem* al. m. adposuit in W. Post *sanguinis* Ma et Ba om. *sui*, quod corr. m. superscripsit in Mc. Tum perperam *reducens* Ma et A, quorum ille *dequo* pro *denuo*. Mox *virtute* pro *veritate* Ba. 2) *firmiter haereant* A. Vocc. *plena fide — diligantur* desunt in Bb, *et hec toto corde* scribit A, *haec toto corde tuo* Mc, in clausula *reddantur* Ba. 3) „Melius procederet oratio, si legeretur *res est.*“ *Routhius.* Pro *carissimi* W et Mab exhibent *dilectissimi.* Deinde *solacium*, quod recepi, W. Mad et Ba,

nostrae salubre praesidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati, res posita in potestate facientis, res et grandis et facilis, sine periculo persecutionis, corona pacis, verum dei munus et maximum, infirmis necessarium, fortibus gloriosum, quo Christianus adiutus praefert gratiam spiritalem, promeretur Christum iudicem, deum conputat debitorem. Ad hanc operum salutarium palmam libenter ac prompte certemus, omnes in agone iustitiae deo et [4]) Christo spectante curramus, et qui saeculo et mundo maiores esse iam coepimus, cursum nostrum nulla saeculi

---

solatium ceteri libri scripti et editi. Vid. *Wagner.* l. c. p. 472. Paulo post *monumentum* Mbc, *muniencium* (sic) A. Proxime *tutela* (alt. *l* a r. m. supra addit.) Mc, vocc. *fidei medela* r. m. inter versus supplevit in Mb, *medella* scribunt W et Mac, item Manut. Cf. ad Donat. cap. IV. not. 7. Dein *et res posita* habent edd. vett. c. Erasm. et Mor. Ita ab m. r. Mc, ubi pr. legebatur *reposita*, quod reperi in Md et A. Statim *facientes* W. Ma et A, *facienda* Ba. Voc. *res* defit in Mb. Quod subsequitur *et* om. edd. vett., Erasm. Grav. et Morell. In seqq. *donum* pro *munus* habet Ba, *infirmis* a r. m. in mg. Mc. Ante *fortibus* Mb interserit copulam *et*, qua carere possumus. Idem liber male scribit *quod* pro *quo*, *adiutus* in Bab depravatum est in *ac iustus*. Pro *perfert* (ita primus ediderat Manutius eumque secuti sunt Pamelius, Oxonienses ceterique editores recentiores) e codd. Md et A recepi *praefert*. Et sic correxit iam Morellius et post eum Rigaltius (in adnot.), laudans Nostrum de bono patient. cap. II. init., ubi legitur: *Nec vestitu sapientiam, sed veritate praeferimus. Prae se effert* exstat in edd. vett., Erasm. et Grav., *perferre* vitiose habent Bb et Mc, quorum hic in mg. a r. m. *prae se fert*. Idem liber *spiritualem*, Bab *spiritale*. Tum $\overline{xpi}$ W et Ma, *dominum* pro *deum* A. 4) Abest *deo* ab A, *et* a Bb. Dein pr. *expectante* W, per ras. *pectante* (sic), *sperante* pr. Mc. Ante *mundo* pro coniunctionis particula *et*, quam agnoscit etiam Ver., in Gottingensi Manut. edit. exemplari vir doct. ad mg. adposuit *ac*, ut legitur in edd. vett, Erasm. et Grav., quibus adstipulatur A. Deinde idem liber perverse scribit: *cepimus si expeditos, si celeres esse iam cepimus, cursum nulla seculi*

et mundi cupiditate tardemus. Si expeditos, si celeres, si in hoc operis agone currentes dies nos vel [5]) reditionis vel persecutionis invenerit, nusquam dominus meritis nostris ad praemium deerit. In pace [6]) vincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in persecutione purpuream pro passione geminabit.

---

et mundi cupiditate tardemus. Si expeditos etc.; *ac mundi* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Grav. 5) *vel* om. A. Tum *reditionis* dant codd. W. Mab. Ba et A, nec aliter pr. legebatur in Mc. Conspirant edd. Dav. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. et Baluz. Adnotat *Rigaltius:* „In Corbeiensi et Veronensi *reditionis,* ut opponat reditionem, quae spontanea videtur, persecutioni, quae est violenta. Vel potius reditionem intelligit in paradisum, unde expulsus peccator Adamus et progenies Adami infecta peccato. Hoc peccatum abolevit Christus atque inde boni Christiani redeunt in paradisum, quo Cainus fratricida non rediit, inquit Cyprianus lib. de zelo et livore sub finem.“ Vocc. *vel persecutionis* om. Bb. Statim *nunquam* habet Ver., *dominum* oscitantibus librariis irrepsit in codd. W et Ma, *nostris meritis* scribit Mb. 6) *Pacem* pro *in pace* Ba. Tum *coronam vincentibus* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Vitiose deinde *in persecutionē purpurā* Ba, *purpoream* Mab, *purpureū* Bb. Verb. *geminabit* a m. pr. omissum alia addidit in W.

DE

BONO PATIENTIAE *).

I.

De patientia locuturus, fratres dilectissimi [1]), et uti- 247
litates eius et commoda praedicaturus, unde potius incipiam, quam quod nunc quoque ad audientiam vestram patientiam video esse necessariam, ut nec hoc ipsum, quod auditis et discitis sine patientia facere possitis. Tunc enim demum sermo [2]) et ratio salutaris efficaciter discitur, si patienter quod dicitur audiatur. Nec invenio, fratres dilectissimi, inter ceteras disciplinae caelestis [3]) vias, quibus ad consequenda divinitus praemia spei ac

---

*) Ita Mab et Bb, *de patia* (sic) W, *de patientia* Ba. Mcd et tres Anglici, ut Tertullianeus eiusdem argumenti liber inscribitur. Lemmate caret A.

I. 1) *kuī* A. Tum *utilitate* Ba et *quomodo* pro *commoda* Bb. Mox *quid quod* A. Pro *quoque* Mb ponit *video*, quod infra omittit. Dein *ad audiendam* perperam Bb. Proxime *esse* om. Ver. Bb et Mc. Tum *hoc* deest in W. Coniunctionem ante *discitis* r. m. superscripsit in Mc. Ibidem mutile legitur *possit*. 2) *sermo demum* Ba, *sermo dei* A. Pro *dicitur* Mc *discitur* et *auditur* pro *audiatur* Ba. 3) *disciplinae caelestis* recepi e codd. W. Mabcd. Bab et ed. Morell., *caelestis disciplinae* habet A, ut vulgati libri. Paulo post *quod*

fidei nostrae secta dirigitur, quid magis sit vel utilius ad vitam vel maius ad gloriam, quam ut qui praeceptis dominicis obsequio timoris ac devotionis innitimur, patientiam maxime tota observatione tueamur. Hanc se [4]) sectari philosophi quoque profitentur. Sed tam illic patientia falsa est [5]), quam et falsa sapientia est. Unde enim vel sapiens esse vel patiens possit qui [6]) nec sapientiam, nec patientiam dei novit, quando ipse de his, qui sibi sapere in mundo videntur, moneat et dicat: *Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium* [7]) *reprobabo.* Item beatus apostolus Paulus [8]) plenus spiritu sancto et vocandis formandisque gentibus missus contestetur et instruat dicens [9]): *Videte ne quis* [10]) *vos depraedetur per philo-*

---

magis utilius sit ad vitam A. Deest *magis* in ed. Dav. Hoc adverbium cum comparativo iunctum non abundat, sed auget. Ita apud Nostrum Ep. 35. p. 48: *Non invenio quem beatiorem magis dicam.* De eadem vi vocis μᾶλλον apud Graecos dixi ad Synes. de providentia in linguam vernaculam versum p. 270. In seqq. *et devotionis imitamur* scribit A, *adnitimur* Mb et cum Bb *patientia.* Pro *tueamur* Bb. Mc et ed. Dav. exhibent *teneamus* (*teneamur* A). 4) *se* a m. pr. omissum in Mc post *sectari* superscriptum est. Tum *quoque philosophi* exstat in edd. vett., *proph'e* (i. e. *prophetae*) in A, *philosophi quique* in Ver. 5) *est* om. A. Dein alio ordine edd. Veneta ceteraeque Manutiana antiquiores habent *sapientia falsa est.* 6) *nec sapiens vel patiens esse possit item* (sic) *qui* A. Statim *nec patientiam, nec sapientiam* Mb et pr. Mc, *dei* om. Bb. Tum *quando de hiis* ed. Dav. (*hiis* etiam A et Md), *quando de iis* ceterae edd. vett. una cum Erasm. et Morell., *quando ipse dominus de iis* Grav., *quando ipse de iis* Manut. Pamel. Rig. Oxon., *quando ipse de his* recte Baluzius. Deinde *in hoc mundo* Mb et Bb, *videntur in mundo* A. Pro *moneat* edd. vett. exhibent *ipse moneat* excepta Dav, in qua est *ipse dominus moneat.* Vid. Hesai. 29, 14 et 1. Cor. 1, 19. 7) *sapientum — prudentum* A, *sapientium hominum* Ver. 8) *Paulus apostolus* A, Bb om. nomen *Paulus.* Dein *con vocandis* (*con* a r. m. superscripto) Mb. 9) Coloss. 2, 8. 10) *qui*

sophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis. Et alio loco [11]): *Nemo se,* inquit, *decipiat* [12]). *Si qui* [13]) *putat sapientem se esse in vobis, mundo huic stultus fiat, ut fiat sapiens. Sapientia enim mundi huius stultitia est apud deum* [14]). *Scriptum est enim* [15]): *Reprehendam* [16]) *sapientes in astutia ipsorum.* Et iterum [17]): *Cognovit dominus* [18]) *cogitationes sapientium quia sunt stultae.* Quare si [19]) sapientia illic vera non est, esse non potest et vera patientia. Nam si patiens [20])

W. Ma et Bb, *vestrum* pro *vos* A. Tum *depraedetur* c. glossa *decipiat* a r. m. superscripta dat Mb. Idem liber cum Bb *et secundum elementa.* Dein *habitat* Ba. Mcd et pr. W, item Baluz., *inhabitat* ceteri libri tam scripti, quam editi praeter Bb, in quo est *inhabitabat.* Cf. *Sabatier.* 11) Additur *dicit* in Mb. Vid. 1. Cor. 3, 18. 12) *Neque, inquit, se decipiat* A. 13) Ita W, *si quis* Mb, *qui* (*si* omisso) Bb, *si quis* codd. rell. et vulgati libri. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 1. Dein *se putat sapientem esse* Mb et Bb c. ed. Baluz., *se sapientem esse* Dav. Grav. et cod. A, *se esse sapientem* Md, *sapientem se esse* W. Mac et Ba, item Noster in Testim. III. 69. p. 321. Concordant edd. rell. Mox *ut sit sapiens* Mb. Ba veteresque edd. c. Erasm. et Grav. 14) Desunt haec in A; *enim* om. edd. Gravianam antecedentes. Tum *huius mundi*, ut Test. l. c., exhibent W Mb et veteres edd. c. Erasm. Grav. atque Morell. Ita primo legebatur etiam in Mc, in quo proxime correctum est *deum* ex *eum.* 15) Iob. 5, 13. 16) *Reprehendens* W. Mac. Ba (exstat in Graeco ὁ δραπσόμενος), *reprehendes* Test. l. c., *comprehendam* ed. Dav. Tum *in astutias* Mb et *eorum* pro *ipsorum* A, ut libri ante Manut. editi. 17) Additur *dicit,* ut supra, in Mb. Vid. 1. Cor. 3, 20. coll. Psalm. 93, 11. 18) *deus* Ver. W. Macd et Bb, *dominus cognovit* Test. l. c. In Graeco est κύριος γινώσκει. Dein Ver. habet *hominum sapientium*, Mc et A dant *sapientum* et pro *sunt stultae* edd. Manutiana antiquiores *stultae sunt.* 19) *Quare? si* W et Ba, *quare quia si* A, *si* r. m. supra addidit in Mc. Tum *non est vera* A. 20) Ita codd. W. Macd. Bab. A. Vindob. et octo

ille est, qui est humilis et mitis, philosophos autem nec humiles videmus esse nec mites, sed sibi multum placentes et hoc ipso, quod sibi placeant, deo displicentes, adparet illic non esse patientiam, ubi sit insolens adfectatae libertatis audacia et exserti ac seminudi pectoris inverecunda iactantia.

II.

Nos autem, fratres dilectissimi [1]), qui philosophi non verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapientiam, sed veritate praeferimus, qui virtutum conscientiam magis, quam iactantiam novimus, qui non loquimur magna, sed vivimus, quasi servi et cultores dei, patientiam, quam magisteriis caelestibus discimus, obsequiis spiritalibus praebeamus.

Anglici omnesque fere edd., *sapiens* Mb. Pamel. Rigalt. Baluz. Statim *humilis et mitis est* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Tum *esse videmus* W. Dein *tantum* pro *multum* Ver. moxque *hoc ipsum* Ba. Ante *adparet*, vulg. *apparet* (vid. ad Demetr. cap. VIII. not. 5.) Mb infercit *unde*. Post *illic* expunxi *veram*, quod mei libri et septem Anglici non agnoscunt et merito omiserat Manutius. Voc. *patientiam* in Mb r. m. corrupit in *sapientiam*. Dein *adfectatae* pro *affectatae* habent W. Mab et Bab, statim *ubertatis* mendose scribit Mb.

II. 1) *carissimi* exhibent edd. Manutiana antiquiores. Tum *facti sumus* Bb et A. Verba: *sed veritate proferimus* (sic) — — *iactantiam* in cod. Mc r. m. ad mg. addidit, utpote pr. omissa. Dein *magis conscientiam* dant libri ante Gravium editi. Ba perperam habet *loquitur*. Verba proxima edd. SP. Ven. Kunn. et Remb. mirum quam ita invertunt: *sed quasi servi et cultores vivimus dei.* Male Dav.: *sed facimus sic vivimus quasi* etc. Pro *quasi* in Ver. scribitur *qua*. Erasmus post *dei* puncto distinxit. Ad illustrandum hunc locum egregie facit *Minucius Felix* cap. XXXVIII. §. 8.: *Nos non habitu sapientiam, sed mente praeferimus; non loquimur magna, sed vivimus*, quem Noster ob oculos habuit. Statim A *patientiam magis*. Tum *spiritualibus* Mc.

Est enim [2]) nobis cum deo virtus ista communis. Inde patientia [3]) incipit, inde claritas eius et dignitas caput sumit. Origo et magnitudo patientiae deo auctore procedit. Diligenda [4]) res homini, quae deo cara est. Bonum, quod amat, maiestas divina commendat. Si [5]) dominus nobis et pater deus est, sectemur patientiam domini pariter et patris, quia et servos esse oportet obsequentes et filios non decet esse degeneres. Qualis vero in deo [6]) et quanta patien|tia, quod in contumeliam suae maiestatis 248
et honoris instituta ab hominibus profana templa et terrena figmenta et sacra sacrilega patientissime sustinens super bonos et malos aequaliter facit diem nasci [7]) et lumen solis oboriri, et cum imbribus terras rigat, nemo a beneficiis eius excluditur, quominus iustis similiter et iniustis indiscretas pluvias largiatur. Videmus inseparabili aequalitate patientiae nocentibus et innoxiis, religiosis et impiis, gratias agentibus et ingratis dei nutu tempora obsequi [8]), elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, gran-

---

2) *enim* om. Ba. Laudatur hic locus a *S. Augustino* contra duas epist. Pelag. IV. 9. §. 25. T. X. p. 484. D. 3) *sapientia* A. 4) *Diligentia* Bb. Dein *ac bonum* W. Bb et ed. Dav., in qua est *divina maiestas commendandum*. Ante *commendat* r. m. superscripsit *atque* in Mb, *commendat* habet Md. 5) *Et si* Ba. Tum *deus nobis et dominus et pater est* ed. Dav, *pater et deus est* A, *et deus pater est* ceterae edd. vett. c. Er. Statim *sectamur sapientiam* A. Mox idem om. *pariter*. Pro vulgat. *oportet esse* receptum *esse oportet* e codd. W. Mabc. Bab et A. Dein *esse non decet* scribitur in Bb. 6) *in deo* om. A. 7) Alio ord. *nasci diem* A et c. ed. Dav. *oriri*, quod in Ma per ras. enatum est ex *oporiri* (sic). Pro *terras* edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. habent *terram*. Tum *rigat* a m. pr., ab r. *rigari* Mb. Praepositionem ante *beneficiis* r. m. superscripsit in Mc. Mox *iustis* deest in A. 8) *tempora obsequi* om. edd. vett. Dein *inspirare ventos* scribit Ba. Pro *grandescere* Morellius e cod. antiquo dedit *candescere*. Tum

descere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. Et cum crebris, immo continuis exacerbetur offensis deus, indignationem suam temperat et praestitutum [9]) semel retributionis diem patienter exspectat, cumque habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam sustinens scilicet clementer et differens, ut, si fieri potest, multum malitia protracta aliquando mutetur et homo in errorum et scelerum contagione volutatus vel sero ad deum convertatur ipso monente et dicente [10]): *Nolo mortem morientis, quantum ut revertatur* [11]) *et vivat.* Et iterum [12]): *Revertimini ad dominum deum vestrum, quoniam misericors et pius est et patiens* [13]) *et multae miserationis et qui sententiam flectat adversus malitias inrogatas.* Quod [14]) item beatus apostolus Paulus commemorans et

---

mitescere recepi ex codd. W. Mabc. Bb et A. Ita iam Erasm.; *maturescere* Ba. Md editionesque vett., Baluz. et Goldh. Dein *bonis* pro *pomis* Bb. 9) *praestitutam* Bb. Paulo post idem liber *magis vult.* Adv. *diu* post *patientiam* interponit A. Paulo post *multa malitia* Bb, *multum malitiae* Ma. Tum *in errorem* pr., ex mutat. *in errore* Mb. Statim *contagio* Ver. W et Ma. 10) Hiezec. 18, 32. 11) *tantum revertatur* W. Vid. de laps. cap. XXIX. p. 116. ed. Tubing. ibique lectt. varr. et *Sabatier.* Tom. II. p. 787. Quae vulgo sequuntur: *Et iterum: Revertimini ad me, dicit dominus,* utpote omissa in W. Mabc. Bab. A et in ed. Manut. delenda censui. 12) Addit Mb: *per prophetam dicit.* Vid. Ioel. 2, 13. 13) *misericors et pius est et patiens* W. Mabc. Ba editionesque ante Baluz. omnes. Ita Noster etiam in Epist. 52. p. 73 et de laps. l. c. *Pius es* habet Md, *misericors est, pius et patiens* Bb. Om. *est* cod. A et ed. Baluz. Dein *flectat sententiam adversus malitiam irrogatam* A, *malitiam inrogatam* Bb, *malitias inrogatas* (vulg. *irrog.*) W. Mab et Ba. 14) *Et quod* Bb, pro *item*, quod om. W. Mad. Ba. A et exemplar Dav., in Mb scribitur *et.* Neque *item*, neque *et* habent Mcd. Deest *beatus* in A, *commemorans* dat Md, *commemorat* Bb.

peccatorem ad paenitentiam revocans proponit et dicit [15]): *An,* inquit [16]), *opulentiam bonitatis eius et sustinentiam et patientiam contemnis, ignorans quoniam patientia et bonitas dei ad paenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor inpaenitens thesaurizas* [17]) *tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.* Iustum iudicium dei dixit esse [18]), quia serum est, quia diu multumque differtur, ut homini ad vitam longa dei patientia consulatur. Tunc repraesentatur [19]) paena impio et peccatori, quando iam non potest paenitentia prodesse peccati.

Deinde *ad patientiam revocans* W et loco verbi *proponit* A *promittit.* 15) Rom. 2, 4. 16) Ita solus Ma, *an num quid* W et Bb, *an numquid* ceteri mss. itemque edd. SP. Venet. Kunn. Remb. et Baluz. c. Goldh., *an nunquid* Dav. et Erasm., *aut nunquid* Mor. Tum *et sustinentiam* om. Ba, *sustinentiam et patientiam eius* habent Ver. et Benev., *sustentionis et longanimitatis* legitur in edd. vett. et Erasm., *sustentationis et longanimitatis* in Grav, *sustentationes, et longanimitatis* in Mor., *sustinentiae et longanimitatis* dant Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. Veram lectionem demum restituit Baluzius eamque confirmant W. Macd. Bb. A et ipse Noster in Test. III. 35. p. 316. In Mb post *patientiam* additur *dei*, *contempnis* scribitur in Ba et Mcd, *contempnitis*, *ignoratis* in A. 17) *thensaurizas* Ma, *thesaurizat* Bb. Mox *in diem irae* Ver. Neap. et Bab. In seqq. pro *opera* Mb habet *facta* et *eius* pro *sua* A. 18) *esse* om. A et verba proxima: *quia serum est,* Mc. Infra Ba scribit *longam*, tum *dei paenitentia* Bb. *Dei* excidit in A. Voc. *patientia* pr. omissum in Mc r. m. ad mg. addidit. Male *consolatur* W. 19) *praesentatur* Ba. Mox *prodesse paenitentia* Ma. *Peccati*, ut edd. Baluziana et Goldhorniana, exhibent quoque codd. Ver. Vat. 3. W et Macd, *peccanti* scribunt Mb. Ba et A concordantibus edd. Erasm. et recentioribus ante Baluz. omnibus, *peccatis* reperitur in Bb.

III.

Atque ut plenius intellegere possimus [1]), fratres dilectissimi, quia patientia dei res est et quisquis lenis et patiens et mitis est, dei patris imitator est, cum in evangelio suo dominus praecepta in salutem daret et divina monita depromens ad perfectum discipulos erudiret, posuit et dixit: *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tibi et odio habebis inimicum tibi* [2]). *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros et orate pro eis, qui vos persecuntur* [3]), *ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim dilexeritis eos* [4]), *qui vos diligunt, quam mercedem habe-*

III. 1) *possemus* Mc et A, *posse* Ma et pr. W, in quo al. m. correxit *possimus*. Mox *lenis est* pro *res est* habet ed. Dav. Quod sequitur *et* in Mc r. m. supra addidit. Dein *quisquis* in codd. et edd. vett., si excipias Remboltianam, corruptum in *quisque*. Post *lenis* coniunctionis particulam *et* om. W. Mabc. Ba. A. In seqq. *praecepta sua* scribit Mb. Paulo post *suos discipulos* A, tum *proposuit dicens* Bb. Vid. Levit. 19, 18 et Matth. 5, 43. 2) *dictum est antiquis* et h. l. et de zelo et livore cap. XIII. not. 1. legitur in ed. Dav. Recepi deinde *proximum tibi* et *inimicum tibi* ex codd. Ver. Benev. W. Ma et Bab. Ita pr. exhibebat quoque Mc; rec. autem m. utroque loco posuit *tuum* idque reperitur, ut in vulgatis libris, in codd. Md et A; *tuum — tibi* scribit Mb. Pro *odio habebis* (similiter Noster Epist. ad Fortunatum cap. XI. p. 268: *quod nos mundus odio habiturus esset*) in Ver. Benev. et Md, ut ap. *Tertullian.* adversus Marcion. IV. 35., legitur *odies*. Cf. de zelo et livore l. c. et *Sabatier.* ad hunc Matthaei locum. 3) *persecuntur* W. Mabc et Bab, *persequuntur* ceteri c. vulg. libris. Vid. ad Donat. cap. VIII. n. 8, de dominic. orat. cap. IX. not. 9. XII. 9. Statim *fili* Ma. Abest *vestri* a Bb. Mox idem habet *faciat*. Tum *pluet* Mb, *pluet* Ba. 4) *eos* om. Bb. Dein *habetis* dant W et Mab.

bitis? Nonne et publicani sic faciunt [5])*? Et si salutaveris fratres vestros tantum, quid amplius facietis* [6])*? Nonne et* [7]) *ethnici id ipsum faciunt? Eritis itaque* [8]) *vos perfecti, quomodo pater vester caelestis perfectus est.* Sic perfectos dixit fieri dei filios [9]), sic consummari ostendit et docuit caelesti nativitate reparatos, si patientia dei patris maneat in nobis, si similitudo divina, quam peccato Adam perdiderat, manifestetur et luceat in actibus nostris. Quae gloria [10]) est similem deo fieri, qualis et quanta felicitas habere in virtutibus quod divinis laudibus possit aequari? Nec hoc, fratres dilectissimi, Iesus Christus dominus et deus noster [11]) tantum verbis docuit, sed

---

5) *Nonne et publicani sic faciunt* W. Mabc et Ba c. ed. Grav., *nonne et sic publ. faciunt* Ver., *nonne sic et publ. fac.* edd. Manut. Pam. Rig. Oxon. Baluz., *nonne ut publ. hoc fac.* A, *hoc* pro *sic* item Bb. Vat. 4. Md. Morell., *nonne hoc publ. f.* edd. vett., *nonne hoc et publ. f.* Erasm. Statim *eritis itaque* intermediis omissis Md. 6) *facitis* W. Mabc. Ba. A. 7) *et* om. Ma et Bb. Pro *id ipsum* A habet *hoc.* 8) Ita Ver. Benev. Neap. W. Mabcd et Bab c. ed. Morell. (est in Graeco ἔσεσθε οὖν), *eritis vos itaque* A, *estote itaque* vulg. *Estote* in Mc r. m. ad mg. addidit. Dein *quomodo* (*quemadmodum* exstat ap. *Tertullian.* adversus Marcion. I. 24.) pro vulg. *sicut* praebuerunt codd. Ver. Benev. Neap. et mei ad unum omnes, item ed. Dav. 9) *fieri dixit* Bb, tum *filios dei* Mb. Dein *sicut* pro *sic* A. Proxime *si*^{c} *patientia* (*sapientia* Mb) — — *si*^{c} *similitudo* (littera *c* utroque loco ab al. m. superscripta) Ma. Mox *in vobis* A. Infra idem *in actibus vestris.* 10) *gloriae* Bb, *enim* pro *est* Mc. 11) *Iesus Christus dominus et deus noster* scripsi cum codd. Mabc. Bab et ed. SP, *Ies. Chr. dominus* *et deus* *noster* (vocc. *et deus* ab al. m. supra additis) habet W, *Ies. Chr. et dominus deus nost.* dant ceterae edd. vett. c. Erasm. et Mor., *Ies. Chr. et dominus nost.* legitur in A, *Chr. Ies. dominus nost.* in Md, *dominus et deus nost. Ies. Chr.* in exemplari Grav., *Ies. Chr. deus et domin. nost.* receperunt Manut. Pam. et posteriores. Statim *et docuit* Ma. Tum *adinplevit* Neap., *adimplevit* edd. vett. c. Er. et Grav.

inplevit et factis. Et qui [12]) ad hoc descendisse se dixerat, ut voluntatem patris faceret, inter cetera magnalia et mirabilia virtutum, quibus indicia divinae maiestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiae tenore servavit. Omnis denique actus | eius ab ipso statim ad- 249
ventu patientia comite signatur [13]), quod primum de illa sublimitate caelesti ad terrena descendens non aspernatur dei filius carnem hominis induere et, cum peccator ipse non esset, aliena peccata portare. Inmortalitate interim posita fieri se et [14]) mortalem patitur, ut innocens pro nocentium salute perimatur. Dominus baptizatur a servo [15]) et remissam peccatorum daturus ipse non dedignatur lavacro regenerationis corpus abluere. Diebus quadraginta

---

12) *Et qui* W. Mabcd. Bab, item ed. Manut., *et quia* cod. A c. ceteris editis. Mox pro *mirabilia* (ita Baluzius et a corr. m. Mab, *mirabilia* (sic) Bb) W. Mcd. Ba. A et edd. rell. exhibent *admirabilia,* quod in Ma per ras. immutatum est in *mirabilia*, codex autem Ver. scribit *magnalia*. Ita Noster Epist. VII. p. 15 in fin.: *divinae maiestatis solita magnalia*, Epist. LVIII. p. 96: *magnalia divinae protectionis*, de zelo et livore cap. IV. fin.: *Obtrectantes magnalibus, quae ille faciebat*, Epist. LV. p. 82 infra: *ipsum dominum magnalia et mirabilia summa facientem*. Dedi igitur *magnalia et mirabilia*; nam *et mirabilia* primo legebatur etiam in Mb. Dein edd. vett., Erasm. et Grav. habent *suarum virtutum*, Manut. Pam. et recentiores *virtutum suarum*. Sed codd. W. Mabcd. Bb et A merito om. *suarum*, quod glossam sapit, idque expunxit iam Morellius. In seqq. Ba dat *servabit* sollemni errore. 13) *Omnis — actus — — — signatur* codd. W. Mabd. Bab. A et sex ap. Oxon. c. ed. Mor., item a m. pr. Mc; *omnes — — — signantur* vulg. Perperam *significant* ed. Dav. et in clausula *portaret* Mbd et Bab. 14) *et* om. Mb et A. Omisso *ut* hic liber habet *perimitur*, in W et Ma est *perematur*. Correxit r. m. in Mb. 15) *a servo baptizatur* Mb. Tum *remissa* idem liber, Bab. Md et A. Deinde *lavachro* A et ed. Morell.

ieiunat [16]) per quem ceteri saginantur. Esurit et famem sentit [17]), ut qui in fame sermonis et gratiae fuerant caelesti pane saturentur. Cum [18]) diabolo temptante congreditur et inimicum tantum vicisse contentus nihil ultra verba conatur. Discipulis non ut servis dominica potestate praefuit, sed benignus [19]) et mitis fraterna eos caritate dilexit. Dignatus est [20]) etiam pedes apostolorum lavare, ut, dum circa servos talis est dominus, exemplo suo dŏceret qualis circa conpares et aequales debeat esse conservus.

IV.

Nec mirandum quod [1]) circa obedientes talis exstiterit qui Iudam potuit usque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico capere, hostem domesticum scire, nec palam ostendere, traditoris osculum non recusare. In [2]) Iudaeis vero tolerandis aequanimitas quanta

---

16) *ieiunavit* A. 17) *Esuriit et famem sensiit* (sic) A, *esuriit et famem sensit* Ba, *fam̄ sentitur* Bb. Dein *et* om. Male *saturarentur* edd. vett. una cum Erasm. Grav. et Morell. 18) *Et* pro *cum* moxque *ingreditur* A, *diabulo* W et Ma. Paulo post *nil* pro *nihil* edd. vett, item Erasm. Grav atque Morell. Pro *conatur* Bb *contendit*. 19) Post *benignus* in Mb r. m. superscripsit *et misericors*. 20) Om. *est* W. Ma. Bab et A, *dignatur* scribunt Mcd. Pro *ut, dum* A *et qū̄* (i. e. *quoniam*), quod in hoc libro valet *et cum*. Dein *talis esset* edd. vett. cum Erasm. et Grav.

IV. 1) *si* pro *quod* Bb. Tum *obaudientes*, ut Ba et duo libri Anglici, tacite Baluzius. Lectionem autem a me receptam praestant ceteri codd. omnes. Deinde *Iudan* scribit Ma. In seqq. *cibum capere* pro *cibum sumere*, ut legebatur ante Baluzium, exhibent codd. Ver. Benev. Neap., viginti Baluziani, quinque Anglici et mei ad unum omnes. Post *domesticum* A infercit *enm*. Mox reperitur *recussare* in Ma. De qua scriptura adnotavi ad Ambros. de off. I. 29. §. 142. Ceterum vid. Matth. 26, 20 seqq. et 49. 2) *In* om.

et quanta patientia incredulos ad fidem suadendo flectere, obsequio ingratos fovere, contradicentibus respondere leniter, superbos sustinere clementer, humiliter persequentibus cedere, prophetarum interfectores et adversus deum semper rebelles usque ad crucis et passionis horam velle colligere; sub ipsa autem passione et cruce, priusquàm ad crudelitatem necis et effusionem sanguinis veniretur, quae convitiorum probra patienter audita, quae contumeliarum tolerata ludibria, ut [3]) insultantium sputamina exciperet qui sputo suo caeci oculos paulo ante formasset et cuius nomine a servis nunc eius diabolus cum angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur, coronaretur spinis qui martyres floribus coronat aeternis, palmis in faciem verberaretur qui palmas veras vincentibus tribuit, spoliaretur veste terrena qui indumento inmortalitatis ceteros

---

Ba. Deinde *aequanimitas tolerandis qualis et quanta* scribit Mb. Coniunctionis particula deest in A. Vocc. *obsequio ingratos fovere* om. Mb. Tum *leviter* pro *leniter* habet A. In seqq. pro *adversum deum* recepi *adversus deum* e codd. meis, quibuscum consentiunt edd. Grav. et Mor. 3) *aut* W et Ba. Tum *sputa* A, *spumata,* in mg. *sputamina* Mc. Ante *exciperet* Erasmus invitis codicibus inseruit *patienter*, quod probaverunt editores posteriores praeter Morellium et Baluzium omnes; *misericordia excipiet* perperam habet A. De re vid. Ioann. 9, 6. Mox *a* (pro *et*) *cuius nomine* A *et cuius in nomine* Bb et Md. Praepositionem *in* cod. W a corr. m. in mg. habet. Conspirant edd. quoque vett., nec non Erasm. et Grav., in quibus deinde legitur *nunc a servis eius zabulus.* Morellius autem dedit *et cuius nunc in nomine a servis eius diabolus,* Manutius, Pamelius et recentiores scripserunt *et in cuius nomine a servis nunc eius diabolus.* Sed codd. Mabc. Ba et A *in* iure om. E *nunc* enatum est *tunc* in Mc, *eius* in Ma deest. Mox *flagella ipsa* exstat in Macd, *pateret* in Bb. Respexit Noster h. l. Matth. 27, 26, 28 sqq. et 34. Dein *martyras* W. Ba et pr. Mac itemque ed. Manut. Perperam *verberatur* Ba et A. In clausula

vestit, cibaretur felle qui cibum caelestem dedit, aceto potaretur qui salutare poculum propinavit! Ille innocens, ille iustus, immo innocentia ipse et ipse iustitia [4]) inter facinorosos deputatur et testimoniis falsis veritas premitur, iudicatur iudicaturus et dei sermo ad victimam tacens ducitur. Et cum [5]) ad crucem domini confundantur sidera, elementa turbentur, contremescat terra, nox diem cludat, sol, ne Iudaeorum facinus aspicere cogatur, et radios et oculos suos subtrahat, ille non loquitur, nec movetur, nec maiestatem suam sub ipsa saltem passione profitetur. Usque ad finem perseveranter ac iugiter [6]) tolerantur omnia, ut consummetur in Christo plena et perfecta pa-

---

codd. Ver. Benev. Neap. 2. W. Ma. Bab et A dant *salutari poculo*. Ita pr. legebatur etiam in Mb: *poculum salutare* inverso ordine habent edd. vett. et Erasm. c. Grav. Tum *propinabit* permutatione solita scribitur in Mb. 4) Ita W. Mbcd et Bab veteresque edd. c. Erasm. Manut. et Mor. Similiter Noster Ep. 52. p. 73: *pater bonus, misericors et pius, immo ipse bonitas et misericordia et pietas. Innocentia et ipse iustitia* mutile habet A, *innocentia ipsa* (in mg. *ipse*) *et ipse iust.* ed. Grav., *innocentia ipsa et sua iust.* (voculis *et sua* ab al. m in ras. positis) Ma, *innocentia ipsa et ipsa iust.* dederunt Pamelius, Rigaltius, Oxonienses et Baluzius. In seqq. *et* ante *dei* al. m. supra addidit in W, inverso ordine *sermo dei — ducitur tacens* exhibet A. 5) *Et dum* Mb. *Crucem* in eodem libro r. m. superscripsit. Pro *domini* reperitur *venit* in Ma. Dein *contremescat* pro vulgato *contremiscat* recepi e codd. W. Mab et Ba eodemque modo in libro de zelo et livore cap. VI. restitui Nostro formam *ingemescere* pro vulgari *ingemiscere*. Vid. ibi adnot. 4. Mox *cludat* W. Macd. Bab et exemplar Morell., *excludat* Grav., *claudat* vulg. Partic. *et* ante *radios*, tum *oculos* om. Neap., *et oculos et radios suos* scribit Md. Deest *saltem* in A, *saltim* dant W et Ma, *salute passionis* e *salutem passione* habet Mb. 6) *atque iugiter* A, *et iugiter* Mbd et Bb. Dein *tolerat* (pr. *toleratur*) Mb. Mox *in ipso* pro *in Christo* A et Vat. 1. Tum Ba *perfectaque* et *innocentia vel patientia* Md.

tientia. Et post ista [7]) adhuc interfectores suos, si conversi ad eum venerint, suscipit et patientia salutari ad conservandum benignus ecclesiam suam nemini cludit. Illos adversarios, illos blasphemos, illos nominis sui [8]) semper inimicos, si paenitentiam delicti agant, si admissum facinus adgnoscant, non solum ad indulgentiam criminis, sed ad praemium regni caelestis admittit. Quid potest patientius, quid benignius dici? Vivificatur Christi sanguine etiam [9]) qui fudit sanguinem Christi. Talis est Christi [10]) ac tanta patientia, quae nisi tanta ac talis exsisteret, Paulum quoque apostolum ecclesia non haberet.

---

7) Addidit Pamelius e quattuor mss. *omnia* eumque secuti sunt editores posteriores. Sed codd. W. Macd. Bab et A additamentum istud rite omittunt. Quare expunxi. Deinde *ad deum* A, tum *fuerint* pro *venerint* edd. Manutianam antecedentes et Morelliana. Statim *salutari patientia* A, *patientia sua salutari* edd. vett., item Erasm. Grav. et Morell. Tum *ad conservandos benignos* exhibent Bb et Md veteresque libri editi, *ad conservandos benignus* Erasmus et Gravius. Adiecerunt iidem, Pamelius et Baluzius *et patiens* repugnantibus codd. Ver. W. Mabc. Ba et A. Dein *cludit* W. Ba. Md et a m. pr. Mab, item edd. Erasm. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. atque Oxon., *claudit* Mab (a s. m.) et A c. edd. rell. 8) *nomini suo* A. Paulo post *suum* pro *admissum* Ma, tum *adgnoscant* W et Ma, *agnoscant* vulgo. Cf. ad librum de mortal. p. 108. not. 3. Praepositionem ante *indulgentiam* pr. omissam in Mc r. m. inter lin. supplevit. Post *sed* Bb. A veteresque edd. c. Erasm. et Morell. particulam *et* recte om. Vid. ad librum de dominic. orat. cap. VII. n. 2. Dein *admitti* scribit Bb. 9) *et* A, *effudit* edd. ante Manut. et Morelliana, *Christi sanguinem* A. 10) *Christus* W. Ma. Bab et a m. pr. Mb, a sec. tamen *Christi*. Tum *et* pro *ac* cod. A, pro *ac tanta* Mc *sancta*. Ante *tanta* Ba infercit *Christo*. Mox *tanta ac talis* W. Md. Bb veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., *tanta et talis* Mab. Ba et A, *talis ac tanta* edd. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. atque Baluz. Post *ecclesia* Pamelius e cod. Cambronensi, quocum conspirat Mb, addidit *dei*, quod glossam redolet.

V.

Quod si et [1]) nos, fratres dilectissimi, in Christo sumus, si ipsum indui|mus, si ipse est salutis nostrae via, 250 qui Christum vestigiis salutaribus sequimur, per Christi exempla gradiamur, sicut Ioannes apostolus instruit dicens [2]): *Qui dicit se in Christo manere debet, quomodo* [3]) *ille ambulavit, et ipse ambulare.* Item Petrus, super quem ecclesia domini dignatione [4]) fundata est, in epistula sua ponit et dicit [5]): *Christus passus est* [6]) *pro vobis relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore eius, qui, cum malediceretur, non remaledicebat, cum pateretur, non minabatur, tradebat autem se iudi-*

V. 1) *Quod et si* Mc et A. Tum *fratres carissimi* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Mox *illum induimus* Ba, *ipso induimur* A. Dein *est* om. edd. Venet. Dav. Kunn. et Remb. Pro *Christum* in Bb legitur *Christi.* 2) 1. Ioann. 2, 6. 3) *quo modo* W, *ubi* A. 4) Mb addit *divina.* 5) 1. Petr. 2, 21 seqq. 6) *est* in Mc r. m. superscripsit. Statim *pro vobis* (ὑπὲρ ὑμῶν) Ver. Neap. W et Mab, *pro nobis* Bab. Mcd. A et vulgati libri. Tum *vobis relinquens* (ὑμῖν ὑπολιμπάνων) Ba, *nobis relinquens* Morell. Cf. de zelo et livore cap. IX. in f. Paulo post *nec inventus est dolus* Bb et edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell., *est* om. W. In seqq. *remaledicebat,* ut vulgo, W a m. pr. (exstat in Graeco ἀντελοιδόρει), *remaledixit* Ver. W (a s. m.). Mab et Ba; ita et Test. III. 39. p. 317 conspirantibus libris Mbc. In illo loco *maledicebat* Bb et A veteresque edd., *maledixit* Mcd et in Test. l. c. W c. Ba. Ante *cum* repetitur *qui* in Mb et Bb. Tum *non minabatur* (οὐκ ἠπείλει) Ver. Vat. W. Mbcd et Ba, nec aliter Test. l. c., vitiose *nominabatur* (pro *non minabatur*) Ma, *non comminabatur* Bb et A, ut vulgo legitur. Cf. *Sabatier.* Statim *tradebat se autem iudicanti iniuste* scribit Mc, *trad. autem iud. se iniuste* Ba. Pronomen *se,* quod vulgati libri excepto Morelliano ante *iniuste* insertum habent, recte omittunt, ut Mc, etiam W. Mabd. Bb et A itemque Test. l. c.; legitur enim in Graeco:

canti iniuste. Invenimus denique et [7]) patriarchas et prophetas et iustos omnes, qui figuram Christi imagine praeeunte portabant, nihil magis custodisse in laude virtutum suarum, quam quod patientiam forti et stabili aequanimitate tenuerunt. Sic Abel [8]) originem martyrii et passionem iusti initians primus et dedicans adversus fratrem parricidam non resistit, nec reluctatur, sed humilis et mitis patienter occiditur. Sic [9]) Abraham deo credens et radicem ac fundamentum fidei primus instituens, temptatus in filio non dubitat, neque cunctatur, sed praeceptis dei tota patientia devotionis obsequitur. Et Isaac [10]) ad hostiae dominicae similitudinem praefiguratus, quando a patre immolandus offertur, patiens invenitur. Et Iacob [11]) fugatus a fratre de terra sua patienter excedit et maiore patientia postmodum supplex adhuc magis impium et persecutorem muneribus pacificis ad concordiam redigit.

παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. 7) Om. *et* Mad et Bb. Tum *et iustos et omnes* habet Ba moxque pro *praeeunte* Bb *pereunte*. Statim *nihil aliud* Ba et *maius* pro *magis* Bb. Deinde *in laudem* Md et a m. pr. Mbc. In seqq. *tenuerant* pr. exhibebat Bb. 8) *Habet* Mc. Vid. Gen. 4, 8. Pro *iusti* Ba dat *iustitiae*, A *iuste*. Voc. *hominis*, quod vulgo additur post *iusti*, recte om. Ver. Benev. Neap. W. Mac et Ba. Proxime *adversus* r. m. superscripsit in W, *parricidam* praestant W. Mabd. Bab et A, nec aliter pr. legebatur in Mc. Concordant edd. Grav. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. et Goldh., *fratricidam* habent Mc a r. m. et edd. rell. Dein *restitit* dat Mb. 9) *Si* a m. pr., e corr. *si*^{c} Mc. Idem liber *Habruam, Abraam* A. Vid. Gen. 22, 1—3. Mox *et fundamentum* A. Pro *primus* Mb *primum*. 10) Gen. 28. Praepositionem *ad* r. m. supra addidit in Mb, *ab hostiae dominicae similitudine* habet Ba. Tum *obfertur* W. 11) Gen. 32. Pro *de terra* in edd. vett. et in Erasm. Grav. atque Morell. invenitur *de domo*. *Sua* abest a Bb. Statim *cum* pro *et*, tum *maior* scribit idem liber. Deinde v. *redigit* a r. m. in Mb corruptum est in *redegit*.

Ioseph [12]) venumdatus a fratribus et relegatus non tantum patienter ignoscit, sed gratuita frumenta venientibus largiter et clementer inpertit. Moyses [13]) ab ingrato et perfido populo contemnitur frequenter et paene lapidatur, et tamen lenis et patiens pro isdem dominum deprecatur. In David [14]) vero, ex quo secundum carnem Christi nativitas oritur, quam magna et mira et Christiana patientia, habuisse in manu saepe ut Saul regem persequentem se et interficere concupiscentem posset occidere, et tamen subditum sibi et traditum maluisse servare, nec rependisse inimico vicem, sed occisum adhuc insuper et vindicasse! Tot denique [15]) prophetae interfecti, tot martyres gloriosis mortibus honorati, qui omnes ad caelestes coronas patientiae laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum et passionum corona, nisi praecedat in dolore et passione [16]) patientia.

---

12) *Iosep* Ma. De re vid. Gen. 37, 27. Pro *venundatus* Md. A et edd. Dav. Manut. atque Pamel. exhibent *venumdatus*, quam scripturam praetulit *Silligius* ad Plin. natur. hist. T. I. p. LXXII. Tum *ligatus* A, *religatus* Mbd. Post *sed* Mc merito om. *et*. Vid. ad cap. IV. not. 8. Dein *gratis — largitur* scribit A moxque *inpertit* Mb, *impartit* A, *impertit* dant ceteri, ut vulgati libri. De re vid. Gen. 45, 4—5. 13) Exod. 32, 11. Statim *contempnitur* Macd. Bb et A cum ed. Dav. Tum *paene* recte W. Mb et edd. Manut. ac Pamel., *pene* vulg. Vid. ad librum de opere et eleemos. cap. XX. fin. Pro *eisdem* recepi *isdem* ex W et Ma, *hisdem* exhibet Ba, *hiisdem*, ut solet, A. Tum *domino* Ma, *deum* scribunt Mbc. 14) 3. Reg. 20 seq. Omittitur *ex quo* in Ba, item *et* post *mira* in Mb. Idem liber infra dat *possit occidere*. Quod sequitur *et* defit in Bb, alterum in Ba. Pro *nec* A habet *quam*. Post *occisum* Ba interponit *magis*. Dein *ad hoc* scribit A, *et*, quod h. l. cum emphasi positum est, idem liber male omittit. Vid. ad Donat. cap. III. n. 2. 15) *deinde* Bb et Md, *interfecti* antiqua manus superscripsit in W. Dein *gloriosi martyres gloriosis mortibus* exhibent

VI.

Quam sit autem patientia utilis et necessaria, fratres dilectissimi, ut manifestius possit et plenius [1]) nosci, dei sententia cogitetur, quam in origine statim mundi et generis humani Adam praecepti immemor et datae legis transgressor accepit. Tunc sciemus quam patientes esse in isto saeculo [2]) debeamus, qui sic nascimur, ut pressuris istic et conflictationibus laboremus. *Quia audisti,* inquit [3]), *vocem mulieris tuae et manducasti ex* [4]) *illa arbore, de qua sola praeceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia et gemitu edes ex ea* [5]) *omnibus diebus vitae tuae. Spinas et tribulos eiciet* [6]) *tibi et edes pabulum agri. In sudore* [7]) *vultus tui edes panem tuum, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quoniam terra es et in terram ibis.* Huius sententiae vinculo conligati [8]) omnes et constricti sumus, donec morte expuncta de isto sae-

---

edd. Venet. Dav. Kunn. et Remb., *mortibus* om. A. 16) *passione* in Mc deest, *tolerantia* pro *patientia* scribitur in Mb.

VI. 1) *et plenius possit* A veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Statim *dei scientia* A. Mox *et* om. ed. Dav. Infra *accipit* dat Mb. 2) *in isto saeculo esse* inverso ordine habent edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. Tum *isthic Augustinus* contra duas epist. Pelag. IV. 8. §. 22. T. X. p. 481. D., ubi h. l. laudat, *illic* Bb. Dein *afflictationibus* A. 3) Gen. 3, 17 sqq. 4) *ex* defit in A. Post *manducares* Mb et Bb addunt *ex ea manducasti.* Voc. *operibus* om. Neap. 5) *ex ea* om. Bb. 6) *eiciet* pro vulg. *eiiciet* W. Mabd. Bab et A. Deinde *agri tui* A. 7) *Et in sudore* W et Ma, *cum sudore* Bb et Md. Pro *de qua* uterque hic liber *ex qua.* Tum *adsumptus* Ba, *et sumptus* W, *et sumtus* Ma, *quoniam* (vulg. *quia*) W. Mabcd. Bb et A itemque *Augustinus* l. c. Pro *terra* A *de terra.* 8) *conligati* W. Mb. Ba, *coligati* Ma, *colligati* codd. rell. et vulgati libri. Dein *morte expuncta* codd. omnes veteresque edd.

culo recedamus. In tristitia et gemitu simus [9]) necesse est omnibus diebus vitae nostrae, edamus panem necesse est cum sudore et labore. Unde unusquisque [10]) cum nascitur et hospitio mundi huius excipitur, initium sumit a lacrimis et quamvis adhuc omnium nescius et ignarus nihil aliud novit in illa ipsa prima nativitate, quam flere. Providentia naturali la|mentatur, vitae mortalis [11]) anxie- 251
tates et labores et procellas mundi, quas ingreditur, in exordio statim suo ploratu et gemitu rudis anima testatur; sudatur enim, quam diu istic [12]) vivitur, et laboratur. Nec sudantibus et laborantibus possunt alia magis, quam patientiae subvenire solacia [13]): quae cum apta sint et necessaria in isto mundo universis, tunc magis nobis, qui diabolo inpugnante plus quatimur, qui in acie cotidie

---

c. Erasm. Grav. et Morell., item *Augustinus* l. c.; *expuncta morte*, ut legitur in libro de mortalit. cap. III. fin., exhibent edd. rell., *morte expugnata* scribit cod. Mon. 174. Mox *recedemus* Ma et pr. W. 9) *sumus* W. Mab. Ba. A et pr. Mc. In seqq. W. Mb et Bb *cum labore et sudore*. Sed nihil mutandum. Habet Noster etiam infra *sudatur et laboratur*, tum *sudantibus et laborantibus*. 10) Ita codd. omnes et edd. vett. c. Erasm. Manut. atque Mor. Addunt Gravius, Pamelius et recentiores sine causa *nostrum*. Deinde *huius mundi* dant Bab veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Defit *mundi* in A. Mox *omnium adhuc* habet Ba. Omissa coniunctione *et* Bb scribit *ignorans*, proxime *in ipsa illa* Mb. 11) *vitae temporalis* cod. Ver, *vita mortalis* Bb. Ante *exordio* praepositionem om. W et Ma, *statim* deest in Ba, *et gemitu* in Mc et A, *vel gemitu* exhibent edd. vett. et Erasm. Grav. atque Mor. Tum *rudi anima* Manut. 12) *etenim quamdiu istic* A, *istic quam diu* Bb, *quamdiu* W, *quam diu* Mabcd. Bb et A, *et laboratur* Mc om. 13) *solacia* W. Mbd. Ba et A, *solatia* libri rell. scripti et editi. Deinde *sint* post *apta* r. m. superscripsit in Md, item *mundo* in Mc. In seqq. pro *tum*, quod invexit Erasmus, e codd. W. Mabd. Bab et A, quibuscum faciunt edd. vett., recepi *tunc*, quod in Mc male mutatum est in *tamen*. Mox *diabulo* est in Ma et pro *stantes* in Mb *stamus*. Mox *con-*

stantes inveterati et exercitati hostis conluctationibus fatigamur, quibus praeter varias et adsiduas temptationum pugnas in persecutionum quoque certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus carcer, portandae catenae, animae inpendendae, gladius, bestiae, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac paenarum genera fide et virtute patientiae perferenda domino ipso instruente et dicente [14]): *Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo* [15]) *autem pressuram habebitis; sed fidite, quoniam ego vici mundum.*

VII.

Si autem qui diabolo [1]) et mundo renuntiavimus, pressuras et infestationes diaboli et mundi crebrius ac

---

luctationibus pro *colluctationibus* scripsi cum W. Mab et Ba, *conflictationibus* habet Bb. Post *pugnas* edd. vett. et Erasm. interponunt *et*. Verba *relinquenda sunt — — — omnia* desiderantur in Ba. Pro *gladius, bestiae* Mb dat *gladiis, bestiis*. Mox idem liber om. *ac*. Deinde Ma mendose scribit *patientia* (ita etiam Ba) *et perferenda*. Pro *ipso*, quod omittit Bb, in A reperitur *isto*. 14) Ioann. 16, 33. 15) *In saeculo* Mb veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., nec aliter legitur in Epist. ad Fortunat. cap. XI. p. 268 et in Test. III. 6. p. 306, ubi Ba *in saeculum* scribit. Dein *pressura* Ba. Verb. *habebitis* (*habebatis* exstat in edd. vett.) abest a Ver. W. Mabd. Bab. Vat. 2 et A itemque ab Epist. ad Fortunat. l. c.; comparet tamen in Test. Sed etiam h. l. omittitur a codd. Mbc et Ba. Tum *videte* Mb. Ba et A, *credite et confidite* Bb. *Confidite* in Epist. ad Fortunat. item exhibent Mcd et a corr. m. Mb, quorum hic etiam in Test.; legebatur enim in hoc libro utroque loco *fidete*, qui error in Test. occupavit codices quoque W. Ba et A. Ceterum vulgatam *fidite* tuentur libri typis exscripti. Statim *quia* pro *quoniam* Ba. Dein *vici saeculum* editi in Ep. ad Fortunat. et in Test. W. Ba et Mc.

VII. 1) *diabulo* Bb, *dyabulo* A. Tum *renuntiamus* Manut. Statim *infectiones diaboli* Bb. Paulo post *debemus tenere* edd. vett.

violentius patimur, quanto magis patientiam tenere debemus, qua adiutrice et comite omnia infesta toleremus? Domini et magistri nostri [2]) salutare praeceptum est: *Qui toleraverit,* inquit [3]), *usque ad finem, hic salvus erit.* Et [4]) iterum: *Si permanseritis* [5]) *in verbo meo, vere discipuli mei estis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.* Tolerandum est et perseverandum [6]), fratres dilectissimi, ut ad spem veritatis et libertatis admissi ad veritatem et libertatem ipsam pervenire possimus, quia hoc ipsum, quod Christiani sumus, fidei et spei res est. Ut autem pervenire spes et fides ad fructum sui possint [7]), patientia opus est. Non enim praesentem gloriam sequimur [8]), sed futuram secundum quod et Paulus apostolus monet dicens [9]): *Spe salvati sumus. Spes autem, quae*

---

c. Erasm. et Mor., *retinere* Ba. 2) *nostri* om. Manut. 3) *inquit* abest a W. Sumpsit haec ex Matth. 10, 22. Tum A *in finem.* 4) *Et* ab al. m praemissum in W. 5) H. l. *inquit* om. codd. omnes. Quapropter expunxi. Vid. Ioann. 8, 31. Omisso pronomine adiect. *meo* A habet *veri* (*vere*, ἀληθῶς, recte scribunt ceteri) moxque (pro vulgato *eritis*) *estis,* quod convenit cum Graeco ἐστε ap. Evangelistam. Ita etiam Ver. Vat. 2. W et Mabcd. Conspirant in Ep. ad Fortunat. p. 266. W. Mabcd. Ba et Italici omnes. Dein *liberavit* errore solito W et Ma. 6) *Tolerandum est et perseverandum* Mabc et Ba. Cf. de mortalit. cap. XVIII. init. Legitur vulgo *tolerandum et persev. est*; Bb et Md om. *est,* dein coniunctionis particulam *et* al. m. superscripsit in Mb. 7) Ita codd. omnes c. edd. Grav. et Morell. Correxit ita etiam vir doct. in Gottingensi Manutianae editionis exemplari huius loci vulgarem verborum ordinem, qui sic habet: *ut autem spes et fides ad fructum sui possint pervenire.* 8) *consequimur* Mb. Dein *sed futuram*, *sed quod* edd. vett. et Erasm., *sed fut. secundum quod* Grav. c. Morell. Praepositionem deletam a Manutio, quem secuti Pamelius, Rigaltius et Oxonienses, iure addidit vir doct. in Gottingensi exemplari. Mox *et* om. Bb. Mc et libri ante Baluz. editi; habent tamen Ver. Benev. W. Mabd. Ba et A. *Apostolus Paulus* scribit W. 9) Rom. 8, 24.

videtur, non est spes. Quod [10]) *enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* [11]). Propterea exspectatio [12]) et patientia necessaria est, ut id, quod esse iam coepimus, inpleamus et quod speramus et credimus deo repraesentante capiamus. Denique alio in loco idem apostolus iustos et operantes et divini faenoris [13]) incremento caelestes thesauros sibi recondentes, ut patientes quoque sint, instruit et docet dicens [14]): *Ergo dum tempus habemus, operemur quod bonum est* [15]) *ad omnes, maxime*

---

10) *Quid* Ma. 11) *id speramus*, tum *per patientiam speramus* Bb, ut legitur in Test. III. 45. p. 318, ubi tamen W et Ba *per patientiam exspectamus* praebent; *per exspectationem speramus* dant Ver. W et Ma, *per spectationem* (sic) *speramus* habet Mb, *per expectationem expetamus* Mc. 12) *Propterea,* quod in Mc r. m. supra addidit, om. Ver. Mbd et Bab; *propterea exspectatio* Ma et A. Proxime *iam* inserui ex cod. Mb; locutio enim *esse iam coepimus* Nostro perquam familiaris est. Vid. infra cap. IX., ad Donat. cap. IV., de op. et eleemos. cap. ult. c. fin., de zelo et liv. cap. XII., ubi bis legitur, item de habitu virg. cap. II. p. 121. Tum *speramus et credimus* pro *credimus et speramus* praebuerunt codd. omnes, *speravimus et credimus* dat Morell. Similiter supra ponitur *spes et fides* (cf. cap. VIII., de mortalit. cap. XIV et XV. init., ubi exstat: *qui — spe vivimus et in deum credimus*, adde ad Demetr. cap. XVII. p. 182 et 183). Lectionem *repraesentante,* quam ex undeviginti libris suis, sexque Anglicis et testimonio Flori pro *praestante* (ita W et Mc in mg.) restituit Baluzius, confirmant codd. Ver. Benev. et mei ad unum omnes. 13) Ita Mac et Bb. Vid. *Sillig.* Praefat. ad Plin. natur. hist. T. I. p. LXXI. et *Wagner.* de orthogr. Vergil. v. *faenilia.* Inverso ordine ed. Dav. habet *fenoris divini.* Ante *caelestes* insertum *et* in A, *the*^{n}*sauros* (*n* ab al. m. superscripto) dat W et *reponentes* pro *recondentes* Ver. Tum *et docet* om. A. 14) Gal. 6, 10 et 9. 15) *operemur bonum* Bb et Mc (v. *bonum* ab al. m. supra addit.), *operemur bonum quod est* Md. Vid. ad librum de op. et eleemos. cap. XXIII. in f. et *Sabatier.* ad hunc

vero ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus. Admonet [16]) ne quis inpatiens in operatione deficiat, ne quis temptationibus aut avocatus aut victus in medio laudis et gloriae itinere desistat et pereant praeterita, dum quae coeperant desinunt esse perfecta, sicut scriptum est [17]): *Iustitia iusti non liberabit* [18]) *eum in quocumque die exerraverit.* Et iterum [19]): *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Quae vox adhortatur patienter et fortiter perseverare, ut qui ad coronam laude iam proxima [20]) nititur durante patientia coronetur.

VIII.

Patientia autem, fratres dilectissimi, non tantum bona custodit, sed et [1]) repellit adversa. Spiritui [2]) sancto favens et caelestibus ac divinis cohaerens contra facta

---

apostoli locum. Pro *vero*, quod om. Mc, Mb habet *autem*. Tum *fide*^{i} Ma. Post *metemus* r. m. in Mb supra addidit *non deficientes*. 16) *Ammonet* W. Praepositionem ante *operatione* om. Ba. In eodem libro pro *deficiat* perperam scribitur *despiciat*, proxime *advocatus* pro *aut avocatus* in Bb, tum in Ba *itineris*, in A *temere*, deinde *praetereant praeterita* in Mb moxque *desinant* in Bb. 17) Hiezec. 33, 12. 18) *liberavit*, ut supra (vid. not. 5.), Mb; *quocumque* (vulg. *quacumque* aut *quacunque*) W. Mabcd et Bab. Congruunt in Ep. ad Fortunat. cap. VIII. p. 266. W. Mac et Ba, *quacumque*^{o} h. l. habet Mb. Tum *exerravit* male exemplar Dav., *peccaverit* cod. Ver. *Exerraverit* item in Ep. ad Fortunat. l. c. una cum editis codices W. Mabd et Ba, *exe*^{r}*craverit* Mc. 19) Additur *dicit* in Mb. Vid. Apocal. 3, 11. 20) *ad coronae laudem iam proximam* Mb, *ad coronam laudis* (ita et Bb) *iam proximam* Md, *ad coronam et laudem iam proximam* edd. vett. c. Erasm. et Grav., *ad coronam et laudem, ad quam proxime nititur* Morell.

VIII. 1) *et* om. A. 2) *Spiritu* Mb. Deest *sancto* in A, *et*

carnis et corporis, quibus anima expugnatur et capitur, virtutum suarum propugnaculo reluctatur. Inspiciamus denique pauca de multis [3]), ut de paucis intellegantur et cetera. Adulterium, fraus, homicidium mortale crimen [4]) est. Sit [5]) fortis et stabilis in corde patientia, et nec adulterio sanctificatum corpus et dei templum polluitur, nec iustitiae dicata innocentia contagione fraudis inficitur, nec post gestatam eucharistiam manus gladio et cruore maculatur. Caritas fraternitatis vinculum est [6]), fundamentum | pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quae et spe 252
et fide maior est, quae et opera et martyria praecedit, quae nobiscum in regnis caelestibus permanebit. Tolle illi [7]) patientiam, et desolata non durat; tolle sustinendi tolerandique substantiam, et nullis radicibus ac viribus

corporis idem om. Dein pro *capitur* habet *quatitur,* Bb *carpitur.* 3) *pro multis* Ba. 4) *crimen* pr. omissum a r. m. in mg. habet Mc. 5) *Sic* Md et A. Post *et* Ma om. *nec*, quod al. m. supra addidit in W. Mox *nec dei templum* scribit Ba, tum pro *polluitur* A *tuetur,* Mb *polluatur* (e *polluitur*), *ne* pro *nec* Ma, dein *contagio* exhibent Ver. W. Ma et A, *inficitur* in Mb r. m. corrupit in *inficiatur.* Verba sequentia om. A. *Potest* pro *post* perperam scribit Ba, *gestatam,* quod pro *gustatam* (ita Bb et Mc) restituit Pamelius, egregie confirmant Ver. W. Mabd et Ba. De re vid. *Baluz.* adnotat. coll. *Cangii* Glossar. med. et infim. Latinit. v. *Eucharistia.* Dein *magnus* pro *manus* Ba et *maculetur* (pr. *maculatur*) Mb. 6) Pr. *et* Mc. Post v. *est* in Mb superscriptum legitur *et.* Tum *et firmitas* habet A. Mox *quae et martiria opera* (sic) *praecedit* Md Statim idem liber, ut vulgo: *quae nobiscum semper aeterna apud deum in regnis caelestibus permanebit.* Sed v. *aeterna* h. l. superfluum esse nemini non liquet, ideoque a cod. Ma iure abest; etiam vocabulis *apud deum*, quae omittuntur in Ver. W. Mabc. Bab et A et in novem Anglicis, ob sequentia, quibus res satis significanter expressa est, commode carere possumus. 7) *illam* Md, *filii* Ba, *ibi* A. Recte abest *illi* post alterum *tolle* a W. Mabc. Ba et A, ut ab edd. vett., item ab Erasm. Manut. Pamel. atque Oxon.

perseverat. Apostolus denique [8]) cum de caritate loqueretur, tolerantiam illi et patientiam iunxit. *Caritas*, inquit [9]), *magnanima est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non inflatur, non inritatur, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Ostendit inde [10]) illam perseverare tenaciter posse, quod norit omnia sustinere. Et [11]) alio loco: *Sustinentes*, inquit [12]), *invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in coniunctione pacis.* Probavit nec unitatem servari posse, nec pacem, nisi [13]) se invicem fratres mutua tolerantia foveant et concordiae vinculum patientia intercedente custodiant.

IX.

Quid deinde, ut non iures, neque maledicas, ut [1]) tua ablata non repetas, ut accepta alapa et alteram maxillam

---

8) *Apostolus denique Paulus* habet A. Deinde *illic* pro *illi* Bb, *illi* post *patientiam* ponunt edd. vett. et Erasm. Statim *iuncxit* Bb, de qua scriptura vid. quae adnotavi ad *Ambros.* de off. p. 312, *subiunxit* dat W, *vixit* A. 9) *inquit*, quod om. edd. vett. c. Erasm. et Grav., in Ma superscriptum legitur. Vid. 1. Cor. 13, 4. Post *malum* addunt Ba et Lin. ap. Oxon.: *non gaudet super iniquitatem, conlaetatur autem in veritate.* Verbo *sustinet* statim adiungit A *et in alio loco* intermediis omissis. 10) *in die* Ma. Dein *tenaciter* om. edd. vett. excepta Dav., *ut tenaciter possit*, *qui* exhibent Erasm. et Grav. Pro *noverit*, ut legitur apud Baluzium et in cod. Md, reduxi *norit* ex W. Mabc et Ba, quibuscum faciunt edd. fere omnes, *novit* est in Bb et exemplari Dav. 11) *Item* Ver., tum *alio in loco* vulg., *in alio loco* Mc et A. Omittunt *in* W. Mabd et Bab, quos secutus sum. Vid. Ephes. 4, 2. In Bb additur *dicit.* 12) Abest *inquit* a Ver. et Neap., *inquiens* habet ed. Dav. Mox *in vinculo pacis* Mc. 13) *nisi* a m. pr. omissum recentior ad mg. addidit in Mc.

IX. 1) *nec maledicas et tua* A. Post *alapa* Ba *et* om. De

verberanti praebeas, ut fratri in te peccanti non tantum septuagies septies, sed omnia omnino peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut pro adversariis et persecutoribus precem facias? Poterisne [2]) ista perferre nisi patientiae et tolerantiae firmitate? Quod factum [3]) videmus in Stephano, qui, cum a Iudaeis vi et lapidibus necaretur, non sibi vindictam, sed interfectoribus veniam postulabat dicens [4]): *Domine, ne statuas illis hoc* [5]) *peccatum.* Sic esse oportuit [6]) primum martyrem Christi, qui martyres secuturos gloriosa morte praecurrens non tantum praedicator esset dominicae passionis, sed et patientissimae

---

re vid. Matth. 5, 34 seqq. In seqq. *non tantum septuagies septies, sed omnia* Bb et ed. Manut., ita etiam Pamel. Rigalt. et Oxon. c. Goldh., quae male exhibent *sed et omnia; non tantum LXXVII.* (supra correcto ab r. m. *septuagies septies*), *sed omnia* Mb; *non tantum LXX et VII., sed omnia* W; *non tant. septuaginta et septem, sed omn.* Macd. Ba et A; contra edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. *non tantum septies, sed septuagies* (*septuagesies* Dav.) *septies, sed omnia* easque et duos libros vett. secutus est Baluzius ante *omnia* perperam interserens *et.* Vid. Matth. 18, 21 sq. Infra *preces facias* A, *pacem facias* Bb. 2) *Non poteris* Bb. Pro *perficere*, quod exstat in edd. vett., Mor. et recentioribus, ex codd. W. Mabcd. Bb. A et quinque Anglicis, quibuscum concordant edd. Erasm. Grav. atque Manut., restitui *perferre*; *praeferre* sollemni permutatione scribitur in Ba. Exhibent deinde edd. vett. Erasm. Grav. Mor. et Baluz.: *nisi patientiae et tolerantiae teneas firmitatem*, quae interpolatoris cuiusdam manum redolent. Cf. ad Donat. cap. IV. n. 1. Correxit Manutius *patientiae et tolerantiae firmitate* probantibus Pamelio et Oxoniensibus, eandemque lectionem egregie confirmant codd. Mbcd. Bab et A, *patientia et tolerantiae firmitate* levi errore habet W, *patientia et tolerantia* (sic) *firmitate* Ma, *per patientiae et tolerantiae firmitatem* dant Neap. 3) *factum est* Ma, *factum esse* cod. Mon. 174. Tum *vidimus* Mc. Deinde *qui* in A deest. 4) Act. 7, 60. 5) *hoc* om. Mc. 6) *oportet* edd. vett. Mox *martyras* pro *martyres* W. Mac et Ba c. ed. Manut. Tum *sequuturos* Mc, male *sequitur* Ma. Post *non tantum* cod. Mon. 174. infercit *ut.*

lenitatis imitator. Quid dicam de ira, de discordia [7]), de simultate, quae in Christiano esse non debent? Sit patientia in pectore [8]), et haec illic locum habere non possunt; aut si adire temptaverint, cito exclusa discedunt, ut domicilium pacificum perseveret in corde, ubi deum pacis delectet habitare. Admonet denique apostolus [9]) et docet dicens [10]): *Nolite contristare* [11]) *spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor* [12]) *et blasphemia auferatur a vobis.* Si enim Christianus a furore et contentione carnali tamquam de maris turbinibus excessit et tranquillus ac lenis [13]) in portu Christi esse iam coepit, nec iram, nec discordiam debet intra pectus admittere, cui nec malum pro malo reddere liceat, nec odisse.

Dein *praedicator esset dominicae passionis* optime codd., vulg. *domin. pass. praedicator esset.* Omittitur *sed* in A. Statim *sapientissimae lenitatis* scribit W. 7) *vel discordia* A. Tum *in Christianis* Mb et *debet* pro *debent* Bb. 8) *in corde* Mb. Dein *aut haec* et *ibi* pro *illic* Mc. In seqq. *discedent* Bb, *discedunt* (*e* ab r. m. superscripto) Mc, inverso ordine *discedent exclusa* edd. vett. c. Erasm. et Mor. Proxima verba: *ut domicilium — — delectet habitare,* desunt in Bb, *in corde* om. Ma. 9) Additur *Paulus* in Ver. Tum *monet* pro *docet* inepte scribit Bb. 10) Ephes. 4, 30. 11) *contristari* A veteresque edd. c. Erasm. et Mor., item Mc in Test. III. 7. p. 306. Tum *in die* W. Ma. Bb et in Test. Mb. 12) *clades* Bb. Statim *blasphemiae* Mc et Mb in Test. Dein *auferantur* Ba. Mc et A veteresque edd. c. Erasm. et Mor., *auferentur* W et Ma. Legitur *auferantur* etiam in Test., ubi W et Ba exhibent *auferatur,* ibique post *a vobis* Ba addit *cum omni malitia.* Cf. *Sabatier.* 13) *et lenis* A c. ed. Dav., *aut lenis* ceterae edd. vetustiores et Erasm. Male *in portum* Ba. Tum *nec discordiam* pro *aut discordiam* praebuerunt codd. omnes et exemplar Dav. Mox *cui* deest in Bb et *pro* ante *malo* in Ma, quam praepositionem in Mc r m. inter versus addidit. Dein *licet* scribit A.

Nec non ad varia quoque carnis incommoda et crebros corporis durosque cruciatus, quibus [14]) humanum genus cotidie fatigatur et quatitur, patientia necessaria est. Nam cum in [15]) illa prima transgressione praecepti firmitas corporis cum inmortalitate discesserit et cum morte infirmitas venerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta et inmortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporea luctari semper et congredi. Quae luctatio et congressio non nisi patientiae potest viribus sustineri [16]). Examinandis autem nobis atque explorandis [17]) diversi inportantur dolores et multiplex temptationum qualitas inrogatur de iacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatibus vulnerum, de amissione carorum.

X.

Nec aliud [1]) magis iniustos discernit et iustos, quam quod in adversis per inpatientiam queritur et blasphemat

14) Relativum om. Ba. Pro *quatitur* edd. vett. et Erasm. dant *patitur*. 15) *in* om. Mb. Mox verba: *et cum morte infirmitas venerit* in Ma desunt. Statim A perperam *nec potest infirmitas recipi, nisi receptat.* In seqq. pro *corporea* (*corporali* Md) ap. *Augustinum* contra duas epist. Pelag. IV. 8. §. 22. T. X. p. 481. E. legitur *corporis*, quod primo habebat etiam A. Tum *eluctari* (*e* ab r. m. praefixo) dat Mb, in Ma erasum *e*. 16) Ita W. Mabcd. Bab et *Augustinus* l. c., *viribus potest sustineri* A et vulgati libri. 17) *probandis* cod. Ver., *explorandis* a m. pr., ab rec. *probandis* Mb. Proxime *labores* pro *dolores* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell., statim *contemptationum* (sic) A, dein *qualitatis* Ma. In seqq. *de cruciatu* edd. vett. et Erasm.

X. 1) *aliquid* A. Tum *iniustos discernit et iustos* Mabd. Bb et A c. libris ante Pamelium editis, *iustos discern. et iniust.* W. Mc et quinque Angl., *inter iustos disc. et iniust.* Ba, *inter iniust. disc. et iust.* e quinque codd. invexit Pamelius eique obtemperarunt editores posteriores. *Inter* in Mb r. m. superscripsit. Mox ibidem

iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptum est [2]): *In dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe* [3]), *quoniam in igne probatur aurum et argentum.* Sic Iob [4]) examinatus est et probatus et ad summum fastigium laudis patientiae vir|tute provectus. Quanta adversus eum dia- 253
boli iacula emissa [5]), quanta admota tormenta! Iactura rei familiaris infligitur, numerosae subolis [6]) orbitas inrogatur. Dives in censu [7]) dominus et in liberis pater ditior nec dominus repente, nec pater est. Accedit [8]) vulnerum vastitas et tabescentes ac fluentes artus vermium quoque edax paena consumit. Ac [9]) ne quid omnino remaneret, quod non Iob in suis temptationibus experiretur, armat diabolus et uxorem illo antiquo nequitiae

---

eadem manus post *patientia* addidit *vero.* 2) Ecclesiastic. 2, 4. 3) *habeto* Ma. Praepositionem ante *igne* om. edd. Erasm. et Morell, mox post *argentum* Dav. et Grav. addunt: *homines vero iusti in camino humiliationis.* 4) Iob 2, 1 et 8.; *est* post *examinatus* r. m. supra adiecit in Mb, *examinatus est et probatus est* habet Erasm., *examinatus et probatus* sine *est* Grav., *probatus et examinatus* Bb Quod sequitur *et* om. Erasm. et Grav. Dein *profectus* scribit Ma. 5) *iacula et zabuli missa* edd. SP. Venet. Kunn. Remb., *iacula zabuli missa* Dav. *Missa* etiam Mb et pr. W. 6) *numerosa* Ba. Tum *subolis* recte Bb et pr. Ma, vulg. *sobolis.* Vid. *Wagner.* l. c. p. 473. *Sillig.* Praef. ad Plin. natur. histor. Tom. I. p. LXXI. Cf. de zelo et livor. cap. XIII. not. 4. 7) *in sensu* A, *in censum* pr. Mb. Pro *in liberis* Ma habet *inperi*^{i}*s*, dein *nec dum* (pro *dominus*) *factus* Md, *dominus factus* Bb, *repente est, nec pater* A 8) *Accidit* Ma. De voc. *vastitas* vid. ad librum de mortalit. cap. X. n. 3. Tum *et* pro *ac* legitur in A, statim *fluescentes* in Neap., *defluentes* in edd. vett. itemque in Erasm. Grav. et Morell. Pro *artus* in Ba est *ur*^{c}*tus.* Dein *vermium quoque edax poena* exhibent codd. omnes veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell., *edax quoque verm. poena* Manut. Pamel. et posteriores. 9) Om. Ba, *at* reperitur in A et ed. Dav. Mox *non* deest in A. De re vid. Iob. 2, 9. Tum *zabulus* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Proxime *antiquo suo usus*

suae usus ingenio, quasi omnes per mulierem decipere posset et fallere, quod fecit in mundi origine; nec tamen Iob gravibus et densis conflictationibus frangitur, quominus inter illas angustias et pressuras dei benedictio victrice patientia praedicetur. Tobias [10]) quoque post iustitiae et misericordiae suae opera magnifica luminum amissione templatus, in quantum patienter caecitatem pertulit, in tantum granditer deum patientiae laude promeruit.

XI.

Atque ut magis, fratres dilectissimi, patientiae bonum luceat, quid mali e contrario [1]) inpatientia inportet consideremus. Nam [2]) ut patientia bonum Christi est, ita contra inpatientia diaboli malum, et sicut in quo habitat

---

ingenio (sic) A, *su* (littera *e* erasa) Ma. Deinde *per mulierem possit fallere* Bb, *possit* etiam W et Mbd. Voc. *mundi*, quod ante *origine* ex quattuor codd. primus inseruit Pamelius, om. codd. omnes. Sed nihil mutandum. Similiter Noster habet Epist. LXXXI. p. 164 *ab initio mundi*. Ibidem *in origine statim prima*. Epist. ad Fortunat. cap. XI. p. 268: *in origine statim mundi*. Mox *et densis* pro vulg. *ac densis* praebuerunt libri mei ad unum omnes veteresque edd. et Erasm. Post *pressuras* codd. Ver. W et Ba pronom. possess. *suas*, quod glossam sapit, rite omittunt. Tum *benedictione* scribitur in Mb et Bb. 10) Tob. 2, 10. Male *sua opera* W, *eius opera* Mc. In fin. *dominum* pro *deum* moxque *laudem* Bb.

XI. 1) *et contrario* Bb. 2) *Nam* corr. m. in W superscripsit, *bonum* om. Ma. Idem liber exhibet *ita e contra* (*e* ab al. m. illato), *ita contra* dant W. Mbc et Bb editioncsque Grav. et Morell. Ante *contra* in Mb r. m. posuit *e*, *ita* sine *contra* habet A, *ita et e contra* Ba, *sic e contra* Md, quocum conspirant edd. vett. itemque Erasm. Baluz. et Goldh., *sic contra* receperunt Manutius, Pamelius et Oxonienses. Equidem scribendum putavi *ita contra*. Proxime et in seqq. pro *diaboli* legitur *zabuli*, ut passim, in edd. vett. et in Erasm. atque Grav. Statim *malum est*, *sicut* scribitur in Ma. Bb et A, *malum est*, *et sicut* in Ba. Pro vulgat. *possidet* e codd. Ver. Ma

et manet Christus, patiens invenitur, ita inpatiens semper exsistit, cuius mentem diaboli nequitia possedit. Exordia denique ipsa videamus. Diabolus hominem ad imaginem dei factum inpatienter tulit. Inde et [3]) perît primus et perdidit. Adam [4]) contra caeleste praeceptum cibi letalis inpatiens in mortem cecidit, nec acceptam divinitus gratiam patientia custode servavit; et ut fratrem Cain [5]) perimeret, sacrificii eius et muneris inpatiens fuit; et quod Esau [6]) de maioribus ad minora descendit, primatus suos per inpatientiam lentis amisit. Quid [7]), Iudaïcus populus circa beneficia divina perfidus et ingratus nonne quod a deo primum recessit, inpatientiae crimen fuit? Dum Moysi cum deo loquentis [8]) moras non potest ferre, profanos deos ausus est postulare, ut itineris sui duces nuncuparet caput bubulum et terrestre figmentum, nec

et Ba restitui *possedit* (a *possido*), *in Besitz genommen hat.* Ita pr. habebat etiam Mb et e *possedet* corr. m. emendavit in cod. W. 3) *et*, quod Bb om., manus emendatrix supra addidit in W. Tum *perit* scribunt W. Ba et Mc, *perî t* Ma, *periit* (ut legitur vulgo) in Mb e *perit* enatum est. De qua contracta perfecti forma vid. ad dominic. orat. cap. III. not. 10. et I. 24. § 109, 2. Dein *et perdidit* pr. omissum corr. m. supplevit in W. 4) Gen. 3, 6. Mutile A: *Adam tunc celeste preceptum pacientia custode servavit.* Tum inverso ordine edd. vett. et Erasm. cum Mor. exhibent *praeceptum caeleste.* Praepositionem *in* ante *mortem* r. m. superscripsit in Ma, Bb habet *ad mortem.* V. *patientia* al. m. supra addidit in W. 5) Vid. Gen. 4, 8. Statim *peremeret* W. Tum *sacrificii et muneris eius* Bb. 6) Gen. 25, 25 et 34. Ma *a maioribus.* 7) Deest in A. Idem liber habet *circa divina beneficia.* Ceterum vid. Exod. 32, 1. 8) *Cum Moyse — loquente* A, *conloquenti* Ba, *conloquentis* Mab. Bb. Manut. Pamel. Oxon. Baluz. Goldh., *colloquentis* Mcd, *loquentis* recte W et quattuor Anglici veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Mor. Vid. ad Donat. cap. XIV. n. 13. Tum *mores* Bb, deinde *proferre* A, *est* post *ausus* omiserunt Rigaltius et Oxonienses. Mox *duces* deest in A, *caput* a corr. m. superscriptum legitur in W, *bubalum*

umquam ab eadem inpatientia destitit, quominus semper docilitatis et divinae admonitionis inpatiens prophetas suos et iustos quosque perimendo ad crucem quoque et sanguinem domini prosiliret. Inpatientia etiam [9]) in ecclesia haereticos facit et ad Iudaeorum similitudinem contra Christi pacem et caritatem rebelles ad hostilia et furiosa odia compellit. Et ne longum [10]) sit singula recensere, omnia omnino, quae patientia operibus suis aedificat ad gloriam, inpatientia destruit ad ruinam.

XII.

Quare, fratres dilectissimi, et bonis patientiae et inpatientiae malis diligenter expensis patientiam, per quam in Christo manemus [1]), ut venire cum Christo ad deum possimus, plena observatione teneamus; quae copiosa et multiplex non angusto fine concluditur, nec brevibus ter-

---

habet Mc. Post *figmentum* in Mb additur *eis exiit.* Proxime *desistit* Ma. Deinde *ammonitionis* W et Ma, *et prophetas* A, *quoque* pro *quosque* Mab. Ba et A, *peremendo* W. Mab et Ba, *etiam* pro *quoque* Bb. Tum *et sanguinem* aptius codd. omnes, quibuscum faciunt etiam veteres edd., Erasm. Grav. ceteraeque praeter Baluz et Goldh., in quibus legitur *et ad sanguinem.* 9) *etiam et* exhibent Mcd editionesque Manut. Pamel. et Oxon., *enim et* scribit Bb, *et* post *facit* om. Ba Praepositionem *ad* in W corr. m. supra addidit. Mox *et caritatem* om. idem liber, *caritatis* habet Ma, *claritatem* Ba. Ante *furiosa* desideratur *et* in W et Ma. Dein *coupellit* Mb et pr. Ma. 10) *longa* A; *sit* al. m. superscripsit in W. Pro *singula* exstat *singillatim* in ed. prima, *singilatim* in Venet. Dav. et Kunn., *singulatim* in Remb. et Erasm.

XII. 1) *maneamus* Mb et A. Stàtim *et* pro *ut* W. Mac. Bab. A et e corr. Mb. Conspirant edd. vett., *et ut* habet Md. Tum *possumus* W. Mac. Bb. A et edd. vett. c. Mor., *ut — possimus* primus dedit Erasmus. Paulo post *vel brevibus terminis* scribit Mb.

minis coercetur. Late patet patientiae virtus et ubertas [2]) eius et largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus venis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus nostris potest ad consummandam laudem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem. Patientia est, quae nos deo et [3]) commendat et servat; ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis exstinguit, coercet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniunctis et maritatis individuam caritatem; facit | humiles in prosperis, in adversis fortes, contra in- 251
iurias et contumelias mites; docet delinquentibus cito ignoscere; si ipse delinquas, diu et multum rogare;

---

2) *libertas* Ba et A. Dein *ac largitas* Mbd. Bb veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Mor., *largiter* Mc. Idem liber *hominis* pro *nominis*. Coniunctionem adversat. *sed* om. ed. Dav. Tum *exsudantibus* habet Ba. Proxime *prius proficere* legitur in edd. vett. Dein ante *actibus* praepositionem om. Ba et A, post *laudem* r. m. supra apposuit *eius* in Mb. Pro *inde*, quod in Ba deest, Mc male scribit *in die*. Mox *firmamentum* dant Ba et A. 3) Omittitur *et* in Bab et A. Mox *refrenat* exhibet Md. Quod sequitur *quae* recepi ex codd. W. Mabc. Bab et A, quibuscum consentiunt edd. Grav. Manut. et recentiores praeter Baluz. et Goldh. Dein *custodiat* perperam habet Bb. In seqq. Ma scribit *impetum*, retinui tamen *impetum*, quae scriptura monente *Wagnero* de orthogr. Vergil. p. 412 reperitur etiam in Voll. Herculan. P. II. col. 1. lin. 8. Dein perperam *timoris* A. Statim *comprimit* Mbd. Tum *superbiam* pro *potentium* Bb. Verba: *in viduis laboriosam castitatem* om. W, item sequentia: *in coniunctis — individuam caritatem* A. Proxime cod. Md veteresque edd. et Morell. exhibent *et in adversis*. Infra pro *et multum* Ba scribit *multumque*.

temptationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. Ipsa est quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit [4]); ipsa est quae incrementa spei sublimiter provehit; ipsa actum dirigit, ut tenere possimus viam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur; ipsa efficit, ut perseveremus filii dei, dum patientiam patris imitamur.

XIII.

Et quoniam [1]) plurimos scio, fratres dilectissimi, vel pondere iniuriarum angentium vel dolore de his, qui adversum se grassantur et saeviunt, vindicari velociter cupere, nec illud in extrema parte reticendum est, ut in istis fluctuantis mundi turbinibus et Iudaeorum sive gentilium et haereticorum quoque persecutionibus constituti patienter exspectemus ultionis diem, nec ad vindictam doloris nostri querula festinatione properemus, cum scriptum sit: *Exspecta me, dicit dominus, in die* [2]) *resur-*

---

4) *ponit* Md et vett. edd. c. Erasm. Deinde *similiter* pro *sublimiter* Mc. Mox *tenere viam possimus* Bb. In seqq. *fili* Ma, *fili*^{i} Mb. Alterum *i* corr. m. addidit etiam in W. Post *dei* Bb apponit *dici* et pro *dum* in A scribitur *cum*.

XIII. 1) Ita codd. mei omnes et libri ante Pamel. editi, *sed quoniam* Pamelius et recentiores. Tum *pe*^{re}*udere* (*re* ab al. m. superscripto) Ma. Pro *de iis*, ut vulgo legitur, W. Mabd. Ba et A habent *de eis*, *de his* optime Bb et Mc, *de hiis* est in ed. Dav. Dein *adversum* in Mc correctum e *diversum*, *adversus* dant Mb et A. Quorum hic pro *nec* scribit *ut*. Mox *fluctuantibus* perperam exhibent Bab. In seqq. post *querula* Pamelius e cod. Cambron. sine causa addidit *et invidiosa*. *Scriptum* corr. m. apposuit in W itemque *dominus*. Vid. Sophon. 3, 8. 2) *in diem* W. Mac veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. Conspirat in Test. III. 106. p. 328. cod. Mc. Post *meum* in Md additur *est*, quod reperitur

rectionis meae in testimonium, quoniam iudicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges et effundam super eos iram meam. Exspectare [3]) nos iubet dominus et futurae ultionis diem forti patientia sustinere. Qui [4]) et in apocalypsi loquitur dicens [5]): *Ne signaveris* [6]) *verba prophetiae libri huius, quia iam tempus in proximo est. Et hi, qui perseverant nocere, noceant; et qui in sordibus est sordescat adhuc; iustus autem adhuc iustiora faciat, similiter et sanctus sanctiora. Ecce*

---

etiam in edd. vett. et in Erasm. Grav. atque Morell.; in Mc, a quo aberat *meum*, r. m. margini adiecit *meum est*. Bb habet *ad congregationem*, nec aliter scribunt W et Mb in Test. Corrupte *excipiant* Bb. 3) *Spectare* Mb. De qua confusione frequentissima vid. quae adnotavi ad Ambros. de off. p. 259. Al. ord. *iubet nos* Bb. Deinde *sustineri* W et Ma. 4) *Qui* deest in Mb et A. 5) Apocal. 22, 10 sqq. 6) *signaberis* Ba, *verba libri prophetiae huius* Mb, *v. proph. huius libri* Bab et A. Mox *ut et ii* primus scripserat Erasmus eumque secuti sunt Gravius, Morellius et posteriores. Legitur quidem *ut* in codd. Neap. Ba et A, sed rectius abest a ceteris libris scriptis et editis. Particula *et* in Ba et A omissa, in Mc supra adiecta est. Pro *ii* codd. W. Mbc et Bb rite exhibent *hi* (*hii* dant Mad. Ba. A et ed. Dav.). Ceterum *et hi* item reperitur in Test. III. 23. p. 314. Vocabula proxima *nocere, noceant*, utpote pr. omissa, r. m. in Mc ad mg. addidit. Pro *et* in A legitur *ut*. Tum *sordescant* Ma, inverso ordine *adhuc sordescat* Mb, *adhuc* in A deest. Mc habet *sordescat adhuc iustiora faciat* (voc. *iustus* post *sordescat* a r. m. superscr.), alterum *adhuc* om. Ba, ante *iustiora* male repetitur *autem* in A. Tum *facit* Bb. Dein *similiter et sanctus sanctiora* praestant W. Mbcd. Bab et A. Concordant ipse Noster in Test. l. c., versio antiqua et Gravii ed. Ita et Ma, omisso tamen *et*. Exemplaria autem Erasm. Manut. et Morell. exhibent: *adhuc iustior fiat, similiter et qui sanctus est sanctior*. In cod. Ver. teste Rigaltio scribitur: *adhuc iustior fiat, similiter et sanctus sanctior*. At in Gottingensi Manut. editionis exemplari vir doct. adnotavit in libris (i. e. Italicis) omnibus legi *iustiora faciat* et *sanctiora. Qui sanctus est* reperitur etiam in ceteris editis.

venio cito, et merces mea mecum est [7]*, reddere unicuique secundum facta sua.* Unde et [8] clamantes martyres et ad vindictam suam dolore erumpente properantes exspectare adhuc iubentur et temporibus consummandis inplendisque martyribus praebere patientiam. *Et cum aperuisset*, inquit [9]*, quintum signum, vidi sub ara dei animas occisorum propter verbum dei et martyrium suum, et clamaverunt magna voce dicentes: Quousque, domine sanctus et verus* [10]*, non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his, qui in terris inhabitant? Et data est eis singulis stola alba* [11] *et dictum est, ut*

---

7) *est* a corr. m. inter versus habet W et *facta* Mc in mg. Post *sua* A addit *opera eius*. 8) Ita codd. omnes excepto Mc, in quo pro *et*, quod m. pr. omiserat, r. m. addidit *etiam*, ut in Bb et vulgo legitur. Proximum *et* in eodem libro deest. In seqq. post *patientiam* Ba et A iterant v. *iubentur*. 9) Apocal. 6, 9 seqq. Additur *agnus* in edd. Manutianam antecedentibus. Pro vulgat. *sigillum* (ita ab al. m. in ras. Mb) codd. Ver. Neap. W. Macd et A scribunt *signum*, quod exstat etiam in Test. III. 16. p. 310 itemque in versione antiqua. Tum *sub arca* Manut. Post *verbum dei* r. m. in Mb intrusit *et propter testimonium, quod habebant*, pro *et martyrium suum*. Idem liber habet *et exclamabant* (syllaba ultima in ras. ab ead. r. m. posita). Dein scripsi *magna voce* pro *voce magna* cum codd. W. Mabcd. et Ba, ut legitur etiam in Test. l. c. 10) *sancte et vere* Bb. Mox vulgatam lectionem *de iis* mutavi in *de his* praeeuntibus libris W. Mabc et Bab. Congruunt in Test. et scripti et editi, item versio antiqua. In Md. A et ed. Dav. est *de hiis*. Cf. de dominic. orat. cap. XII. not. 9., ad Demetr. c. XII. not. 4. et c. XV. not. 1. Tum *habitant* A, in Test. Ba et Mc et de laps. cap. XV. p. 86 item Ba. Ita et versio antiqua. 11) Sic codd. W. Macd. Bab, undecim Baluziani et in Test. cod. Ba, prout exhibet textus Graecus: *καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ λευκή*. Vulg. legitur utroque loco: *et datae sunt eis singulae* (ita et Mb) *stolae albae*. In cod. A haec desunt. Post *dictum est* omisi *eis* auctoribus libris Ver. Neap. W. Macd et Bab, *ut* deest in Bb. Tum idem liber et

requiescerent brevi adhuc tempore, donec inpleatur numerus conservorum et fratrum eorum, qui postea occidentur exemplo ipsorum.

XIV.

Quando autem veniat [1]) sanguinis iusti divina vindicta, declarat per Malachiam prophetam spiritus sanctus dicens [2]): *Ecce dies domini venit* [3]) *ardens velut clibanus eruntque omnes alienigenae et omnes iniqui stipula, et succendet illos adveniens dies, dicit dominus.* Quod item legimus in psalmis [4]), ubi dei iudicis praedicatur adventus censurae suae maiestate venerandus:

Md habent *sustinerent* (pro *requiescerent*) *adhuc brevi tempore*, Mb scribit *brevi adhuc quoque tempore*, statim *impleatur adhuc* A. Pro *qui* W. Mabd. Bb. A veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. dant *quique*, quod exstat et in Test. et in versione antiqua. Legitur autem in Graeco: καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ μέλλοντες ἀποκτέννεσθαι ὡς καὶ αὐτοί. Dein *occidĕntur* (duobus punctis supra notatis) A, *occiderentur* edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. Pro *ipsorum* in Bb scribitur *eorum*.

XIV. 1) *veniet* edd. vett. c. Erasm. et Morell. Mox *per Malachin* W et Ba, *p. Malachim* Ma, *p. Malachiā* (ā in ras. ab al. m. scripto) Mb, *prophetam* om. Ver., *docens* pr. habebat W. 2) Malach. 4, 1. 3) *venit domini* Ba. Pro *velut* Bb. Md et versio antiqua exhibent *sicut*, edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. Grav. et Morell. *quasi*. In Test. II. 28. p. 296, ubi codd. Wa. Mbc et Ba tuentur vulgat. *velut*, solus Wb scribit *ut*. Cf. *Sabatier.* ad Malach. l. c. *Omnes* post *eruntque* om. edd. vett. et Erasm. Ante *stipula* Bb male inserit *ut*, A *sicut*. Cf. Test. l. c. et quae adnotavi ad Demetr. cap. XVIII. c. f. Quod sequitur *et* om. W. Ma et Ba, ut versio antiqua. Tum *accendet* exhibent Bb et Md. Abest *dies* a W. Ma et Ba. In Ma diversa manus superscripsit *ignis*. 4) *in psalmis legimus* Mc. Vid. Psalm. 49, 3. Statim *domini* pro *dei* habet Mb et pro *praedicatur* A *iudicatur*. Dein *verendus* e coniectura, ut videtur, dedit Erasmus probantibus Gravio et Manutio.

Deus [5]) *manifestus veniet, deus noster, et non silebit. Ignis ante eum* [6]) *ardebit, et in circuitu eius procella nimia. Vocabit* [7]) *caelum susum et terram ut separet populum suum. Colligite* [8]) *illi iustos eius, eos, qui disponunt testamentum eius in sacrificiis; et nuntiabunt*

Sed praeferendum *venerandus*, quod cum ceteris editis exhibent codd. Ver. Neap. et mei ad unum omnes. 5) *Dominus* Mc et h. l. et in Test. II. 28. p. 296. Dein *manifeste*, quod convenit cum Graeco textu, qui habet ἐμφανῶς, cod. Mb. Ita in Test. et libri vulgati et Mbc. Cf. *Sabatier*. Post *deus* Bb interponit *autem*. 6) Pro *ante eum* (pronomen in Ma r. m. supra addidit) edd. Manutianam antecedentes, ut versio antiqua, exhibent *in conspectu eius*, quod in Test. dat Ba. Pessime A: *Ante ipsum, ut separet* intermed. omiss. Tum Wab. Ba et Mc in Test. scribunt *tempestas valida* (non *procella nimia*), prout legitur in versione antiqua. 7) Ita Ver. Benev. Neap. et Mbc, *vocavit* (errore proclivi) W. Ma et Ba (nec aliter in Test. libri editi et codd. Wab et Mbc, *advocavit* Ba), *advocavit* Bb, *advocabit* vulgo, *provocabit* Md. Recepi suasoribus libris mss. simplex verbum, utpote h. l. fortius et loquendi usui Cypriani, qui interdum compositis simplicia praeferre solet, accommodatius. Vid. *Gronov.* Observatt. in Scriptoribus eccles. c. III. p. 570. Idcirco paulo post pro *annuntiabunt* dedi *nuntiabunt*, et in seqq. *mirante*, ubi vulgo legitur *admirante*, cap. XI. *loquentis* pro *colloquentis*, cap. XV. c. f. *laboremus* pro *elaboremus*. Cf. ad Donat. cap. XIII. n. 7. et cap. XIV. n. 13., ad librum de domin. orat. cap. I. n. 3., de op. et eleemos. cap. XXIV. n. 7., de zel. et liv. cap. VIII. not. 12. Dein *susum* praestant Ver. Benev. et W, item W et Mb in Test., ut solent codd. vetustissimi (vid. ad librum de domin. orat. cap. XXII. n. 3.), *desursum* habent edd. vett. c. Erasm. et Grav., *sursum* codd. et edd. rell.; *deorsum*, quod post *terram* inseruit Erasmus, quem secuti sunt posteriores, om. codd. W. Mabcd. Bb et vett. edd., idque abest etiam a Test. In Graeco ita legitur: προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν διακρῖναι. *Separaret* exhibent Mbc. Bb et in Test. Wa, *separent* Md veteresque edd. c. Erasm., *discernere* (pro *ut separet*) Ba in Test. 8) *Congregate* Ba in Test. Tum *iustos suos qui* A, *eos* in Test. om. Wab et Ba, *colligite illi populum suum, colligite illi iustos eius, eos* habet Mc in Test., in quibus deinde Ba scribit *ordinant* (pro *disponunt*) -- — *super sacrificia*.

caeli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. Et Hesaias [9]) eadem praenuntiat dicens [10]): *Ecce enim dominus sicut ignis veniet* [11]) *et sicut procella currus eius, retribuere in ira vindictam; in igne enim domini iudicabuntur et in gladio eius vulnerabuntur.* Et iterum [12]): *Dominus deus virtutum prodibit* [13]) *et comminuet bellum, excitabit certamen et elamabit super inimicos suos cum fortitudine. Tacui* [14])*; num quid semper tacebo?* Quis autem est hic, qui tacuisse se [15]) prius dicit, et non semper tacebit? Utique ille, qui sicut ovis ad victimam ductus est [16]) et sicut agnus coram tondente sine voce

---

Statim *nuntiabunt* receptum e W. Mabcd et Bab (vid. quae supra adnotavi), *annuntiabunt* dant vulgati libri, *adnuntiabunt* Wab. Mb et Ba in Test. 9) *Nam et Hesaias* edd. SP. Venet. Kunn., *nam et Esaias* Bb c. ed. Remb., *nam et Ysaias* Md et exemplar Dav., *et Esaias* W. Mab. Ba, item Erasmus et qui eum insecuti sunt, *et Isaias* Mc, *et Ysaias* A. Pro *eadem* Ma habet ^{ad} *eum* (*ad* ab al. m. superscripto). Tum *pronuntiat* W. Bb. Mc, *pronunciat* A. 10) Hesai. 66, 15. 11) *veniet sicut ignis* Bb. In seqq. pro *enim,* quod deest in Bb, Mc habet *autem* moxque *vindicabuntur.* Ante *gladio* praepositionem om. edd. vett. et Erasm., et quod sequitur *eius* deest in Mc. 12) Hesai. 42, 13. 13) *prodivit* Ba, *prodidit* Bb. Tum *excitavit* Mb et Ba, *concitabit* A. Dein *clamavit* Mb et Ba. Mox praepositionem *cum* r. m. superscripsit in Mb. 14) *Tacui, tacui* inepte edd. vett. c. Erasm. Grav. et Mor., *tacui, inquit, numquid* Mb (in Test. l. c. idem liber *tacui quidem*, *numquid*), *num quid* W et a l. ad l. Bb, *nunquid* Erasm. Grav. et Morell., *numquid* ceteri scripti et editi. Additur *tamen* in Bb et in Md, in quo ab al. m. supra adiectum est 15) *se* r. m. superscripsit in Mb, *dicit se prius* habet A. Post *tacebit* librarius codicis Md aberravit ad verba *utique ille*, *qui non clamavit* intermediis omissis, eodemque modo inter *tacebit* et *utique ille*, *qui non fuit contumax*, in A librarii socordia omnia exciderunt. 16) *est* om. W et Ma, item *et* Mc. Dein *coram tondentibus* ab Rigaltio notatur e cod. Ver. Silet autem vir doct. in Gottingensi Manut. editionis exemplari. *Tondente*

non aperuit os suum; utique ille, qui non clamavit, neque in plateis vox eius audita est [17]); utique ille, qui non fuit contumax, neque contradixit, cum dorsum suum poneret ad flagella et maxil|las suas ad palmas, faciem autem 255
suam non averteret a foeditate sputorum; utique ille, qui, cum accusaretur a sacerdotibus et senioribus, nihil respondit et admirante Pilato patientissimum silentium tenuit. Hic est, qui, cum in passione prius tacuerit [18]), in ultione postmodum non tacebit. Hic est deus noster, id est [19]) non omnium, sed fidelium et credentium deus, qui, cum in secundo adventu manifestus venerit, non silebit; nam, cum in humilitate prius fuerit occultus, veniet in potestate manifestus.

---

in Mb a r. m. correctum est e *tundente*. Pronomen *se*, quod primus addidit Erasmus, merito om. codd. Ver. Neap. W. Mac. Bb veteresque edd. et Morell. Quare expungendum censui; redolet enim meram glossam. Statim *sic non* scribit Vat. 1. et *os suum in humilitate* Ba. Respexit Noster Hesai. 53, 7. 17) Vid. Hesai. 42, 2. In seqq. post *maxillas* inserui *suas* ex cod. Ver. Cf. Epist. VI. p. 12 et Test. II. 13. p. 290, item *Sabatier.* ad Hesai. 50, 6, quem locum celebratissimum Cyprianus ob oculos habuit. Pro vulgat. *non avertit* e codd. W. Bab et Mcd recepi *non averteret*; (om. *non*) *avertere et* legitur in Ma, *avertat* in A. Typothetarum incuria in ed. Manut. irrepsit *a fecunditate*. Paulo post cod. A om. *nihil*, item quod statim sequitur *et*. *Mirante* pro *admirante* (in Md supra *admirante* sciolus quidam notavit *adiurante*) scripsi cum codd. W et Ma. Simplicem vocis formam flagitat Nostri usus loquendi eamque confirmant et Graecus textus et versio antiqua ap. Matth. 27, 14. Tum *patientissime* habet ed. Dav. 18) Ita cod. Ver.; vulg. *prius* deest. 19) Om. *id est* in W. Ba et A, *idem* (*em* in ras. ab al. m. addito) scribit Mb. Dein *sed credentium, sed fidelium* exhibent edd. Dav. et Grav., *sed credentium fidelium* SP. Venet. Kunn. et Remb. c. Erasm., *sed cred. et fidelium* dedit Morellius. Inter *qui* et *cum in humilitate* omnia desunt in A. Mox *venerit manifestus* dant edd. vett. et Erasm. Grav. atque Morell. Dein pro *cum*, quod

XV.

Hunc [1]) exspectemus, fratres dilectissimi, iudicem et vindicem nostrum ecclesiae suae populum et ab initio mundi iustorum omnium numerum secum pariter vindicaturum. Qui ad vindictam suam [2]) nimium festinat et properat, consideret quia necdum vindicatus est ipse qui vindicat. Pater deus praecepit filium suum adorari [3]) et apostolus Paulus divini praecepti memor ponit et dicit [4]): *Deus exaltavit illum et donavit illi nomen* [5]), *quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fle-*

---

om. Ma, in W est *qui*. Ante *veniet* r. m. superscripsit *postmodum* in Mb.

XV. 1) *Nunc* edd. SP. Venet. Kunn. et Remb.; *exspectamus* Ma. Tum *iudicem, fratres dilectissimi, iudicem et vindicem* edd. vett. c. Erasm. Alterum *et*, quod om. Bb, W a corr. m. habet. Mox *pariter secum* Ba. Dein *iudicantem* in contextu, in mg. ab r. m. *vindicaturum* dat Mc. 2) *suam* om. A. In seqq. Ma et A scribunt *iudicatus*. Verbum auxiliare manus anglo-saxonica supra addidit in W; *est et ipse* habet Mc. Vocc. *ipse qui vindicat* om. A, *iudicat* exhibent W et Ma. 3) *Pater deus Iesum filium praecipit adorari* scribit Bb, *pater etiam filium praecipit adorari* Mb; in W autem, in Mac. Ba et A totus hic locus usque ad v. *in apocalypsi* desideratur. 4) Philipp. 2, 9. 5) *omnia, nomen* pr. Mb. Dein *ad hoc, ut sit super omne nomen* cod. Ver., *ut sit* pro *quod est* dant etiam codd. Mb et Bb c. libris ante Pamel. editis, nec aliter legitur apud Nostrum in Test. III. 39. p. 317, nec discrepant codices Mb. Ba et Mc h. l. et in Test. II. 13. p. 290, ubi editi habent *quod est*, quae lectio optime convenit Graecis verbis: *καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα*. Cf. *Sabatier.* ad hunc locum Paulinum. Post *Iesu* in Mb additur *Christi*. Statim codd. Ver. Mb et Bb scribunt *omnes genu current*, item in Test. p. 290. Ba et a m. pr. Mb, a sec. autem *omne genu curvetur*. In Mc, qui a m pr. habebat *omne genu current*, r. m. mutavit *current* in *curvetur*. In Testimoniorum altero loco p. 317, ubi ap. Baluz. legitur *omne genu curvetur*, W et Mb dant *omne genu current*,

ctatur caelestium, terrestrium et infernorum. Et [6]) in apocalypsi angelus Ioanni volenti adorare resistit et dicit [7]): *Vide ne feceris, quia conservus tuus sum et fratrum tuorum. Iesum dominum* [8]) *adora.* Qualis Iesus dominus [9]) et quanta patientia, ut qui in caelis adoratur, necdum vindicetur in terris! Huius patientiam, fratres dilectissimi, in persecutionibus et passionibus nostris cogitemus; huius [10]) adventui plenum exspectationis obsequium praebeamus, nec defendi ante dominum servi inreligiosa et inverecunda festinatione properemus, insistamus potius et laboremus et toto corde vigilantes, ad

in Mc autem est *omnes genu curvent* (a r. m. *curvetur*). Tum *et terrestrium* Mb et Bb. Ita et in Test. utroque loco, et p. 317. W et Ba. Dein *et inferorum* Mb. 6) *Et* om. Mb et Bb. Mox *nolenti adorari se* A, *se adorare* Bb; Mc om. *se*, quod ex glossemate fluxisse manifestum est. In eodem libro et Mb scribitur *restitit.* 7) Apocal. 19, 10. 8) *dominum Ihesum* A. Ceterum uterque hic locus in cod. Ver., quocum facit Md, ita collocatur: *In apocalypsi angelus Ioanni volenti se adorare restitit* (*adorare se resistit* Ba et Md) *et dicit: Vide ne feceris, quia conservus tuus* (deletum *ego* in Md) *sum et fratrum tuorum. Iesum dominum adora.* Et apostolus Paulus divini praecepti memor ponit et dicit: *Deus exaltavit illum et donavit illi nomen ad hoc* (duas has voculas om. Md), *ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genu flectant* (*curvent* teste Rigaltio, *omne genu curvetur* habet Md) *caelestium, terrestrium et infernorum. Pater deus Iesum filium praecipit adorari.* 9) *Iesu domini* Ver., *dominus Iesus* Bb veteresque edd. c. Erasm. et Grav. Post *patientia* delevi pronomen *eius*, utpote omissum in codicibus omnibus et in libris ante Pamelium editis. 10) *Huius* in Mb r. m. supra adiecit. Male *adventu* Md. Post *praebeamus* librarius codicis Bb aberravit ad *insistamus*; addidit tamen omissa verba al. m. in mg. *Ante deum* scribitur in Bab moxque *perdita* pro *inverecunda* in Bb. In seqq. pro vulgato *elaboremus* e codd. Ver. Mbcd et Ba recepi *laboremus.* Ita pr. legebatur etiam in W. Vid. ad cap. XIV. not. 7. Deleto *et* r. m. in Mb superscripsit *ut.* Quod post *vigilantes* in editis insertum est

omnem tolerantiam stabiles dominica praecepta servemus, ut, cum ille irae et vindictae dies venerit, non cum impiis et peccatoribus puniamur, sed cum iustis et deum timentibus honoremur.

---

atque praeeuntibus libris W. Ma. Ba et A omisi. In seqq. ante *impiis* excidit *cum* in cod. A. Idem liber pro *peccatoribus* dat *persecutoribus*.

DE

ZELO ET LIVORE *).

I.

Zelare quod bonum videas [1]) et invidere melioribus 255
leve apud quosdam et modicum crimen videtur, fratres dilectissimi, dumque existimatur leve esse et modicum, non timetur; dum non timetur, contemnitur; dum contemnitur, non facile vitatur et fit caeca et occulta pernicies, quae, dum minus perspicitur, ut caveri a providentibus possit, inprovidas mentes latenter adfligit. Porro autem dominus prudentes esse nos [2]) iussit et cauta sollicitudine vigilare praecepit, ne adversarius vigilans semper

*) Hanc inscriptionem, quam codd. W. Mabc et Bab una cum editis libris exhibent, confirmat etiam *Augustinus* de baptismo contra Donatist. IV. 8. et in commentar. in epist. ad Galat. cap. V. *De zelo* legitur in Md. Lemma om. A.

I. 1) *videmus* ed. Dav. Tum *invideri* W et Mc. Statim *leve et modicum apud quosdam crimen* edd. ante Pamel. Dein *fratres carissimi* exemplaria Manutiano antiquiora et Morellianum. Pro *dumque* scribitur *dum* in Md et A. Verba *dum non timetur* desunt in A. Dein *contempnitur* utroque loco habent codd. Bb. Md. A et ed. Dav. *Sic* pro *fit* perperam legitur in Bb, mox *a prudentibus* in Md et A. Deinde *adfligit* pro *affligit* dederunt Mab. 2) *esse* om. Ba, *nos esse* habent Mb et a m. pr. A. Respexit Matth. 10, 16

ipse et semper insidians, ubi in pectus obrepsit, de scintillis conflet incendia, de parvis maxima exaggeret, et dum remissis et incautis leniore aura et flatu molliore blanditur, procellis ac turbinibus excitatis ruinas fidei et salutis ac vitae naufragia moliatur. Excubandum est itaque [3]), fratres dilectissimi, atque omnibus viribus elaborandum, ut inimico saevienti et iacula sua in omnes corporis partes, quibus percuti et vulnerari possumus, dirigenti sollicita et plena vigilantia repugne|mus secundum 256
quod Petrus apostolus in epistula sua praemonet et docet dicens [4]): *Sobrii estote, vigilate* [5]), *quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens aliquid devorare quaerens circuit.*

---

et 24, 42. Post *vigilans semper* addidi *ipse* ex libris W. Mabc. Bab et A. Pro *ubi* cdd. vett. et Morell. habent *quando*. Optime deinde *obrepsit* codd. Ver. Benev. W. Mab. Ba, sex ap. Oxon. et exemplar Manut., *obrepserit* Bb. Mcd. A et decem vett. Baluziani editionesque Grav. Pam. et recentiores, *obrepit* vett. edd. et Baluz. in adnotatt., *obrepat* Erasm. et Morell. De permutatione conf. ad Donat. cap. X. not. 8. et cap. XI. not. 3. Ceterum A male praemittit *latenter*. In seqq. Ma et Ba scribunt *exaggerat*, tum *leviore aura* et *flatu meliore* dat Ma, infra *ac salutis* A. 3) *itaque* om. Mc. Paulo post Mb habet *et* *mittenti* *iacula* (*mittenti* ab r. m. superscr.). Dein *possimus* Mc, statim *diligenti* *ac* *sollicita* (*ac* a r. m. supra adiecto) Mb. Post *Petrus* Neap. 1. et edd. Manutianam antecedentes c. Morell. addunt *quoque*. Proxime Mb scribit *praemonet in aepistula sua,* item *aepistula* Ma. 4) Inepte *dicit dicens* Mc. Vid. 1. Petr. 5, 8. 5) *et vigilate* dant Mad. Ba. A et edd. omnes; rectius tamen W. Bb et Mc, ut versio antiqua, copulam, quam in Mb r. m. superscripsit, omittunt; legitur etiam in Graeco νήψατε, γρηγορήσατε. Pro *diabolus* cdd. ante Manut. praebent *zabulus*. Deinde cum codd. Ver. W. Mab. Bab et A scribendum putavi: *aliquid devorare quaerens circuit*, Md et vett. edd. c. Erasm. Grav. Manut. atque Morell. exhibent *et* (coniunctionis particulam om. Neap.)

II.

Circuit ille nos singulos et tamquam hostis clausos [1]) obsidens muros explorat et temptat an sit pars aliqua membrorum minus stabilis et minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas [2]) inlices et faciles voluptates, ut visu destruat castitatem. Aures per canora musica [3]) temptat, ut soni dulcioris auditu solvat et molliat Christianum vigorem. Linguam convitio [4]) provocat, manum iniuriis lacessentibus ad petulantiam caedis instigat; ut fraudatorem faciat, lucra opponit iniusta; ut animam pecunia capiat, ingerit perniciosa conpendia; ho-

---

aliquid dev. q. c., Mc dat *aliquem* (ita et Neap.) *dev. q. c.* Lectionem autem: *circ. aliquem dev. q.*, quae in recentioribus exemplaribus exstat et cum Graeco περιστατεῖ ζητῶν τινὰ καταπιεῖν congruit, e Belgicis codd. invexit Pamelius.

II. 1) *clausis* Bb. *Membrorum* pro *murorum*, quod e duobus codd. receperat Baluzius, quem secutus est Routhius, iam Goldhornius restituit idque tuentur codd. mei omnes. Tum *et* om. Mb, *aditus* perperam exhibet Ba, dein *ad inferiora* W et *penetrentur* Ma. 2) *foris* a m. pr. Mc, *inlices* pro *illices* W. Mab et Bab. Statim *voluntates* W. Ma et pr. Mc permutatione frequente. Cf. ad Donat. cap. I. not. 8. et cap. VI. not. 4. 3) Ita codd. Benev. W. Macd. Ba. A et septendecim vett. Baluziani una cum edd. antiq. excepta Dav. Laudat hanc lectionem etiam *Io. Fred. Gronovius* Observati. Lib. II. cap. 2. p. 117 eamque primus recepit Baluzius; *per canorem musicam* male habent cod. Moyssiac. et ed. Rigalt.; *per canorem musica* (sic) pr. legebatur in Mb, in quo r. m. scripsit *per canoram musicam*, quod reperitur in Bb et in edd. Dav. aliisque compluribus. Statim *in soni dulcioris auditu* A. Tum *Christiani vigorem* edd. Manutianam antecedentes et Morelliana. 4) Ita Mbc et Ba; ceteri, ut edd. Manut. et posteriores, *convicio*; *ad convitium* vett. edd., *ad convicium* Erasm. et Grav. De scriptura voc. *convitium* per *t* pro *c* vid. adnot. ad Ambros. de offcc. p. 265. Tum *promoveat* A, *manum* in Mc mutatum est in *manus*, ut legitur in edd. ante Manut. et ap. Morell. In seqq. pro *ingerit* Bb habet *ostendit*

nores terrenos promittit, ut caelestes adimat; ostentat falsa, ut vera subripiat; et cum latenter non potest fallere, exserte atque aperte minatur, terrorem turbidae persecutionis intentans, ad debellandos servos dei inquietus semper et semper infestus, in pace subdolus, in persecutione violentus. Quamobrem, fratres dilectissimi, contra omnes diaboli vel [5]) fallaces insidias vel apertas minas stare debet instructus animus et armatus, tam paratus semper ad repugnandum, quam est ad inpugnandum semper paratus inimicus.

III.

Et quoniam frequentiora sunt tela eius, quae latenter obrepunt [1]) magisque occulta et clandestina iaculatio quo minus perspicitur, hoc et gravius et crebrius in vulnera nostra grassatur, ad haec quoque intellegenda et depellenda vigilemus, ex quibus est zeli et livoris malum. Quod si qui [2]) penitus inspiciat, inveniet nihil magis

---

et paulo post c. A *ostendat*, *ostendit* exstat in edd. vett. Deinde *surripiat* dant Bb et A, *sūripiat* scribit Mc. Pro *exerte* (ita codd. duobus exceptis et edd. fere omnes) c. Morell. dedi *exserte*. Vid. *Wagner*. l. c. p. 436. Male A *exerce*, Bb *exerta*. Mox *ad debellandum* W et Ma. Tum *dei servos* invitis codicibus meis editi omnes excepto Morelliano. Vitiose *inquietos* Ba. 5) *vel* excidit in ed. Baluz. In seqq. A habet *sit tam paratus*. Verba: *quam est ad inpugnandum* desunt in Bab.

III. 1) *oprepunt* W. De hac scriptura conf. quae adnotavi ad Ambros. de officiis p. 270. Tum *magis magisque* Mb, *magis* sine *que* ed. Dav. Mox *prospicitur* A. Pro *hoc et gravius* ed. Dav. *eo et gr.*, *haec gr.* edd. vett. rell., *hoc* absque *et* Erasm. et Grav. Tum *crassatur* Ba. Mc et A, *crassantur* Bb. Idem liber *adintellegenda* pro *intellegenda*. Vocc. *et depellenda* om. A. Mox pro *est* idem scribit *et*. 2) Ita W. Ma. Bb et pr. Mb. Vulgo *si quis*. Vid. ad Donat. cap. XIII. not. 1. Tum *inspiciet* A. Post *inveniet*

Christiano cavendum, nihil cautius providendum, quam ne quis invidia et livore capiatur, ne quis fallentis inimici caecis laqueis inplicatus, dum zelo frater in fratris odia convertitur, gladio suo nescius ipse perimatur. Quod ut colligere plenius et manifestius perspicere [3]) possimus, ad caput eius atque originem recurramus. Videamus [4]) unde zelus et quando et quomodo coeperit. Facilius enim a nobis malum tam perniciosum vitabitur [5]), si eiusdem mali et origo et magnitudo noscatur. Hinc [6]) diabolus inter initia statim mundi et perit primus et perdidit. Ille angelica maiestate subnixus, ille deo [7]) acceptus et carus, postquam hominem ad imaginem dei factum conspexit, in zelum malivolo livore prorupit, non prius alterum deiciens instinctu zeli, quam ipse zelo ante deiectus, captivus antequam capiens, perditus antequam perdens,

---

(*invenit* habet ed. Dav.) idem liber ita pergit: *et nichil Christiano magis magis cavendum.* In seqq. Mb dat *invidiae livore*, A om. *fallentis.* Mox in Bb est *dum fratris frater in odio convertitur.* Post *dum* Ba infert *se,* quamquam deinde habet *convertitur.* Praepositionem *in* r. m. supra addidit in Mc. Statim *suo* om. A, *ipse* Bb, ut edd. vett. Dein *perematur* scribunt W et Ma. 3) *prospicere possumus* A. Tum *adque originem* Mb, *atque ad originem* W et Mac, *atque ad regionem* A. 4) Additur *ergo* in Neap. 3., in edd. vett. et minut. typis excusum in Grav. Alterum *et* om. Bb. 5) *malum tam perniciosum a nobis vitabitur* inverso verborum ordine exhibent edd. Manutiana antiquiores et Morelliana. Pro *tam* A scribit *tamen.* Ante *origo* edd. ante Manut. una cum Morell. omittunt *et.* 6) *Hic* Mc. Tum *inter vicia* A, *statim* abest a Bb, prius *et* a Ba. Perfecti formam contractam *perit* pro *periit* recepi ex codd. W. Ba et Mc, *perĭt* habet Ma. Conf. ad dominic. orat. cap. III. not. 10. 7) *domino* Bb. In seqq. *deiciens* praebuerunt W. Mabd. Bab et A, item ed. Dav., nec aliter primo exhibebat Mc. Tum *ipso* A et a m. pr. Mc, in quo v. *zelo* r. m. addidit. Mox ante *perditus* r. m. in Mb superscripsit *ipse.*

dum stimulante livore homini gratiam datae immortalitatis eripit, ipse quoque id, quod prius fuerat, amisit.

IV.

Quale malum est [1]), fratres dilectissimi, quo angelus cecidit, quo circumveniri et subverti alta illa et praeclara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decepit! Exinde [2]) invidia grassatur in terris, dum livore periturus magistro perditionis obsequitur, dum diabolum qui zelat imitatur, sicut scriptum est [3]): *Invidia autem* [4]) *diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Imitantur ergo [5]) illum qui sunt ex parte eius. Hinc denique novae [6]) fraternitatis prima odia, hinc parricidia nefanda coeperunt, dum Abel iustum Cain zelat iniustus, dum bonum malus invidia et livore persequitur. Tantum valuit ad consum-

IV. 1) V. *est* al. m. supra addidit in Bb. Tum *fratres carissimi* habent A et edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. Paulo post *illa* om. Mc. Pro *ipse*, quod in edd. vett. deest, A scribit *ille*. *Decepit* in Mb a r. m. mutatum in *decipit* idque reperitur in Mac et in edd. Erasm. Grav. atque Morell.; in cod. autem W e *decipit* enatum est *decepit*. 2) *Exin* Mc. Tum *crassatur* Ba. Mc et A, *grassantur* Bb. Mox *peritur* edd. Venet. et Kunn., *paritur* Remb. et Morell., *peccaturus* A. Dein *zabulum* pro *diabolum* edd. Manut. antecedentes itemque codicum Routhianorum vetustior. 3) Sapient. 2, 24. 4) Pro *autem*, quod om. *Augustinus* de baptismo contra Donatist. L. IV. 8. §. 11., in A legitur *enim*. Tum *zabuli* in edd. ante Manut., *introibit* permutatione solita in Mb, *intravit* bis scribitur in A. Deinde *in orbe* habet Ba. 5) *enim* A, pro *illum* Ver. *eum* et *illius* pro *eius*. Conspirat Mb, in quo ex Sapient. Salom. 3, 1. adduntur haec: *Iustorum autem animae in manu dei sunt*, quae Baluzius e cod. Pithoeano excitavit. 6) „Vox *novae* deest in duobus libris vett. Certe videtur superflua. Non delevi tamen, quia exstat in multis exemplaribus manuscriptis.“ *Baluzius*. Reperitur eadem vox in meis libris omnibus. Pro *dum* A scribit *quō* (i. e. *quoniam*). Deinde *iniustus* Mb et *bonus* Ba.

mationem facinoris aemulationis furor, ut nec caritas [7]) fratris, nec sceleris inmanitas, nec timor dei, nec paena delicti cogitaretur. Iniuste oppressus est qui iustitiam primus ostenderat; odia perpessus est [8]) qui odisse non noverat; occisus est impie qui moriens non repugnabat. Et quod Esau fratri suo Iacob inimicus exstitit [9]), zelus fuit. Nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic [10]) in odium | persecutionis facibus livoris exarsit. Et quod 257
Ioseph fratres [11]) sui vendiderunt, causa vendendi de aemulatione descendit. Postquam id, quod sibi in visionibus prosperum fuerat ostensum, simpliciter ut fratribus frater [12]) exposuit, in invidiam malivolus animus erupit. Saul quoque rex [13]) ut David odisset, ut persecutionibus saepe repetitis innocentem, misericordem, miti lenitate patientem necare cuperet, quid aliud, quam zeli stimulus provocavit? Quia Goliath [14]) interfecto et ope ac dignatione divina tanto hoste deleto populus admirans in laudes David praedicationis suffragio prosiliit, Saul simultatis atque insecta-

---

7) *karitas* Bb. Vid. ad Donat. cap. I. not. 1. Mox *nec amor dei, nec delictum cogitaretur* Mc. 8) Verba: *qui iustitiam primus ostenderat; odia perpessus est,* desunt in A, *primum* exstat in edd. vett. Paulo post Mc habet *repugnavit.* 9) In A h. l. ponitur *fuit* et post *zelus* pro *fuit* legitur *extitit.* De re vid. Genes. 27, 41. 10) *ceperat, hinc* A, *hinc* pr. etiam Mb, in quo *facibus* correctum est e *faucibus.* 11) *Et quod Ioseph et fratres* A. Vid. Gen. 37, 28. Male *veniendi* Bb. 12) *frater* om. A. Tum *invidia.* a m. pr., e corr. r. m. *in invidiam* Mb. Statim *prorupit* Bb. 13) *regem* Mc. Vid. 1. Reg. 18, 10—11. In seqq. *mitem, lenitate patientem* edd. vett. Baluz. Routh. et Goldh. Dein *stimulus zeli provocabit* Mc. De re vid. 1. Reg. 17, 49—51. 14) *Goliad* Md. Manut. Pam. Rigalt. Oxon., *Golia* Mb et vett. edd., *Golian* Ba. Tum *dei ope* W, *atque dignatione,* proxime *deiecto* et *ammirans* A, *Davit* Ma, *prosilivit* Bab, *prosiluit* Md et A. Statim *simultates* Mc, *rex stimulatus* A

tionis furias de livore concepit. Et ne longum faciam [15]) singulos recensendo, pereuntis semel populi attendamus interitum. Iudaei nonne [16]) inde perierunt, dum Christo malunt invidere, quam credere? Obtrectantes magnalibus, quae ille faciebat, zelo excaecante decepti sunt, nec ad divina noscenda [17]) cordis oculos aperire potuerunt.

V.

Quae nos [1]) considerantes, fratres dilectissimi, contra tantam mali perniciem vigilanter et fortiter dicata deo pectora muniamus. Aliorum mors proficiat ad nostram salutem, inprudentium paena providentibus conferat sanitatem. Non est autem [2]) quod aliquis existimet malum istud una specie contineri aut brevibus terminis et angusto fine concludi. Late patet zeli multiplex et fecunda [3]) pernicies. Radix est [4]) malorum omnium, fons cladium,

---

et post *concepit* W *et pertulit.* 15) *faciamus singula recensendo* edd. Dav. et Grav., *singula* in cod. Cambr. invenit etiam Pamelius et in suo, olim Tewaterano, Routhius; *accensendo* habet ed. Oxon., *regenerando* cod. Ba. Tum *preeuntis* perperam A, *semel* praestant codd. mei omnes excepto A, in quo exstat *simul*, ut legitur in edd. Manutianam antecedentibus et in Morelliana, quibuscum faciunt Routh. et Goldh. Mox *adtendamus* W. Bab et Med. Male. Vid. quae adnotavi ad Paulin. de vita S. Ambrosii §. 10, 5. et al. 16) *nomine* Bb. 17) *nocenda* Bb.

V. 1) *nunc* Mbc et Bab, item edd. Manut. Pamel. Rigalt. atque Oxon. Dein *confidentes* A, *carissimi* pro *dilectissimi* libri ante Manut. editi c. Morell. Paulo post *ac fortiter* Mb et *domino* pro *deo* Bb. Ante *pectora* Erasmus, Gravius et Morellius interposuerunt *et vegetata*, post vero ex editis praecedentibus addiderunt *nostra*. 2) *autem* om. Bb, *aut* pro *aut* (i. e. *autem*) male scribit A. 3) *facunda* Ba. 4) Additur *enim* in Bab, *radix omnium malorum est* habet Md, *omnium malorum* A una cum edd. vett. Dein permutatione sollemni Mb. Bb et a m. pr. Mc pro *cladium* dant *gla-*

seminarium delictorum, materia culparum. Inde odium surgit, animositas inde procedit. Avaritiam [5]) zelus inflammat, dum quis suo non potest esse contentus videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus altiorem [6]). Zelo [7]) excaecante sensus nostros atque in ditionem suam mentis arcana redigente dei timor spernitur, magisterium Christi neglegitur, iudicii dies non providetur. Inflat [8]) superbia, exacerbat saevitia, perfidia praevaricatur, inpatientia concutit, furit discordia, ira fervescit; nec se iam potest cohibere vel regere qui factus est potestatis alienae. Hinc dominicae pacis vinculum [9]) rumpitur, hinc caritas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas. unitas scinditur, ad haereses atque ad schismata prosilitur, dum obtrectatur sacerdotibus, dum episcopis invidetur, dum quis aut queritur non se potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre praepositum.

---

dium. Cf. ad Demetr. cap. VII. not. 2 et ad cap. IX. not. 1. 5) *Avaritia* A, *avaritiae* Mb. Post *dum* Bb interserit *si*. Statim *non potest suo esse contentus* exhibent edd. vett. Erasm. et Grav. 6) Ita sedecim codd. antiqui a Baluzio inspecti et Md c. edd. vett. atque Morell., *auctiorem* W. Mabc. Bab et A ceterique editi praeter Baluzianum et recentiores. 7) Deest hoc vocabulum in A. Statim *excitante* legitur in ed. Dav. Tum *in conditionem* scribit Bb moxque *redigentem* W. Pro *neglgitur* recepi *neglegitur* e codd. W. Ma et Bab, nec aliter pr. exhibebat Mb. Concinit Morell. 8) *Inflatur* W. Mabcd. Ba et A, quibuscum conspirat ed. Manut., *inflammat* Bb. Sed vid. de Mortalit. cap. III. p. 113. Tum *exacerbatur* W. Mabcd. Ba et A c. ed. Manut.; *furit* om. A. Deinde *nec se potest iam* exstat in edd. ante Manut., *nec se iam non potest* scribit Ma. Et sic primitus legebatur in W. Pro *vel* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. exhibent *nec*. 9) *vinculum pacis* dant libri ante Erasm. typis excusi et Morell. Proxime *hinc* a Ba abest. Paulo post verba: *invidetur, dum quis aut,* desiderantur in ed. Dav. Deinde *praeferre praepositum* scribit Ba.

Hinc [10]) recalcitrat, hinc rebellat de zelo superbus, de aemulatione perversus, animositate et livore non hominis, sed honoris inimicus.

VI.

Qualis vero est animae tinea, quae [1]) cogitationum tabes, pectoris quanta robigo zelare in altero vel virtutem eius vel felicitatem, id est odisse in eo vel merita propria vel beneficia divina, in malum proprium bona aliena convertere, inlustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam paenam, velut [2]) quosdam pectori suo admovere carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta malivolentiae ungulis pulsent! Non cibus talibus lactus, non potus potest [3]) esse iucundus. Suspiratur [4]) semper et ingemescitur et doletur, dumque ab invidis

---

10) *Huic* utroque loco habet A.

VI. 1) Vitiose *animae iniquae* Mb et A, *tinia* Ba. *Pectoris* in Mb correctum est e *peccatoris*. Idem liber habet *est robigo animae zelare* (vocc. *est* et *animae* ab r. m. supra adiectis), Mc *robigo* ex mutat. r. m., *robigo* etiam Ba. Praetuli hanc scripturam vulgatae *rubigo* cum *Wagnero* ad Virgilium et *Silligio* ad Plin. natur. hist. *Zelare* permutatum in A cum *celare*. Tum *id est* idem liber om. Vocc. *propria vel beneficia* ibidem bis sunt exarata. 2) *et velut* exhibent cod. A et edd. Manut. antecedentes c. Morell. Baluz. Routh. atque Goldh. Sed copulam, quam in Mc r. m. superscripsit, rell. libri tam manu exarati, quam typis expressi aptius omittunt. Male *admoveri* Ma. Mox *suis* om. A. 3) *potest potus* Ba. Tum *iocundus* W. Bab. Mcd. A, ex mutat. r. m. Mb, item edd. Dav. Kunn. et Morell. 4) *Inspiratur* A. Pro *ingemiscitur* (*gemitur* habent edd. Manutiana antiquiores) e codd. W. Mab et Ba recepi *ingemescitur* eandemque formam (vid. *Wagner.* orthogr. Vergil. p. 476. v. *tremesco*) ex antiquissimis optimisque libris re-

numquam livor exponitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Mala cetera habent terminum; et quodcumque delinquitur [5]), delicti consummatione finitur. In adultero cessat facinus perpetrato stupro, in latrone conquiescit scelus homicidio admisso et praedoni [6]) rapacitatem statuit possessa praeda et falsario modum ponit inpleta fallacia. Zelus terminum non habet, permanens iugiter malum et sine fine peccatum [7]), quantoque ille, cui | invidetur, successu meliore profecerit, 258
tanto invidus in maius incendium livoris ignibus inardescit. Hinc vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida [8]), effrenata convitia, manus ad caedis violentiam prompta, etiamsi a gladio interim vacua, odio tamen furiatae mentis armata.

---

vocavi de cathol. eccl. unit. cap. XVIII. p. 43. not. 5., de laps. cap. XXV. p. 107. not. 1 et 3., cap. XXIX. p. 115. not. 1. et de habit. virg. cap. XV. p. 156. not. 10., item ap. *Ambros.* de offic. III. 6. §. 41. p. 190, 1. et III. 12. §. 81. p. 203, 3. Proxime *ab invidiis* Ba. Deinde *laceratur* pro *laniatur* Md, ut codd. S. Arnulphi et Gratianopolitanus ap. Baluzium. 5) *derelinquitur* A. Idem *et delicti.* 6) *praedonis* Mabcd. Ita et vir doct. in Gottingensi ed. Manut. exemplari. Pro *statuit* A *stravit*, Vat. 1. *satiat.* Dein *possessa praeda* codd. mei omnes et edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell, *praeda possessa* Manut. Pamel. et recentiores. In Dav. legitur *praedonis rapacitas statuitur possessa praeda.* Quod subsequitur *et* om. codex Mc. 7) Ante Manut. legebatur *peccatum est.* Statim *quanto ille* exhibent Ma et A. Tum *invidet* scribit Bb. 8) *rapida* Mb. Dein *et effrenata* Md, *atque effr.* A, *et* *ef* *frenata* Ma, *et* *in* *frenata* (*in* a r. m. supra addito). Male *effraenata* Baluzius. Vid. *Cellar.* orthogr. Lat. v. *frenum.* Mox *ad caedes* *et ad* *violentiam* ex mutat. r. m. Mb. Tum *promptam* A, *promptae* pr., e corr. *prompta* Mb, *promptae* edd. ante Manut. c. Morell. Pro *etiamsi* (*etiam si* est in W. Mabcd. Bb et A et in plurimis edd.) in Ba et Vat. 1 scribitur *etsi.* Ante *gladio* Mb et

VII.

Et idcirco spiritus sanctus dicit [1]) in psalmis [2]): *Noli zelare bene ambulantem* [3]) *in via sua.* Et iterum [4]): *Observabit* [5]) *peccator iustum et stridebit ad eum dentes suos. Deus* [6]) *autem inridebit eum, quoniam providet quia veniet dies eius.* Hos beatus apostolus Paulus [7]) designat et denotat dicens: *Venenum aspidum* [8]) *sub labiis eorum et os eorum maledictione et amaritudine plenum est. Veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum* [9]), *contritio et calamitas in viis eorum, qui viam pacis non agnoverunt, nec est timor dei ante oculos*

---

vett. edd. praepositionem omittunt. Pro *vacua* edd. Manutianam antecedentes et Morelliana exhibent *vacuae* et cum cod. A *furiosae,* tum *armatae* iidem libri editi.

VII. 1) *dicit spiritus sanctus* Mb. 2) Psalm. 36, 7. 3) *ambulante*^{s} (*s* a r. m. supra addito) Mb. 4) Psalm. 36, 12. 5) *Observavit* Mb. Dein *stridet* Ver. Benev. W. Mabc. Bab et A c. ed. Manut., *in eum* pro *ad eum* Vat. l. et A, *dentes suos* Ver. Benev. Mabc et Bb concordante ed. Manut., *stridebit — dentibus suis*, ut vulgo legitur, habet Md. In Graeco est *βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ.* 6) *Dominus* Mc. Pronom. *eum* abest a cod. Ma, *qui* pro *quoniam* dat Mc, tum *previdet* (i. e. *praevidet*) A. 7) *beatus Paulus apostolus* exstat in edd. SP. Venet. Kunn. Remb. Erasm. et Grav., *beatus psalmista* in Dav. Dein *assignat* habet A. Vocc. *et denotat* om. Mb. Vid. Rom. 3, 13. coll. Psalm. 13, 3. 8) Deest *aspidum* in Ba. Pro *et* (copulam om. A) *os eorum* codd. Mb. Bb et Neap. habent *quorum os*, quod convenit Graeco *ὧν τὸ στόμα* in Psalm. et epist. ad Rom. l. c. Tum *maledicto* Ver. W. Mad et Ba. 9) Inverso verborum ordine *pedes eorum ad effundendum sanguinem* Mb. Dein *contribulatio* Ver. Bab et pr. Mc conspirante ed. Manut. et pro *calamitas* Mb *infelicitas*. Additur *eorum* in edd. vett. Praepositionem ante *viis* in Mb r. m. supra adiecit. Idem liber habet *et* pro *qui* (*quia* Bb) moxque cum Md et edd. Manutiana antiquioribus *cognoverunt* pro *agnoverunt*. De utriusque verbi con-

eorum. Multo malum levius et periculum minus est [10]), cum membra gladio vulnerantur. Facilis [11]) cura est ubi plaga perspicua est, et cito ad sanitatem medela subveniente perducitur quod videtur. Zeli vulnera abstrusa [12]) sunt et occulta, nec remedium curae medentis admittunt, quae se intra conscientiae latebras caeco dolore cluserunt. Quicumque es invidus et malignus, videris quam sis [13]) eis, quos odisti, insidiosus, perniciosus, infestus. Nullius [14]) magis, quam tuae salutis inimicus es. Quisquis [15]) ille est, quem zelo persequeris, subterfugere et vitare te poterit. Tu te non potes fugere [16]). Ubicumque fueris [17]), adversarius tuus tecum est, hostis semper in pectore tuo est, pernicies intus inclusa est, ineluctabili catenarum nexu

---

fusione monui ad librum de opere et eleemos. cap. XV. not. 5. Pro *nec* Mb scribit *non*. 10) *nimis* (omisso v. *est*) legitur in A, *et* pro *est* in W. Pro *cum*, quod correctoris manus in Ma superscripsit, A exhibet *quomodo*. 11) *Facilior* Mb et edd. ante Manut. Alterum *est* om. edd. vett. Tum *medella* dant W. Mac et ed. Manut. Ita pr. legebatur etiam in Mb; postea vero alterum *l* erasum est. Cf. ad Donat. cap. IV. n. 7. Inepte *subvenire preducitur* scribit A. Voc. *vulnus*, quod additur in Mc et in edd. Erasm. ceterisque recentioribus praeter Baluzianam, rell. libri mei, item Ver. Vat. 3 et viginti sex a Baluzio excussi, ut vett. edd., iure omittunt. 12) *obstrusa* edd. vett. et Morell., *abstrusa* (litt. *o* ab r. m. superscr.) Mc. Paulo post *admittitur* A. Tum *latebra* e corr. r. m. Mc, *latebram* W. Ba et A, dein *vulnere* pro *dolore* Bb. *Cluserunt* pro vulgat. *clauserunt* recepi e codd. W. Bab et Md, *cluserunt* (litt. *a* ab r. m. supra notata) habent Mabc. 13) *quam sis* in Mb depravatum est in *quasi*, in ed. Dav. exstat *quamquam sis*. Mox *quos audisti*, dein *et infestus* perperam scribitur in Bb. 14) *Nullus* A et pr. Mc. 15) *Quisque* W. Mabcd. Bb. A et vett. edd., ut passim. Statim *es* pro *est* Ma. Tum *superfugere* A. Pronom. *te* om. Ma. 16) *vitare, nec fugere* A, *fugere non potes* edd. Manut. antecedentes, *fugere et vitare* Mb. 17) *fugeris* edd. vett. *Tuus* abest a cod. A et proxime *tuo* a Ver. W. Mabcd. Bb. Neap. 2. et A, item *intus* a

ligatus et vinctus es, zelo dominante captivus es, nec solacia tibi ulla subveniunt. Perseverans malum est hominem persequi ad dei gratiam pertinentem. Calamitas sine remedio est odisse [18]) felicem.

VIII.

Et idcirco, fratres dilectissimi, huic periculo consulens dominus, ne quis zelo fratris in laqueum mortis [1]) incurreret, cum eum discipuli interrogarent, quis inter illos maior esset: *Qui fuerit,* inquit [2]), *minimus in omnibus vobis, hic erit magnus.* Amputavit omnem aemulationem responso suo, omnem causam et materiam mordacis invidiae [3]) eruit et abscidit. Discipulo Christi [4]) zelare non licet, non licet invidere. Exaltationis [5]) apud nos non potest esse contentio. De humilitate ad summa crescimus, didicimus [6]) unde placeamus. Denique et [7]) apostolus Paulus instruens et monens, ut qui inluminati Christi lu-

---

Bb. In seqq. *ligatus* e *legatus* enatum est in Mb. Paulo post *solacia* praestant W. Mbd. Bab et A pro vulg. *solatia.* Praepositionem verbi *subveniunt* al. m. superscripsit in Bb. 18) *obsedisse* exhibet A.

VIII. 1) *zabuli* pro *mortis* exstat in edd. vett. et in Erasm. atque Grav., *diaboli* in Morell. Deinde *interrogassent* in iisdem editis; *quis eorum maior* habet Ba, tum *esset, respondit* Bb. 2) *inquit* om. A. Ceterum vid. Luc. 9, 48. *Inter nos minimus* legitur in A, vocc. *in omnibus vobis* om. Ver., dein *erit* ed. Manut. idque supplevit vir doct. in mg. exemplaris Gottingensis. 3) *invidiae mordacis* Mb. 4) *Christi* om. Ma, *Christo* habet A et inverso verborum ordine *non licet zelare* Bb. 5) *Exultationis* Mb, dein *contemptio* Ba. 6) *didicimus*, quod excidit in A, in W ab al. m. correctum est e *dicimus.* 7) Partic. *et* om. Mb et A. *Paulus* defit in edd. vett. Pro *monens* iidem libri, si excipias Daventriensem, exhibent *docens*, nec discrepant Erasmus et Morellius; *dicens* legitur in ed. Dav. Post *Christi* in Mb r. m. superscripsit *sumus.*

mine tenebras nocturnae conversationis evasimus, in factis atque in operibus luminis ambulemus, scribit et dicit [8]): *Nox* [9]) *transivit, dies autem adpropinquavit. Abiciamus* [10]) *ergo opera tenebrarum et induamus arma lucis. Tamquam in die* [11]) *decenter ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in concupiscentiis et inpudicitiis, non in certaminibus et zelo.* Si recesserunt de pectore tuo tenebrae, si nox inde [12]) discussa est, si caligo detersa est, si luminavit sensus tuos splendor diei, si homo lucis esse coepisti, quae sunt Christi gere, quia lux et dies Christus est. Quid in zeli tenebras ruis, quid te nubilo livoris involvis, quid invidiae caecitate [13])

Mox *atque operibus* dant cod. A et edd. vett. c. Morell. 8) Rom. 13, 12. 9) *Nox, inquit* Mb. Tum *deus* pro *dies* omissa coniunctione *autem* A. Vitiose *adpropinquabit* (pr. *adpropinquavit*) a s. m. Mb, *adpropinquabat* Bb. 10) Ita codd. omnes, *abiiciamus* vulg. Post *ergo* Mb interponit *a nobis*. Deinde *induamus nos* scribit Ma, *induamur* habent Bb veteresque edd. c. Erasm. Grav. et Morell. 11) *in diem* Ma. Tum *decenter honeste* Ba. Mox *comessationibus* W. Mb (a s. m.). Ba et A, itemque edd. Kunn. Remb. et recentiores fere omnes, *comesat.* SP. Venet. et Dav., *commessat.* Mcd et Bb, *commesat.* Ma c. Erasm., *comisat.* Ver. et a m. pr. Mb. Cf. ad domin. orat. cap. XII. not. 6. Ante *ebrietatibus* W. Ma et Bab repetunt *in*. 12) *in die* Mc. Alterum *est* om. Ba, *etsi* habet A. Pro *illuminavit* (*in luminavit*, *in* a r. m. praemisso, dant Mab) recepi *luminavit* e W et Ba. Sic Noster ad Donat. cap. XIV. p. 33: *Pingamus hanc domum pigmentis innocentiae, luminemus luce iustitiae.* De domin. orat. cap. I. p. 38: *luce gratiae luminati.* De op. et eleemos. cap. XXIV. p. 244: *dies luminat.* In Testim. p. 274: *luce eius pura et candida luminati.* Cf. *Io. Fred. Gronov.* Observatt. in Scriptoribus eccl. p. 570. *Luminat* scribit Mc. Inepte *tuus splendor dei* A. Mox *quae* (*lucis*) *sunt gere* (*lucis* a r. m. superscr.) Ma, *quae Christi sunt gere, qui et lux* Bb, *lux et Christus* $\overline{e}$ *et dies* $\overline{e}$ *Christus* A. 13) *in zeli caecitate* (intermediis omissis) Bb. Verba: *quid invidiae caecitate — — exstinguis*, desiderantur in

omne pacis et caritatis lumen exstinguis, quid ad diabolum, cui renuntiaveras, redis, quid Cain similis exsistis?

IX.

Homicidii [1]) namque facinore constringi eum quisquis zelaverit et odio habuerit fratrem suum declarat Ioannes apostolus in epistula sua dicens [2]): *Qui fratrem suum odit* [3]), *homicida est, et scitis quia omnis homicida non habet in se vitam manentem.* Et iterum [4]): *Qui dicit se in luce esse* [5]) *et fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc et in tenebris ambulat et non scit quo eat, quoniam tenebrae excaecaverunt oculos eius.* Qui odit, inquit, fratrem suum, in tenebris ambulat et non scit [6]) quo eat. It enim [7]) | nescius in gehennam, ignarus 259

Mc. Deinde *ad zabulum* habent libri ante Manut. editi exceptis Remb. et Erasm., in quibus legitur *ad zabulon.* Statim codd. Vat. et Neap. c. edd. Manutianam antecedentibus et Morelliana scribunt *iterum redis.* Verb. *existis* (ita codd. et editi libri) om. Bb. De scriptura *exsistis*, quam secutus sum, vid. *Wagner.* de orthograph. Vergil. p. 437.

IX. 1) *Homicidi* Ba. Dein *constringit* Bb, *eum constringi* ed. Morell., *quisquis* pro *qui,* quod Ma (e corr.) et Bb, item Baluz. et Routh. habent, merito rescripsit Goldhornius. Ita Mb (a corr. m.), Erasmus, Gravius, Manutius, Pamelius, Rigaltius et Oxonienses. Ceteri codd. et vett. edd. c. Morell. permutatione frequentissima dant *quisque.* Tum *habebat* A. Voc. *apostolus* om. Bb. 2) 1. Ioann. 3, 15. 3) Deest hoc verbum in Ba. Mox idem liber scribit *vitam aeternam in se manentem*, pro *manentem*, quod Mc omittit, *aeternam* Mb. 4) 1. Ioann. 2, 9 et 11. 5) *esse in luce* exhibent edd. Manutiana antiquiores et Morell. Post *odit* in Mb legitur *homicida est, et in tenebris usque adhuc est, et in tenebris ambulat*; in Ma haec ita sunt mutilata: *et usque adhuc et in tenebris ambulat*, A habet *in tenebris et usque huc* etc. Statim *nescit* Ba. Md et Neap. 6) *non scit* r. m. supra addidit in Mc, *nescit* exhibet Md. 7) *Etenim* pro *it enim* Bb, *vadit enim* edd. ante Manut. c. Morell.

et caecus praecipitatur in paenam, recedens scilicet a Christi lumine monentis et dicentis [8]): *Ego sum lumen* [9]) *mundi. Qui me secutus fuerit, non ambulabit* [10]) *in tenebris, sed habebit lumen vitae.* Sequitur autem Christum qui praeceptis eius insistit, qui per magisterii eius viam graditur [11]), qui vestigia eius atque itinera sectatur, qui id, quod Christus et docuit et fecit, imitatur secundum quod Petrus quoque hortatur et monet dicens [12]): *Christus passus est pro vobis* [13]) *relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius.*

X.

Meminisse debemus quo vocabulo plebem suam Chri-

Ante *nescius* in W superscriptum est *itineris*; inverso ordine Mb habet *in gehennam nescius.* In seqq. Bb om. *scilicet.* 8) Ioann. 8, 12. 9) *lux mundi* A et libri ante Pamel. editi, *lumen mundi* et h. l. et in Test. II. 7. p. 288 codd. omnes, *lumen saeculi* epist. 63. p. 110. 10) *ambulavit* pr. Mab errore sollemni. 11) *qui magisterii viam eius graditur* A, *magisteri* Ma, ut supra *homicidi* Ba. Post *vestigia* Mc om. *eius.* Verba proxima: *qui id, quod Christus et docuit et fecit, imitatur secundum quod Petrus quoque hortatur,* desiderantur in Md. Ante *id* Bb om. *qui*; edd. Manutiana antiquiores exhibent *qui quod.* Eadem lectio enata est in Mab e *quid quod.* Partic. *et* ante *docuit* excidit in Mbc, utrumque vocabulum in A. Pro *et fecit et docuit*, ut ante legebatur, Baluzius tacite scripsit *et docuit et fecit*, quod confirmant rell. libri mei et Italici omnes. Sic Noster epist. 56. p. 90 et 92. epist. 63. p. 107. Cf. ad domin. orat. cap. XI. not. 16. Mox *Petrus et hortatur* A. 12) 1. Petr. 2, 21. 13) Ita W. Mabc. Ba, item Ver. 2 et e corr. Md c. ed. SP, *pro nobis* Bb et A editionesque post principem omnes. Tum *relinquens nobis* edd. Venet. Dav. Kunn. Remb. Erasm. Grav. Morell., *rel. vobis* exemplaria recentiora, *vobis rel.* Bb et A. Deinde *sequamur* edd. ante Manut. et Morelliana, *sequimini* vitiose A. Legitur in Graeco ap. Lachm.: *Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολαμβάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε κ. τ. λ.*

stus [1]) appellet, quo titulo gregem suum nuncupet. Oves nominat, ut innocentia Christiana ovibus aequetur; agnos vocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur [2]). Quid [3]) sub vestitu ovium lupus latitat, quid gregem Christi qui Christianum se mentitur infamat? Christi nomen induere et non per Christi viam [4]) pergere quid aliud, quam praevaricatio est divini nominis, quam desertio itineris salutaris, quando ipse doceat et dicat eum ad vitam venire, qui mandata servaverit, et eum esse sapientem, qui verba eius audierit et fecerit, doctorem quoque eum [5]) maximum in regno caelorum vocari, qui fecerit et sic docuerit, tunc praedicanti profuturum quod bene atque utiliter praedicatum fuerit, si id, quod ore promitur, factis sequentibus inpleatur? Quid vero insinuavit crebrius discipulis suis dominus, quid inter monita salutaria [6]) et praecepta caelestia custodiendum

---

X. 1) *Christus plebem suam* exhibent edd. Manutianam antecedentes c. Morell. Tum *appellat* Bb. 2) Respexit Ioann. 10, 11 et 21, 15—16. 3) *Quis — — latitet* A. Vid. Matth. 7, 15. Dein *quid* e *qui* correctum est in Mb. Pro *qui se Christianum mentitur*, quem verborum ordinem Manutius invexit, ex edd. superioribus, quibuscum concordant codd. W. Mabcd et Bb, cum Routhio restitui *qui Chr. se mentitur*. Desunt haec in A, Ba habet *qui Chr. se esse mentitur*. 4) *per viam Christi* scribit A. Proxime Md et A *est* omittunt. In seqq. edd. vett. dant *et ipse*. De re vid. Matth. 19, 17. Tum *ad vitam aeternam* reperitur in A. Statim *qui* a corr. m. superscriptum est in Ma. Dein *mandatum servaverit* exhibent edd. vett. 5) *eum* abest a W et Ma, *maximum* a Bb. Pro *et sic* A praebet *sicut*. Vid. Matth. 5, 19. Dein *praedicanti tunc* inverso ordine dat Ba, A om. *praedicanti*. Mox *fuerit praedicatum* al. ord. habet Bb. Tum *ore promittitur* scribunt Ma. Bb et A. Verba proxima: *factis sequentibus impleatur — insinuavit*, utpote in ordine omissa, in Mc r. m. ad mg. addidit. 6) Ita codd. mei omnes et ed. Morell., *salutaria monita* legitur vulgo. Tum *prae-*

magis servandumque mandavit, quam ut eadem dilectione, qua discipulos ipse dilexit, nos quoque invicem diligamus? Quomodo autem vel pacem domini, vel caritatem tenet qui intercedente [7]) zelo nec pacificus potest esse, nec carus?

XI.

Ideo et [1]) apostolus Paulus cum pacis et caritatis merita depromeret cumque adseveraret firmiter et doceret, nec fidem sibi, nec eleemosynas, nec passionem quoque ipsam confessoris et martyris profuturam, nisi caritatis foedera integra atque inviolata servasset, adiecit et dixit [2]): *Caritas magnanima* [3]) *est, caritas benigna est, caritas non zelat.* Docens scilicet et ostendens eum posse caritatem tenere, quisquis [4]) magnanimus fuerit et benignus et zeli ac livoris alienus. Item alio loco cum moneret ut homo iam sancto spiritu [5]) plenus et nativitate caelesti dei filius factus non nisi spiritalia et divina sectetur, ponit et dicit [6]): *Et ego quidem* [7]), *fratres, non potui vobis*

---

cepta et caelestia male Md. Statim *custodiendum magisque servandum* ed. Dav., *custod. servandumque magis* Grav. et Morell., *custodienda magis servandaque* SP. Venet. Kunn., *custodienda servandaque magis* Remb. c. Erasm. Deinde *eadem lectione* Bb. In seqq. *nos quoque nos invicem* W et Mac, *nos quoque ut nos invicem* Bb. De re vid. Ioann. 13, 34—35 et 15, 12—13. 7) *intercidente* Bb.

XI. 1) *Et ideo,* tum *caritatis et pacis* Mb. 2) 1. Cor. 13, 4. 3) *magnanimis* Ba. Vocc. *caritas benigna est* idem liber om., *magnanima est, benigna, caritas zelat* (sic) habet A. 4) Ita solus A, ceteri codd. *quisque.* Statim *magnanimis* Ba. Vocc. *zeli ac* om. A, *a zelo ac livore alienus* legitur in ed. SP., *a zelo et livore al.* in ceteris libris ante Manut. editis. 5) *spiritu sancto* Bb. Md. A. Post *plenus* edd. vett. copulam omittunt. 6) 1. Cor. 3, 1—3. 7) Pro *quidem,* quod om. Mc, Ma habet *quidam.* Vocc. *quasi car-*

loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi infantibus in Christo. Lacte vos potavi, non cibo [8]). *Nondum enim poteratis* [9]), *sed neque nunc potestis. Adhuc enim estis carnales. Ubi enim in vobis zelus et contentio* [10]) *et dissensiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?*

XII.

Obterenda [1]) sunt, fratres dilectissimi, vitia et peccata carnalia et terreni corporis infesta labes spiritali vigore calcanda, ne, dum iterum ad veteris hominis conversationem revolvimur, letalibus laqueis inplicemur apostolo

---

nalibus desiderantur ap. Baluzium. Tum *instantibus* pro *infantibus* scribit Ba. 8) Ita Baluzius e viginti codd. suis, octo Anglicis, Cambr. ap. Pamel. et excerptis Flori. Concordant W. Macd. A et libri Italici omnes. Legebatur antea *lac vobis potum dedi, non cibum*; Ba et h. l. et in Testim. III. 3. p. 304 exhibet *lacte vobis* (sic) *potavi, non cibo*, Bb *lacte vos cibari, non cibo*, Mb *lac vobis potum dedi, non escam*, concinens cum vulgato textu in Testim. l. c., ubi Mc praestat *lacte vos potavi, non cibo*, W autem male scribit *lac vos potavi, non cibo.* 9) Sic etiam in Test. W et Mc, *necdum enim poteratis* ibi habet Ba, *dum enim adhuc pusilli eratis, non poteratis* legitur vulgo et in Mb. Dein *neque nunc* pro vetere lectione *neque adhuc*, quam Morellius retinuit, Manutius, Pamelius et recentiores recte emendarunt conspirantibus meis libris excepto codice Mb, in quo additur *quidem*. Confirmatur *neque nunc* item a codd. W et Mbc in Test., ubi Ba habet *necdum quidem.* Glossam redolent voces *cibum ferre*, quas cod. Voss. 1. et ed. Grav. verbo *potestis* subiungunt. 10) *contemptio* Ba. Post *dissensiones* omittitur *sunt* in codd. W. Mabd et Bab, neque reperitur in Test. Quare expunxi. Deest *hominem* in A.

XII. 1) *Obtemperanda* Morell., *temperanda* Mb, *fratres carissimi* Md et libri ante Manut. editi c. Morell. Mox *et de terreni corporis infesta labe* (*infestas labes* a m. pr.) Mb. Dein *nec dum* Bb et pr. Mb, *ad veteris* Bb corrupit in *adverteris*, in *advertaris*

hoc idem providenter et salubriter praemonente: *Itaque* [2]), inquit, *fratres, non secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vivitis* [3]), *incipietis mori. Si autem spiritu opera* [4]) *carnis mortificatis, vivetis. Quotquot enim* [5]) *spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei.* Si filii dei [6]) sumus, si templa eius esse iam coepimus, si accepto spiritu sancto sancte et spiritaliter vivimus, si de terris oculos ad caelum sustulimus, si ad superna et divina plenum deo [7]) et Christo pectus ereximus, non nisi quae sunt deo et Christo digna faciamus, sicut apostolus excitat et hortatur: *Si consurrexistis*, inquit, *Christo* [8]), *quae susum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera*

A. Tum *implicemini* A, *apostolus* — — *praemonet* Mb, *providente* Ba. Vid. Rom. 8, 12—14. 2) Deest *itaque* in A, *fratres* in Ba. 3) Ita Ver. Benev. W. Mabcd. Fragm. Emmer. et Ba, *vivetis* A, *vivatis* Ba, *vixeritis* Bb, ut vulg. Dein *mori incipietis* edd. Manut. antiquiores. 4) *facta* Fr. Emmer. Tum *mortificatis* pro *mortificaveritis* Ver. Benev. W. Mabcd. Fr. Emmer. Ba. A; quod sequitur *vivetis*, utpote in textu omissum, a r. m. in mg. habet Mc. 5) *autem* Fr. Emmer. et A. Mox *hii* W. Mad. A, *sunt filii dei* W. Mabcd. Fr. Emmer. Ba, edd. Manut. antecedentes et Morell., *filii dei sunt* Bb et ed. Manut. c. recentioribus, *filii sunt dei* A. 6) *fili dei* Ma. Deinde *iam esse* A. De re vid. 1. Cor. 3, 16 et 2. Cor. 6, 16. Proxime *sancti et spiritaliter* Ma. Copulam r. m. supra addidit in Mb. Paulo post Bb scribit *ad supera.* 7) *domino* et h. l. et in seqq. Bb. Verba *pectus ereximus* — — *et Christo* desunt in A, *reximus* dat Bb. Idem liber om. *digna.* Ante *apostolus* (Morellius addidit *Paulus*) particulam *et* non agnoscunt codd. omnes itemque Fr. Emmer. Quare expunxi. Deinde *ponit et dicit* exhibent edd. vett. c. Erasm. et Morell., *hortatur dicens* scribitur in A. Vid. Coloss. 3, 1—4. 8) *in Christo*, *inquit* exstat in Md, *in Christo* praebent etiam Neap. et Bb, *cum Christo* Ba. A et vulgati libri. At codd. Ver. W. Ma et Fr. Emmer. om. *cum*, quod delevi; dicit enim Noster in seqq.: *Christo consurreximus*, concinens cum Graeco *συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ.* Pro *sursum* utroque loco scripsi *susum*,

dei sedens; quae susum sunt sapite, | non quae terrena 260
sunt. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo [9]). *Cum* [10]) *autem Christus adparuerit, vita vestra, tunc et vos adparebitis cum ipso in gloria.* Qui ergo in baptismo [11]) secundum hominis antiqui peccata carnalia et mortui et sepulti sumus, qui regeneratione caelesti Christo consurreximus, quae sunt Christi et cogitemus pariter et geramus, sicut idem apostolus docet rursus et monet dicens: *Primus homo de terrae limo, secundus homo de caelo* [12]). *Qualis ille de limo* [13]), *tales et qui de limo; et qualis caelestis,*

---

quod a m. pr. exhibebat W, Mb in Test. III. 11. p. 308 loc. pr. et in vers. antiq. ex cod. Reg. attulit *Sabatierus* T. III. p. 838. Cf. quae de hac scriptura antiqua adnotavi ad domin. orat. cap. XXII. n. 3. et ad librum de bono patient. cap. XIV. n. 7. Infra pro *non quae super terram* recepi *non quae terrena sunt* ex Ver. W. Mabcd. Bab et Neap. Legitur ita etiam in Test. l. c. Haec omittens, A repetit verba praecedentia: *ubi Christus est in dextera Christi* (sic) *sedens, quae sursum sunt sapite.* 9) *in domino* Bb. 10) *Q̄uō* A, *autem* om. W. Pro *apparuerit* et *apparebitis* scripsi *adparuerit — adparebitis.* Vid. ad Demetr. cap. VIII. not. 5. Tum *vita nostra* habet A. Mox *apparebitis cum eo* scribitur in Ver. W. Macd et Neap., *cum eo app.* in Mb et Ba. Post *gloria* r. m. in Mb supra addidit *sempiterna.* 11) Praepositionem in eodem libro r. m. supplevit. Deinde *anti*^{qua} (*qua* ab r. m. supra adiecto) exhibet Ma. Pro *et mortui* W *emortui.* Proxime *spiritu* (pro *Christo*) *conresurreximus* Fr. Emmer. De permutatione vocabulorum *spiritus* et *Christus* vid. ad librum de mortalit. cap. V. not. 4. Ceterum *conresurreximus* item reperitur in Mbc. Dein ante *cogitemus* codd. Mb. Ba et A partic. *et* omittunt. Mox *idem*, quod ex *id est* in Mc r. m. restituit, desideratur in Mb. Statim Ma scribit *apostolos.* Et sic pr. exhibebat Bb. Tum *rursus monet et docet dicens* legitur in Mb, *docens* in W. Vid. 1. Cor. 15, 47—49. 12) *de caelo est* A. 13) *e limo* W. Macd et Bab, *de limo* a m. pr. Ma. Dein *talis* Bb. Contra Mb ita habet: *Primus homo de terra terrenus, secundus*

tales et caelestes. Quomodo portavimus imaginem eius, qui de limo est, portemus et [14]) *imaginem eius, qui de caelo est.* Imaginem autem caelestem portare non possumus, nisi in eo, quod esse iam [15]) coepimus, Christi similitudinem praebeamus. Hoc est enim mutasse quod fueras et coepisse esse quod non eras, ut in te divina nativitas luceat, ut ad patrem deum [16]) deifica disciplina respondeat, ut honore et laude vivendi deus in homine clarescat ipso exhortante et monente et eis, qui se clarificant, vicem mutuam pollicente. *Eos,* inquit [17]), *qui clarificant me, clarificabo; et qui spernit me, spernetur* [18]).

XIII.

Ad quam clarificationem formans [1]) nos ac praeparans dominus et filius dei similitudinem dei patris insinuans in evangelio suo dicit: *Audistis quia dictum est:*

---

homo de caelo caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni etc. 14) *et* om. A. 15) *iam* solus Mb, *nunc* rell. Post *coepimus* in ed. Dav. exstat *perseveremus Christique similitudinem praebeamus.* 16) *ad deum patrem* exhibent edd. Manut. antecedentes et Morell., *dominum* pro *deum* scribit Bb. In seqq. *hortante* legebatur ante Erasm., *dicente* pro *monente* est in Fr. Emmer. Verba proxima: *clarificant, vicem mutuam pollicente. Eos, inquit, qui* om. A. Vitiose in Mab et Ba scribitur *clarificent,* in Bb *clarificet,* pro *vicem* in Mb *lucem* ibidemque, in Ma et Bab *pollicentem.* 17) 1. Reg. 2, 30. 18) *qui spernunt me, spernentur* ed. Dav., *qui spernit me, spernebo* (sic) Venet. et Kunn., *qui spernit me, spernam* Remb. Grav. Morell. Conf. de domin. Orat. cap. VIII. not. 12.

XIII. 1) *conformans* Bb, *et* pro *ac* A, tum *corroborans* W et Ma. Statim *ut filiis* Mc, *fidelis* Fr. Emmer., in quo ante *patris* pro *dei,* quod om. Ba, legitur *et.* Proxime *dicet* Fr. Emmer. et Bb. Vid. Levit. 19, 18. Matth. 5, 43—45. Post *dictum est* exemplar Dav. addit *antiquis*, ut de bono patient. cap. III. not. 2. Cf. *Sabatier.* ad Matth. l. c.

Diliges proximum tibi [2]) *et odio habebis inimicum tibi. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros et orate pro his* [3]), *qui vos persecuntur, ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos.* Si hominibus laetum est et gloriosum filios habere consimiles et tunc magis generasse delectat, si ad patrem liniamentis [4]) paribus suboles subsiciva respondeat, quanto maior in deo patre laetitia est, cum quis sic spiritaliter nascitur, ut in actibus eius et laudibus divina generositas praedicetur?

---

2) *tuum* Fr. Emmer. et A utroque loco. Pro *odio habebis* Mb. Bb. Md et Neap. 3. scribunt *odies*, quod in Mb enatum est ex *odiis*, in W autem et Ba legitur *odibis*. Ita etiam in Mc, in quo r. m. ad mg. apposuit *odio habebis*, Ma dat *odebis*. Cf. ad librum de bono patient. cap. III. not. 2. 3) *pro eis*, ut exstat de bono patient. l. c., Mb. Bb et libri ante Manutium editi, qui primus recepit *pro his*, quod tuentur W. Mac et Ba, item Noster in Test. III. 49. p. 319; *hiis*, ut solet, scribit A. De usu pronominis *hic* pro *is* vid. ad domin. orat. cap. XII. not. 9. In Md reperitur *propter eos*. *Persecuntur* pro *persequuntur* praestant W. Mac et Bab, *persequentur* habet Mb. Cf. ad Donat. cap. VIII. not. 8. Dein *similes* (pro *filii*) *patris vestri* dant W. Macd. Bab et Vat. 4., *similes patri vestro* exhibet Mb. Mox *facit oriri* Md. 4) Ita W. Macd. Bab. A et edd. vetustiores c. Manut. (cf. *Sillig.* Praef. ad Plin. natur. hist. T. I. p. LXXI.), *lineamentis* edd. rell. Tum *suboles* Bb et pr. Mab. Vid. ad librum de bono pat. cap. X. not. 6. Vulg. *soboles*. Quod sequitur voc. *subsiciva* (ita edd. SP. Venet. Kunn. Manut. Pamel. et recentiores) confirmant codd. W. Ma et Bab, *subseciva*, non *subcesiva*, ut Rigaltius adnotat, recepit Morellius, *subcisiva* dederunt Erasm. et Grav., *successiva*, quod placuit Rigaltio, habent Md. Vat. 3 et e corr. Mc, *succediva* comparet in ed. Dav., *succidua* in cod. Beccens., *subsecuta* in A, *subsequitur* in ed. Remb. Inverso ordine Md scribit: *si ad patrem successiva liniamentis paribus soboles respondeat*. In Mb r. m. hunc locum ita depravavit: *si ad patrum liniamenta paria soboli subseciva* (littera *e* ex *i* enata) *respondeant*. Mox *in domino* habet Bb. Deinde *sic* abest a Mb.

Quae iustitiae palma est [5]), quae corona esse te talem, de quo deus non dicat [6]): *Filios generavi et exaltavi, ipsi autem me spreverunt* [7]). Conlaudet [8]) te potius Christus et invitet ad praemium dicens [9]): *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

XIV.

His [1]) meditationibus corroborandus est animus, fratres dilectissimi, eiusmodi exercitationibus contra omnia diaboli iacula firmandus. Sit in manibus [2]) divina lectio, in sensibus dominica cogitatio. Oratio iugis omnino non cesset. Salutaris operatio perseveret [3]). Spiritalibus semper actibus occupemur, ut quotienscumque [4]) inimicus accesserit, quotiens adire temptaverit, et clausum adversum se pectus

---

5) *iustitia et palma est* Ba. Post *corona* Mb et Ba sine causa addunt *est*. Tum *esse te talem* exhibent codd. W. Macd. A et edd. ante Baluz. omnes. Pro *te* Baluzius scripsit *se*. Codd. autem Mb et Bab pronomen male om., ut edd. Routh. et Goldh. 6) *non iudicat* Bb. Vid. Hesai. 1, 2. 7) Ita codd. W. Mabcd et Ba c. ed. Morell. (exstat enim ap. prophetam: *αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*), *spreverunt me* edd. rell., quibus adstipulantur codd. Bb et A. 8) *Contaudet* dant codd. omnes praeter A, in quo, ut in editis, est *coltaudet*. Particulam *sed* a Pamelio ex cod. Cambron. praemissam probatamque ab Rigaltio et Oxoniensibus merito delevit Baluzius. Tum *invitat* A. 9) Matth. 25, 34.

XIV. 1) *Hiis* Ma. A et ed. Dav. Ante *eiusmodi* (*huius* sine *modi* habet A) eadem editio et cod. Mb interserunt *et*. Dein *piacula* scribitur in Ma. 2) *in animo* Mb, *ante oculos* Pamelius, Rigaltius et Oxonienses. Post v. *lectio* iidem interponunt *in manibus bona operatio* ex quattuor codd. a Pamelio inspectis. Frustra. Male *divina cogitatio* cod. Mb et ed. Dav. 3) *perseveret operatio* A. 4) *quotienscumque* et *quotiens* pro *quotiescunque* — *quoties* Mabcd et Bab c. ed. Dav. Prius *et* om. Mb et A. Dein *advèrsus* legitur in Bb et ed. Dav., *contra* in Ba.

inveniat et armatum. Non enim Christiani hominis corona una est [5]), quae tempore persecutionis accipitur. Habet et pax coronas suas, quibus de varia et multiplici congressione victores prostrato et subacto adversario coronamur [6]). Libidinem subegisse continentiae palma [7]) est. Contra iram, contra iniuriam repugnasse corona patientiae est. De avaritia triumphus est pecuniam spernere. Laus est fidei [8]) fiducia futurorum mundi adversa tolerare. Et qui superbus in prosperis non est, gloriam de humilitate [9]) consequitur. Et qui ad pauperum fovendorum misericordiam pronus est, retributionem thesauri caelestis [10]) adipiscitur. Et qui zelare non novit quique unanimis [11]) et mitis fratres suos diligit, dilectionis et pacis praemio honoratur. In hoc virtutum stadio cotidie currimus, ad has iustitiae palmas et coronas sine intermissione temporis pervenimus.

XV.

Ad quas ut pervenire tu etiam [1]) possis, qui fueras zelo et livore possessus, omnem illam malitiam, qua prius tenebaris, abice, ad viam vitae aeternae vestigiis saluta-

---

5) *sola corona est* (*sola* ab r. m. supra addit.) habet Mb. 6) Deest *victores* in Md, *prostrato et subacto adversario victores coronantur* e cod. Gratianopolit. protulit Baluzius, qui tacite scripsit *coronantur*, quod ego reperi in cod. Md. Sed veterem lectionem *coronamur* confirmant ceteri codd. mei et editi libri. 7) Vitiose *palla* Bb, *pluma* pr. Mc. 8) *fidei* deest in Mb. 9) Praepositionem om. ed. Dav. 10) *thensauri* pr. Ma, *caelestis thesauri* ed. Dav. 11) *minimus* A. Vocc. *unanimis et mitis* r. m. in Mb corrupit in *unanimes et mites*.

XV. 1) *tu pervenire etiam* exhibent edd. Manut. antecedentes et Morelliana, *etiam tu* scribit A. In seqq. pro vulg. *abiice* dedi *abice* ex codd. praeter unum A, in quo perperam est *abire*.

ribus re|formare. Evelle [2]) de pectore tuo spinas et tri- 261
bulos, ut te dominicum semen fertili fruge locupletet, ut divina et spiritalis seges in copiam fecundae messis exuberet. Venena [3]) fellis evome, discordiarum virus exclude, purgetur mens, quam serpentinus livor infecerat, amaritudo omnis, quae intus insederat, Christi dulcedine leniatur. Si [4]) de sacramento crucis et cibum sumis et potum, lignum, quod apud Merrham [5]) profecit in imagine ad saporis dulcedinem, tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem, nec ad medelam prosperandae valitudinis laborabis. Unde vulneratus fueras, inde curare [6]). Ama eos, quos ante oderas, dilige illos [7]), quibus iniustis obtrectationibus invidebas. Bonos imitare, si sectari potes; si sectari non potes, conlaetare [8]) certe et gratulare melioribus. Fac te illis adunata dilectione par-

2) *Velle*, in mg. *evelle* ab r. m. Mc. Mox *fertile*, tum *et* ante *ut* A. 3) *Venenum* A. Dein *praecordiarum* (sic) pro *discordiarum* Mb. 4) *Si*, quod abest a Ver. Mab. Ba. Neap. Vat. 5. et A, in Mc r. m. praemisit. 5) Ita Ba, *Merram* Ver. W. Ma. Neap. et Bb, *Mirram* Md, *Mirrham* edd. vett., *Myrram* Mb, *Meara* Mc, *Marath* A, *Mara* Erasm. Grav. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon., *Maram* Morell., *Merrham* primus Baluzius, cuius adi sis adnotat. De re vid. Exod. 15, 23. Tum *proficit* Mb et Bab. Statim *in imaginem* Bab. In seqq. *mulgendi* Mab, *mulcendam* A. Deinde *medellam* W. Ma et pr. Mbc, ad quos accedit ed. Manut. Cf. ad Donat. cap. IV. not. 7. Mox *valetudinis* solus Mb. Tum *labores* Neap. 3 veteresque edd. c. Morell. et Routh. Vitiose *laboris* Ma. A et in contextu W, in mg. tamen *laborabis*. 6) *cura te* A. 7) *eos* Ma. 8) *imitare, sectare, si potes; si non potes, conlaetare* Mb. Prius *sectari* om. Neap. 3. Quod deinde in ed. Manut. typothetae incuria irrepsit *non* in Gottingensi exemplari expunctum est. Tum *si sectari potes, tollera, certa, congratulare* pessime scribit A, utroque loco Ma *potest*. *Conlaetare* pro *collaetare* recepi e codd. W. Mac et Bab, et pro *congratulare* ex libris mss. W. Mabcd et Bab, quibuscum faciunt edd. Grav. Manut. Morell. atque Oxon., dedi *gratulare*.

ticipem, fac te [9]) consortio caritatis et fraternitatis vinculo cohaerentem. Dimittentur tibi debita [10]), quando ipse dimiseris; accipientur sacrificia tua, cum pacificus ad deum veneris.

XVI.

Sensus atque actus tui divinitus dirigentur [1]), quando ea, quae divina et iusta sunt, cogitaveris, sicut scriptum est [2]): *Cor viri cogitet* [3]) *iusta, ut a deo dirigantur gressus eius.* Habes autem multa, quae cogites. Paradisum cogita, quo Cain non redit [4]), qui zelo fratrem peremit. Cogita caeleste regnum, ad quod non [5]) nisi concordes atque unanimes dominus admittit. Cogita quod filii dei hi [6]) soli possint vocari, qui sint pacifici, qui

---

9) Additur *eis* in Mb. Pro *coheredem*, quam lectionem plurimi libri manu exarati et typis expressi habent, e cod. Md veteribusque editis una cum Baluzio et Routhio restitui *cohaerentem*, quod vocabulis *consortio* et *vinculo* accommodatius videtur. 10) *delicta* Ver. Statim *quando ipse* codd. W. Mabc. Bb. A, item Manut. Pamel. Rigalt. Oxon., *quando et ipse* Ba. Md. Baluz. Routh. Goldh., *quando tu ipse* edd. vett. c. Erasm. Grav. et Morell. Tum *accipiuntur* Ba. Proxime *ad dominum* Ver. et Bb. Respexit ad Matth. 5, 24.

XVI. 1) *dirigantur* Ba, *corrigentur* Bb. 2) Prov. 16, 1. 3) *cogitat* Ba et vett. edd. c. Erasm., *ut* om. A. Cuius loco edd. vett. et Manut. c. Morell. habent *et* moxque *dirigentur*, quod reperi etiam in A, *a deo*, quod convenit Graeco ὑπὸ τοῦ θεοῦ, pro *a domino* (ita soli Bb et Md c. edd. Baluz. Routh. atque Goldh.) revocavi ex ceteris libris scriptis et editis. 4) Ita et mei codd. omnes excepto A, in quo exstat *non rediit*; *non ingreditur* e tribus codd. edidit Baluzius. Frustra. Vid. *Routh.* p. 343. Tum *fratrem suum* exhibent edd. Manutiana antiquiores et Morelliana. Dein Neap. *interemit*. 5) *non* om. W. Bb. A. Vocc. *concordes atque* desunt in Ba. 6) *hii* Mb. Bb et A c. ed. Dav., *hi*^{i} Ma. Tum *possunt* Bb. Proxime *sunt* pro *sint* A. De re vid. Matth. 5, 9. Vocem *caelesti*,

nativitate et lege divina ad similitudinem dei patris et Christi respondeant adunati. Cogita sub oculis [7]) nos dei stare, spectante ac iudicante ipso conversationis ac vitae nostrae curricula decurrere, pervenire nos tunc demum posse, ut eum videre contingat, si ipsum nunc videntem delectemus actibus nostris, si nos dignos gratia eius et indulgentia praebeamus, si placituri semper in regno, in hoc mundo ante placeamus.

---

quae post *nativitate* vulgo additur, om. codd. mei omnes, decem ap. Oxon. et quattuor Routhiani. Idcirco eam cum Routhio omittendam putavi. 7) *sub oculos* Ba. Recepi deinde *nos dei stare* ex codd. W. Mac. Bb. A et libris ante Baluzium editis, *dei nos stare* habent Mbd. Baluz. Routh. et Goldh., *dei stare nos* dat Ba. Paulo post *decurre* Ma. Deinde *nos* a Bb abest. Idem liber in seqq. perperam scribit *tunc videntem — ac actibus*. Mox *gratiae eius et indulgentiae* exhibent W et edd. vett. c. Morell., *gratiae eius* in contextu et in mg. a r. m. *et diligentiae* Mb. Tum *si*^{c} *placituri* — — ^{si} *in hoc mundo* (*c* et *si* ab r. m. superscr.) in eodem libro exstat.

INDEX.

pag.

I. Ad Donatum 3
II. De dominica Oratione 37
III. De Mortalitate 107
IV. Ad Demetrianum 150
V. De Opere et Eleemosynis 197
VI. De Bono Patientiae 248
VII. De Zelo et Livore 291

Im **Laupp**'schen Verlage ist früher erschienen:

SANCTI BONAVENTURÆ
eximii ecclesiae Doctoris
B R E V I L O Q U I U M.
Textum recognovit
CAR. JOS. HEFELE,
S. S. Theologiae Doctor ejusdemque in academia Tubingensi Prof. Publ. Ord.
Editio altera.
18 Bog. kl. 8. broch. fl. 1. 20 kr. — 25 Ngr.

PATRUM APOSTOLICORUM OPERA.
Textum
ex editionibus praestantissimis repetitum recognovit annotationibus illustravit, versionem latinam emendatiorem, Prolegomena et Indices, addidit
CAR. JOS. HEFELE,
S. S. Theol. Doct. ejusdemque in Acad. Tubing. P. P. O.
Editio quarta, aucta et emendata.
38 Bog. gr. 8. feines Velinpapier fl. 2. 54 kr. — Rthlr. 1. 25 Ngr.

AUR. CLEM. PRUDENTII CARMINA.
Recensuit et explicavit
Dr. TH. OBBARIUS.
24 Bog. gr. 8. fl. 3. — Rthlr. 1. 26 Ngr.

S. CÆCILII CYPRIANI
EPISCOPI KARTHAGINIENSIS ET MARTYRIS
LIBRI
DE CATHOLICÆ ECCLESIÆ UNITATE,
DE LAPSIS ET DE HABITU VIRGINUM.

AD CODD. MSS. VETUSTISSIMORUM FIDEM
RECOGNOVIT
ET
ADNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT
JO. GEORGIUS KRABINGER.
13 Bog. gr. 8. broch. fl. 1. 21 kr. — 25 Ngr.

S. AMBROSII
EPISCOPI MEDIOLANENSIS
DE OFFICIIS MINISTRORUM
LIBRI III.
CUM
PAULINI LIBELLO DE VITA S. AMBROSII.

AD CODICUM MSS. EDITIONUMQUE PRÆCIPUARUM FIDEM
RECOGNOVIT
ET
ADNOTATIONE CRITICA ILLUSTRAVIT
JO. GEORGIUS KRABINGER.
gr. 8. broch. fl. 3. 24 kr. Rthlr. 2. 4 Ngr.

AUG 9 1972

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

BR
65
C8
1859

Cyprianus, Saint, Bp. of Carthage
S. Caecili Cupriani episcopi Karthaginiensis et martyris libri Ad Donatum

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 10 07 02 04 013 3